



**Artis notariatus, hoc est, de officio exercitioque tabellionum  
tomi duo : quorum prior theoricam omnem explicat, alter  
ipsam praxim tradit, et omnis generis praescriptis formulis  
docet. : Vterque eo ordine quem sequens paginae facies  
indicat. Cum indice copiosiss.**

<https://hdl.handle.net/1874/433541>

fl  
2

# ARTIS NOTARIATVS,

HOC EST, DE OFFICIO EXERCITIOQUE TABEL-  
LIONVM TOMIDVO: QVORVM PRIOR THEO-  
RICAM OMNEM EXPLICAT, ALTER IPSAM  
PRAXIM TRADIT, ET OMNIS GENERIS  
PRAESCRIPITIS FORMVLIS DOCET,  
VTERQVE EO ORDINE QVEM  
SEQVENS PAGINAE  
FACIES INDI-  
CAT,

\*

Cum INDICE copiosiss.



Cum gracia & priuilegio  
Caesareo.

FRANCOFORTI, Apud Christianum  
Egenolphum Hadamarium.

1539.



## TOMI PRIMI CONTENTA.

- Explicatio totius Theoricæ artificij Tabellionatus, circa cognitionem Iurium, quæ ad Contractus, Vltimas uoluntates, & Iudicia attinent. folio 1.
- Novella Constitutio D. Imperatoris Iustiniani, de Tabellionibus. fo. 61.
- Diui Imperatoris Maximiliani Constitutio, super exercitio officij Notariatus. fo. 62.
- Variarum Quæstionum quæ circa Notariatus exercitium incidere solent & possunt, Liber, Bartholi cuiusdam nomine iam olim euulgatus, nunc uero ingenti accessione ex Baldo, Lanfranco, Iafone, Felino & alijs locupletatus. fo. 66
- Tractatus Clausularum quæ ex more in Instrumentis, Contractibus, Testamentis, alijsq; Vltimis uoluntatibus, Iudicialibus item actibus inseruntur, per Celsum Hugonem Dissutum Burgundum, V. I. Doctorem, ex uarijs Doctorum scriptis collectus. fo. 73.

## TOMI SECUNDI CONTENTA.

- Explicatio Instrumenti, Substantialiũ & requisitorũ eiusdem. fo. 1.
- De Refectione & Exemplatione Instrumentorum. fo. 5.
- Formulae omnis generis Instrumentorum, super Contractibus, Vltimis uoluntatibus, & Iudicialibus actibus. fo. 7.
- Miscellanea, seu Sylua diuersorum omnis generis Instrumentorum. fo. 46.
- Instrumentorum quæ Ceterata uulgò uocant, & ut in ipsis Notariorum Protocollis concipiuntur, Libellus fo. 83.
- Instrumentorum super Ecclesiasticis negocijs & actibus conficiendorum, Liber unus. fo. 86.



PRAEFATIO.  
CANDIDO LECTORI. S.



VO rectius omnem uoluminis huius rationem, Lector accipias, pauca de me, institutiq; mei consilio mihi praefanda esse duco. Et quidem in primis hoc uerè profiteri possum, nulla me neq; gloriae cupiditate, neq; scribendi (ut ferè sit) libidine, sed boni tantum publici studio ad hunc qualemcunq; Artificij Tabellionatus componendi laborem accessisse. Non ignorabam enim humiliorem hanc esse materiam, quàm ut aliquam dignam ex ea laudem sibi quis polliceri posset: cum non obscura sit ea suspitio, quid causæ fuerit, quòd praeter ueteres illos Odofredum, Aegidium Fuscarū, & Rolandinum Bononienses, & Stephanum Marcillettum ex recentioribus, nullius nomen in hoc scripti genere extare uidemus. Ego uero, quòd animaduertentem Tabellionum artificium summè necessarium ac utile semper fuisse, his autem nostris temporibus magis etiam atq; magis increbescere, quanto illud ab alijs scriptoribus desertius esse comperi, tanto maiori studio ad id excolendum subueniri debere iudicaui. Cæterum huiusmodi opera Notariorum professionem planè opus habere, notius esse arbitror, quàm quòd ullis uerbis indigeat: quandoquidem negari non potest, tam Rolandinum quàm Marcillettum, (quorū de hac re scripta sola nūc extant) nonnunquam parum utilia profecutos esse, nonnunquam uero necessaria etiam praetermississe, quanquam uterq; ne quem sua laude fraudemus, benè de Tabellionatus arte promeritus sit. Nos igitur hanc eandem, ad plenioram aliquam perfectionem perducere cupientes, ab ipso inde initio repetitam eam, & per singulas suas partes iurium ratione explicatam, formulis tandem ipsis demonstraui.

PRIMO namq; Tomo quicquid ad scientiam Tabellionatus, & cognitionem eorum iurium pertinet, quæ circa officium atq; exercitium eiusdem consistunt, quanta pro angustia temporis potuimus diligentia collegimus. In qua quidem tractatione etsi multa ex multis sumpta à nobis sint, atq; huc relata, factum tamen id est liberaliter, cum nomenclatura nempe eorū Authorum quorum sententijs, aut aliquando etiam uerbis sumus usi. Quancūq; eò iam deuentum sit in tanta cōmentatorū iuris ciuilis ubertate, ut nescias ferè quæ quibus authoribus accepta feras: cum eadē sæpe dicta sint à multis, repetita à pluribus, ut porrò illud quoq; Comicum in nostrorū hominum scriptis rectissimè locum habeat, Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius. Quòd enim quidam dum egregiè uarièq; multa interpolant, latere se opinantur, eos ego longè spe sua frustrari, doctorumq; & studiosorum iudicia minimè fallere posse



P R A E F A T I O.

sentio. Præterea & ipsa legum Authorumq; loca singulis doctrinis adiecimus, non ad ostentationem hoc quidem, ut aliquando sit, sed fidem maiorem, inde etiam ut amplius inuestigandi ansam si qui uellent, habeant. Quæ uero in nostris libellis ( de quibus hætenus sumus locuti ) uel non commodum habuere locum, uel ab alijs abunde iam antea cõscripta erant, ad Tabellionum aut noticiam nihilominus pertinebant, ea separatim nostris subiecimus, quales sunt Diuorum Imperatorum Iustiniãni & Maximiliani de Tabellionibus Constitutiones. quibus omne illorum officium quàm exactissimè præscribitur, tum quoque uariarum Quæstionum quæ circa Tabellionatus exercitium incidere solent & possunt, Consuetarũ item Clausularum, quibus Tabelliones quotidie in Instrumentis utuntur, Libelli.

ALTERO autem Tomo totam Instrumentõrum uim, naturam, atque formam circa qualescunq; tam ciuiles quàm Ecclesiasticos actus, diligenter explicuimus. Formulas porrò ipsas non ex uno aliquo authore hausimus, uerum ex multis non sine delectu collegimus, potissimum uerò Rolandino, Speculatore, Marcillego, tum Romano Florentinoq; perfectioribus formularijs. Ceterum de illis hic breuiter admonendi Tabelliones sunt, quanquam bona pars earum formularum Italiae magis quàm Germaniæ nostræ conuenire uideatur, tamen ob id eas minimè reijciendas esse. Cum enim illæ rerum serie, uerborum proprietate ac copia, necessariarum deniq; clausularum uarietate commodissimè omnium cautissimèq; conceptæ sint, sumet ex his Notarius proposito suo conuenientia, in reliquis uerò cõmunem regionis stilum retinebit. Sic enim & in uniuersum omnes formulæ, qualescunq; tandem sint, præscribuntur Tabellionibus: ut ex illis conuenientia tantum sibi sumant, non ut ad uerbum eas in Instrumenta sua describant.

Quod igitur reliquum est, à te candidè Lector, maiorem in modum peto, ut hoc studium meum, quo Tabellionibus, nulla prorsus nominis mei habita ratione, gratificari commodareq; uolui, bonam in partem & benigniter accipias. talem porrò te mihi censorem præbeas, ut & primæ editioni non nihil condones, & posteriora meliora speres: aut si minus hoc possis, ita præ-

sentia corrigas, ut eruditionem candore coniun-

ctam in te laudare, non autem insectandi

libidinem iure improbare quea-

mus. Tantum est,

Index



INDEX.

INDEX. QVAE HOC

primo Artis Notariatus Tomo continentur.

a. priorem, b. alteram chartæ faciem notat.

A.

Accidentalía quæ dicantur.	18 a
Actio iniuriarum an cedi possit.	25 b
Actio ex naturali obligatione non datur.	6 b
Actiones criminales aut publicæ quatenus cedi possint.	25 a
Actiones in contractibus in nominatis quæ competant.	11 b
Actiones in iudicium deductæ cedi non possunt.	25 b
Actus definitio.	5 b
Adoptioni finitur substitutio pupillarís.	3 b.
Affinitatis in successione defunctorum nulla habetur ratio.	57.
Agnati & cognati quando uocentur ad successionem.	59
Aliena res quò possit legari.	43 a
Alienatio ex fideicommissio quib. casibus sit concessa.	40 a
Alienationis prohibitio in perpetuum sine causa fieri nõ potest.	45 a
Alienationis prohibitio an fieri possit à testatore.	45 a
Alienationis prohibitio quib. uerbis & qua forma fiat.	45 a. & b.
Anabaptistis & Apostatis interdictus est ois usus testamētorū.	23 b
Annus Dñi debet apponi in instrumento.	2 b
Antidoron quid.	15 b
Ascendentes quò succedant.	58 b
Assis & partium eius declaratio.	31 b. & 32 a
Assis & partium eius uocabulis hodie non utuntur testatores in testamentis condendis.	32 b

B.

Bannitus an cedere possit actiones.	25 a
Bannitus seu excommunicatus an testari possit.	29 a
Bella inter Christianos Ciuilia potius	

us quàm publica sunt.	28 a
Beneficium duorum correorum quale.	22 b
Beneficium ne quis amplius quàm facere potest cõdemnetur, quib. competat.	21 a
Beneficium S. C. Macedoniani, quib. casib. procedat, quib. uero minus.	21 b
Beneficium S. C. Velleiani quib. casibus non detur mulieribus.	21 b
Beneficia renunciabilia	20 b

C.

Cæcus qua forma testari possit.	29 a
Cæsarís Maximilianí de Notarijs ordinatio.	3 a
Cancellatio Imbreuiaturæ quomodo faciendá.	4 b
Capacitas donatarij causa mortis, nõ tempore donationis, sed mortis inspicitur.	55.
Captiuus cur non possit testari.	28 a
Cessio simulata quib. coniecturis præsumatur.	25 b. & 26 a
Cessio actionũ quib. sit permíssa	25 a
Cessio quomodo fieri debeat.	25 b
Cessio simulata iure reprobatur.	25 b
Cessionis bonorum beneficium quale.	21 a
Cessionis titulus an debeat inseri in instrumento.	25 b
Christiani belligerantes inuicem ius postliminij nõ habent.	28 a
Ciuilis obligatio quæ sit.	6 b
Ciuilis obligatio qua ratione tollatur.	7 a
Ciuilis obligatio imbecillior est naturali.	7 a
Ciuilis obligatio inter quas personas contrahatur.	7 a
Clausula codicillaris & eius forma.	48
Clausulæ Codicillaris effectus.	49.
Clausula Codicillaris si omittatur an	



INDEX.

- an nihilominus testamentum ualeat iure fideicommissi uel codicillorum. 49
- Clericus possidens bona indubio censeatur de bonis ecclesie acquisiuisse. 28 b
- Clericus beneficiatus æquiparatur usufructuario. 28 b
- Clerici an possint esse Notarij. 2 a
- Clericorum ære alieno grauatorum beneficium. 21 a
- Codicillis hæreditas neque datur neque adimitur. 50
- Codicilli à testato & ab intestato quemadmodum fiant. 50
- Codicilli an possint fieri sine scriptis. 51.
- Codicilli quæ mandari rectè & utiliter possint. 51.
- Codicillos plures potest, quis relinquere omnes ualidos, secus in testamento, cū prius tollatur per posterius. 50.
- Codicilli quemadmodum differant à Testamento. 50.
- Collaterales quomodo succedant. 59
- Comitum Palatinorum dignitas. 1 b
- Commodatum quid. 9 b
- Compendiosa substitutio unde dicta & quibus uerbis fiat. 38 a. & b
- Compendiosæ substitutiones effectus. 38 b
- Condictio sine causa & ob turpem causam quibus competat. 23 a
- Coniectura non nisi in dubio locum habeat. 26 a
- Contractus quid. 5 b
- Contractus innominati quomodo cognoscantur 10 a
- Contractus innominati qui dicantur. 9 b
- Contractus nominati qui dicuntur. 9 a
- Contrahere qui non possint propter ætatem. 12 b
- Contractus innominati in continentipariunt actionem, nec opus est oblatione, secus in innominatis. 11 a
- Conditio impossibilis in legatis pronon scripta habetur. 43 b
- Consuetudo plurimum operatur in instrumentis. Tom. ij. 4 b
- Contractus innominati regulantur secundum naturam nominatorum. 12 a
- Conuersionis uerbum generale est. 5 b
- Creditorum tacitas siue expressas hypothecas in bonis debitorum suorum habentes ceteris debitoribus præferuntur. 23 a
- Cui bonis interdictum est, qui re ipsa, tamen prodigus non erat an testari possit. 27 b
- Curator in testamento indifferenter ab omnibus, inutiliter datur, nisi à iudice confirmetur. 48 a
- D.
- Damnatos ad perpetuos carceres an possit condere testamentum. 29 a
- Descendentium hæredum qui nultiplex est differentia. 57.
- Descendentium in successione prima habetur ratio. 57.
- Descendentibus non extantibus ascendentes instituendi sunt. 33 a. & b
- Dies est de substantia instrumenti Tom. ij. 3 b
- Dies & hora in uncias diuiduntur. 32 b
- differentiarum nominatorum & innominatorum contractuum, & eorum cognitionis utilitas. 11 a
- Distractus quid. 6 a
- Distinctio Bartoli inter contractus. (10 b
- Distinctio pactorum. 8 a
- Dolus ex proposito & dolus re ipsa differunt. 15 a
- Dolus in fraudem hominis quomodo adhibeatur. 14 b
- Dolus in fraudem legis quomodo fiat. 15 a
- Donatio causa mortis non requirit insinuationem, quemadmodum simplex donatio. 55
- Donatio causa mortis quibus, ex causis reuocari possit. 56
- Donatio causa mortis si reuocetur, an liceat reuocare fructus ex re donata perceptos. 56
- Donatio causa mortis quomodo fiat hodie. 55
- Donatio causa mortis quomodo fiat inter absentes, & in quem finem. 59
- Do



I N D E X.

Donatio mortis causa quid sit, 35.  
 Donationis cā mortis tres species, 35.  
 Donare causa mortis qui possint, 35.  
 Donatio quando & quib. casib. reuocari possit, 23 b  
 Donatarius restituens rem donatam ex causa ingratitudinis, non tenetur fructus restituere, 36.  
 Donatio utrum sit contractus nominatus uel innominatus, 10 b  
 Dupondij & Tripondij declaratio, 32 a

E.

Epistolæ Diui Hadriani beneficium, 22 b  
 Error in corpore hæredis uitiat institutionem, 31 a  
 Exceptio non solutæ pecuniæ cui competat, 22 a  
 Exceptio non numeratæ pecuniæ cui & quomodo competat, 22 a  
 Exceptio non solutæ dotis, 22 b  
 Exemplatio Instrumentorum sine iudicis auctoritate, nulla est, tom. ij 6 a  
 Exemplatio Instrumentorū quomodo fienda, tom. ij, 5 b. & 6 a  
 Exemplaris substitutionis forma effectus, & quomodo expiret, 37 b  
 Exemplaris substitutio quib. fieri possit & quo ordine, 17 a  
 Exemplaris substitutio ab utroq; parente facta si sit, ultra præualebit, 37 a.  
 Exemplariter substituere potest tam mater quam pater, 37 a  
 Exemplaris substitutio quæ, & unde dicta & eius requisita, 36 b & 37. a  
 Exemplaris substitutio in quib. differat à pupillari, 36 b. & 37 a  
 Exhæredatio an possit fieri ob similes causas, enumeratis & aliud quoque in. Aut. ut cum de appell. cog, 41 a  
 Exhæredationis causæ in testamento debent exprimi, 41 a  
 Exhereditatio & præteritio liberos duntaxat & parentes respicit, non etiam remotiores agnatos, 40 b  
 Exhæredatio filio substituens ecclesiam à Diuo Augusto damnatur, 40 b  
 Exhæredans filium, instituere debet ex eo nepotes, 42 a

Exhæredationes non nisi magnis de causis admittendæ, 40 b  
 Exhæredatio quandoq; ualet sine Cā ingratitudinis inserta, 41 b. & 42 a  
 Exhæredare quid sit, 40 b  
 Exhæredari ut possint liberi, sunt causæ quatuor de im, 40 b  
 Exhæredari ut possint à liberis parentes sunt causæ septem, 41 a  
 Exhæredatio ut ualeat, quæ requirantur, 40 b. & 42 a  
 Ex pacto unde nulla datur actio sed exceptio tantum, 8 a  
 Extensio & imbreuiatura quomodo est facienda, 4 a

F.

Falcidia detractio an prohiberi possit à testatore, 44 b  
 Falcidia & Tabellianica quomodo differant, 44 b  
 Falcidia quæ sit, 44 b  
 Fauor ultimarum uoluntatum, 26 b  
 Fideicommissarius cautionē ab herede grauato quicquid mortis sue tempore super fuerit, restituere, & exigere debet, 40 a  
 Fideicommissaria nunq; continet uulgarem nisi sit expressa, 39 b  
 Fideicommissaria substitutio quæ, & quib. uerbis fiat, 39 a  
 Fideiussor creditorem à quo conuenitur compellere potest ad cedendas sibi actiones contra reum principalem, 22 b  
 Fideiussor conueniri non potest anteq; excutiatur reus principalis, 22 b  
 Fideiussor pro dote seruanda uxori cur dari non possit, 23 b  
 Fideiussor sine stipulatione non intelligitur, 18 b  
 Filiorum appellatione ueniunt nepotes in fauorabilib, 22 a  
 Filij & reliquis descendentes hæreditas parentum iure nature debetur, 57.  
 Filiusfam. donare causa mortis potest, licet testanti non possit, 59.  
 Filijfam. in peculio castrensi censentur patresfam, 13 a  
 Filiusfam. in quibus Testamentum facere possit, 27 b



I N D E X.

Filiusfam. donare causa mortis potest.	27 b	Hæredis institutio caput & fundamentum testamenti.	30 b
Filijfam. quatenus obligantur.	12 b	Hæredes institui qui possint, & qui minus.	32 b
Filiusfam. quomodo possint cedere actiones.	25 a	Hæreditas quamdiu ex testamento adiri potest, ab intestato non defertur.	56.
Filius grauatùs à patre de restituendo utrum possit detrahere duas quartas, & legitimam & Trebellianicam.	39 b	Hæreditas quatuor modis ad causam intestati recidere solet.	56.
Filij naturalium filiorum auo paterno non succedunt, secus in matre.	57.	Hæreditas nominis celandi modus.	52.
Filius patri & frater fratri exemplariter non potest substituere.	37 a	Hæredes tot, quot uoluerit, testator instituere potest.	31 b
Filia quæ in scio uel inuito patre nuplit, an ex hæredari possit.	41 b	Hæretici & eorum fautores non possunt condere testamentum.	28 b
Fiscus postremus omnium, si nemo sit qui succedat, uocatur ad successionem.	59	Hora an sit de substantia Instrumenti tom. ij.	3 b
Formulariorum & Pragmaticorum nomen unde. tom. ij.	1 a	Hostium res legari possunt.	43 a
Forma dat esse rei.	19 a	I.	
Forma non potest impleri per equi pollens.	19 a	Imperatoris uel Papæ ommissio in Instrumento an uiciet. tom. ij.	4 a
Forma in contractibus, quæ?	18 b	Impuberes testari non possunt.	27 b
Frater contra tacitam pupillarem non admittitur.	36 b	Inæqualitas iuriciuili exosa.	38 a
Fratres utrinque coniuncti concurrentes cum ascendentibus, pariter admittuntur ad successionem defuncti.	58.	In contractu facio ut des, cur detur actio de dolo.	11 b
Fratres uterini quomodo succedant.	59.	In contractibus, innominatis principaliter agi potest ad interesse.	11 b
Fraus legi quot modis fiat.	15 a	In contractibus, innominatis reus liberatur præstando interesse.	11 a
Fraus quot modis in contractibus committatur.	14 b	Indictione erronea Instrumento inserta, an uicietur instrumentum. to. ij.	3 b
Fructus percepti quando in Trebellianicam computentur.	39 b	Indictio quomodo sit inuenienda. to. ij.	3 a
Fundus dotalis quando alienari possit.	13 b	Indictio quid sit.	2 b
Fungibiles res quæ dicantur.	9 b	Indictio tempus est xv. annorum. to. ij.	3 a
Furiosus, mutus, surdus, non possunt testari, nisi casu aliquo tales facti sint, non natura.	27 b. & 28 a	Ingratitudinis causæ, ob quas donatio reuocari possit.	23 b
H.		In honesti lucri nulla habet ratio.	17 a
Hæres ab hero dictus.	30 b	Instrumenti appellatione quid ueniat tom. ij.	1 b
Hæreditas quid sit.	30 b	Instrumentum ex duobus consistit, facto uidelicet & forma. tom. ij.	1 b
Hæreditas Dñi est & defuncti locum obtinet.	30 b	Instrumenta non debent noctu fieri, nisi necessitate exigente. to. ij.	3 b
Hæreditas apud ueteres per assem & eius partes diuidebatur.	31 b	Instrumenta non debent nisi in membranis conscribi. tom. ij.	5 a
Hæres grauatùs de restituenda hæreditate detrahit quartam Trebellianicam.	30 b	Instrumenta plura super eodem negotio possunt confici. tom. ij.	5 b
		Instrumentum potest scribi etiam per non Notarium, modo notarius subscribat.	4 c
		Instrumentum quid. tom. ij.	1 b
		Instrumentum reiectum quandoq; origi	



INDEX.

- Originaliale dicitur. tom. ij. 5 b  
 Instrumenti requisita nouem sunt  
 Tom. ij. 2 a  
 In Instrumentorū refectione quid requiratur. Tom. ij. 5 a. & b  
 In Instrumento super contractu inter Iudeos, an inuocatio nominis Christi requiratur. Tom. ij. 2 a  
 In omnibus contractibus licitè stipulamur interesse à principio, excepto mutuo. 17 b  
 Institutio ad tempus incertum ualida est. 31 a  
 Institutiones conditionales quomodo debeant fieri. 31 a  
 Institutio ex certo tempore, uel ad certum tempus, temporis adiectione sublata, pura censetur. 31 a  
 Institutio hæredis quomodo fieri debeat. 31 a  
 Institutus in re uel quantitate certa, loco legatarij habetur nec subitonus æris alieni, secus in certa quantitate instituto. 31 b  
 Institutionis titulus honorificus, legatari uero munificus. 33 b  
 Institutio uel purè uel sub conditione fieri potest. 31 a  
 In successione descendentium propinquior nõ excludit remotiorè. 58  
 Interesse quid sit. 17 a  
 Interesse certum in principio contractus mutui taxari non potest. 17 b  
 Interesse in contractu mutui quando possit stipulari. 17 a  
 Interesse certum & indubitatum licitè petitur. 17 a  
 Interesse lucrì cessantis etiam iure canonico licitè petitur. 17 a  
 Interesse quomodo probetur. 17 b  
 In testamento conscribendo quæ requirantur. 5 a  
 Inuentarij conficiendi ommissio potest concedi à patre testatore. 47.  
 Inuocatio nominis dñi an sit necessaria in instrumento. Tom. ij. 2 a  
 Iudex suspectus quomodo possit recusari. 23 a  
 Iuri sanguinis seu naturæ renunciarì non potest. 20 a  
 Iustinianus primus numerauit tempora indictionibus. Tom. ij. 3 a
- L.
- Legatum quid sit. 42 b  
 Legata, donationes causa mortis, & fideicommissa, quò differant. 42 b  
 Legare qui possint, & quibus legari, & quæ res & quo mō. 42 b, et 43 a  
 Legatorum species, & de electione eorum. 42 b  
 Legitima quæ sit. 33 b  
 Liberos appellacione etiam Neptes & proneptes intelligūt. 33 b  
 Libris & parentib. & si minus legitima portione relicta sit, nihilominus ualebit testamentum, & quod deest, ab hæredibus supplebitur. 33 b  
 Libris & parentibus institutionis titulo nõ legati relinquendū est. 33 b  
 Liberam testamenti factionem sibi ipsi auferre nemo potest. 46  
 Libris ex iustis nuptijs procreati nõ possunt ex hæredari, nisi ingrati in parentes extiterint. 33 a  
 Locus loci an sit specificandus in instrumento Tom. ij. 4 a  
 Locus in instrumento de substantia est. Tom. ij. 4 a
- M.
- Maiores qui sint, item minores. 12 a  
 Mariti bona tacite obligantur uxori pro dote. 23 a  
 Maritus & uxor quò sibi inuicem succedant. 59.  
 Mater & similes personæ, atq; etiam remotiores, tutores in testamento non possunt dare. 47. & 48.  
 Mater excludit in successione auum paternum. 58.  
 Mater quando non possit substituere exemplariter. 37 a  
 Miles aut Doctor, mutuans pecuniæ, an petere possit aliquid interesse. 17 a  
 Militum priuilegia in substitutionibus. 39 a  
 Monachus ante professionem factam propriè monachus non est, & ideo testari poterit. 28 b  
 Monachi non possunt testari. 28 a  
 Monachi quatenus obligentur. 13 a  
 Monachi equiparantur seruis. 13 a
- \* v



INDEX.

- Monachi pro mortuis habentur.** 2 a  
**Monachus quicquid acquirit, acquirit monasterio.** 13 a  
**Mulier in Codicillis potest esse testis.** 50  
**Mulieres contrahentes quatenus obligentur.** 13 a  
**Mulier quando possit esse testis in Testamento.** 29 b  
**Mutuuum quid.** 9 b
- N.**
- Nati ex damnato coitu non succedunt parentibus.** 58  
**Nati ex nephario coitu an possint legitimi, & inde succedere.** 58  
**Naturalia contractus per pacta tolli posse, quomodo intelligendū.** 18 a  
**Naturalia dupliciter considerantur.** 19 a  
**Naturales liberi an debeant hæredes institui.** 33 a  
**Naturales tantum, quatenus possint hæredes, institui, & quatenus succedant ab intestato.** 57  
**Naturalis obligatio quæ sit.** 6 a  
**Naturalia quæ dicantur.** 18.  
**Naturalis obligatio inter quos contrahatur.** 6 a. & b.  
**Nemo sibi potest ponere legem, à qua non liceat recedere.** 46.  
**Nepotes quomodo debeant institui hæredes.** 33 a  
**Non entis nulla sunt qualitates.** 19 a  
**Notariorum ab Imperatore, seu Comitibus, Palatinis creatorum, & eorum qui ab inferioribus principibus creantur differentia.** 1 b  
**Notariorum æstimatio apud ueteres.** 1 a  
**Notarius an possit mutare signum tom. ij.** 4 b  
**Notarius an teneatur scire iura & leges.** 2 b  
**Notarius à notis scribendis dictus.** 1 a  
**Notarii apud ueteres qui dicebantur.** 1 a  
**Notarius à quo habeat officium suum.** 1 a  
**Notariatus artis quis sit finis. tom. ij.** 12. & b  
**Notarius cauere debet ne leuissima quæq; omittat in Instrumento. tom. ij.** 2 a. & b  
**Notarius conficiens Instrumentum usufructum periturus habetur.** 13 b
- Notarius creare qui possint.** 1 b  
**Notarium cuius rei in primis oportet esse peritum.** 23  
**Notarius negligens quomodo puniatur.** 3 b  
**Notarius notario partes suas delegare non potest.** 3 b  
**Notariatus officium quale.** 1 a  
**Notæ quæ dicantur.** 1 a  
**Notario quæ sint specialiter consideranda circa celebrationem contractuum.** 4 b  
**Notarii qui tam creati possint.** 1 b. 2 a  
**Notarius quis dicatur.** 1 a  
**Notarius quomodo subscribere se debeat in Instrumento. tom. ij.** 4 b  
**Nuncupatiuum testamentum an per testatorem subscribi & consignari expediat.** 54  
**Nuncupatiue testari uolens, an possit dictatam uoluntatem à Tabellione coram testibus, prælegi facere, ne is testandi modus suspectus sit.** 52. & 53
- O**
- Obligatio naturalis quomodo tollatur remanente Ciuili, & econtra.** 7 a  
**Obligatio quid.** 6 a  
**Obsides testari non possunt.** 28 a  
**Officium & ars notariatus circa quæ potissimum uersetur.** 5 c  
**Officium notariorum.** 3 a. & b  
**Omnes actiones cedi possunt tam reales quam personales.** 25 a
- P.**
- Pactum quid.** 1 b  
**Pacta adiecta.** 18 a  
**Pacta incontinenti adiecta dicuntur inesse contractui.** 8 a  
**Pacta tacita exceptionem tantum pariunt.** 8 b  
**Pacta Realia & personalia quæ dicantur.** 8 b  
**Pacta nuda quibus modis uestiantur.** 8 b  
**Pacta expressa & tacita quæ.** 9 a  
**Mutus quomodo possit pacisci.** 9 a  
**Pacta ad alias res seu personas, quam de quibus, & inter quas actum est non debent extendi.** 9 a  
**Pacta**



INDEX.

Pacta quando extendantur ad tertiam.	9 a	Pro parte testatus, pro parte intestatus nemo potest decedere.	31 b
Pactum aliás usurarium ratione incertitudinis tolleratur.	15 b	Prothocollo nonnunquam magis statur quam extracto.	3 a
Pacta contra leges & bonos mores inutilia sunt.	14 b	Protocollum Notarij quale esse debeat.	3 a
Pactum legis commissoriae in pignoribus cur reprobatur.	23 b	Pupilli contrahere possunt sine tutoris autoritate, modo faciunt conditionem suam meliorem ipsi autem non obligantur alijs.	12 b
Pacta nuda legis autoritate uestita.	8 a. et b	Pupillari cum exemplari substitutio ne concurrente, exemplaris non habet locum.	37 a
Pactum nudum quod dicatur.	8 a. et b	Pupillus nullam rem alienare potest.	14 a
Pactum procuratoris quando proficuel noceat domino.	9 a	Pupilli quatenus obligentur alijs	12 b
Pacta sunt triplicia.	16 b	Pupillares res quando possint alienari.	13 b
Pactum unde dicatur.	5 b	Pupillaris substitutio quibus modis expiret.	36 b
Papa non potest alienare res ecclesiasticas.	13 b	Pupillaris tacita an excludat matrem.	36 b
Permutatio cur sit contractus inominatus remissive.	10 a. & b		
Personarum diuisio.	12 a	Q.	
Personae quae non possunt contrahere.	12 b	Quae pacta dicantur inutilia.	14 b
Poenae in contractu mutui sine suspicionem Vsurarum non apponitur.	16 b	Quae res in contractu uenire possunt.	13 a
Poenae in contractu mutui ultra legitimarum Vsurarum modum non debet extendi.	16 b	Quibus casibus detur actio ex pacto nudo.	8 a
Poenae mortis & poena carceris perpetui equiparantur.	29 a	Quis ordo sit seruandus circa publicaciones instrumentorum. Tom. ij.	4 a
Poenitentia quando locum habeat in contractibus.	11 a	Qui tenetur ad dandum praecise dare compellitur, secus in eo qui tenetur ad tradendum seu faciendum.	11 b
Poenae petita an peti possit interesse.	17 b		
Posthumi debent haeredes institui.	32 a	R.	
Potentioribus cedi actiones & iura non possunt.	25 a	Reciproca substitutio comprehendit uniuersales haeredes tantum, non etiam speciales.	38 a
Praxis difficilior est cognitu quam ipsa theoria. Tom. ij.	1 a	Reciprocae substitutionis formula & eius effectus.	37 b
Praeteritio cum causa ingratitudinis inserta, an operetur exhaereditationem.	14 b	Reciproca substitutio quando in se contineat plures uulgares, seu pupillares.	37 b
Praeterire quid sit.	40 b	Reciproca substitutio cur dicta.	37 b
Præcarium quid.	9 b	Reciproca substitutio coniuictos tantum respicit, si in eodem testamento sint, & coniuicti & disiuicti.	38 a
Præuatae res nonnunquam prohibentur alienari.	13 b	Resectio & exemplatio instrumentorum differunt. Tom. ij.	5 a
Prodigus cui bonorum suorum administratio interdicta non est, testari potest.	27 b	Reipublicae interest ut sint liberae testantium uoluntates.	26 b
Prodigus cui bonis etiam interdictum est, testari adhuc inter liberos suos potest.	27 b	Renun-	



INDEX.

- Renunciatio in quibus casibus non procedat. 20 a. & b  
 Renunciationes. 19 b  
 Renunciatio generalis non ita præiudicat ubi specialis requiritur, quemadmodum specialis. 24 a  
 Renunciatio generalis quæ. Item quæ specialis. 23 b  
 Renunciatio quæ fit iuri de futuro. 24 a. & b  
 Renunciatio iuris nondum competentis. 24 b  
 Renunciatio est stricti iuris in qua non ueniunt nisi clarè expressa. 24 b  
 Rerum diuisio. 13 a  
 Res litigiosa non potest alienari. 14 a  
 Res ecclesiasticæ quando alienari possint & quomodo. 13 b  
 Restitutio in integrum perinde successoribus minorum quam ipsis minoribus conceditur. 36 a  
 Restitutio in integrum, quibus. & quando competat. 22 a  
 Retentio species est defensionis. 7 b  
 Retrouenditio quid sit. 18 a  
 Reus perduellionis testari non potest. 28 b  
 Romani consulibus non indictionibus tempora numerabant, Tom. ij. 3 a
- S.
- Sacerdotes sub prætextu cognationis alunt concubinas. 15 a  
 Sacerdotum contemptus unde procedat. 2 a. & b  
 Serui quatenus obligentur. 13 a  
 Si mutuo ut uicissim mihi mutues, an sit Usurarium. 15 b  
 Signum Notarij est de substantia publici instrumenti. Tom. ij. 4 b  
 Solennia testamenti quæ. 29 b  
 Solennitas obseruari debet, quia ommissa, uiciat. 11 b  
 Solennitas in contractibus quæ. 18 b  
 Solennitas quando præsumat. 19 b  
 Solutum ex naturali obligatione repeti non potest. 6 b  
 Spurij matri dumtaxat succedunt. 57.
- Spurij ex dånato coiturnati omnino non hæredes institui possunt. 33 a
- Statutum ut filia nubat in seculis parentibus sub priuatione dotis, an ualeat. 41 b  
 Stipulatio omnium obligationum est firmissima. 9 a  
 Stipulatio quid. 9 b  
 Stipulationes inutiles quæ dicantur. 14 b  
 Substantia deficiente deficit totus effectus. 19 a  
 Substantia quid sit. 17 b  
 Substantialia quæ dicantur. 17 b  
 Substantialia pactis tolli non possunt. 19 a  
 Substituti directè accipiunt hæreditatem fideicommissarij per manum hæredis. 39 a  
 Substitutionum quinque species. 34 b  
 Substitutus non potest separare hæreditatem pupilli ab hæreditate paterna. 36 a  
 Substitutio uerbis merè obliquis facta proprie fideicommissum dici potest. 38 b. & 39 a  
 Substitutio compendiosa per paganum facta uerbis directis statim ab initio obliquatur. 38 b  
 Substitutio pupillaris quæ, & quæ sint eius uerba. 35 b  
 Substitutionis pupillaris requisiti. 35 b. & 36 a  
 Substitutionis pupillaris effectus. 36 a  
 Substitutus pupillariter succedit ipsi si pupillo in omnibus bonis tam à patre quam aliunde ipsi pupillo quæ sitis. 36 a  
 Substitutio quid. 34 a  
 Substitutio est duplex. 24 a  
 Substitutio directa, item obliqua quæ sit. 34 b  
 Substitutio obliquata quæ. 34 a  
 Succedendi modi duo. 42 a  
 Succedens ex pupillari bona tam patris quam filij accipit. sin aut ex fideicommissio succedat, bona testatoris duntaxat ab hæredibus ab intestato accipiat. 38 b
- T.
- Tabelliones uel Tabularij quondam dicebantur, qui hodie Notarij. 1 b  
 Tem



## INDEX.

Tempus quadrimestre datur cōdem natis.	23 a.	Testes qui possint esse in Testamen to.	29 a
Tempus quo modo fit Instrumento inferendum, tom. ij.	3 a	Testamentum quinque omnino, aut etiam tribus duntaxat uerbis fieri potest.	30 a
Testamenta citra Iuris solennita tem quę possint fieri.	29 b.	Testamento corruēte corruūt & lega ta ex eo, nisi uicietur Testamentū ex causa exheredationis uel prete ritionis, quo casu cętera firma per manent.	42 a. & 43 b
Testamentorum duę species.	27 a	Transactio quid?	5 b
Subtilitas nimia & scrupulositas ue terum circa Testamenta confi cienda.	27 a	Transactio super testamento non inspecto est prohibita.	23 b
Testamenta solemnia in desuetudi nem serē abierunt.	27 b	Trebellianicę detractio an prohiberi possit in testamento.	45 a
Testamenta qui facere possint.	27 b	Tutores an dari possint Codicillis.	51
Testamentorum materia omnium in iure difficillima.	26 b	Tutores in Testamento & Codic illis dari possunt.	47
Testamenti ordo quis.	30 a. & b	Tutorum testamentariorum præ rogatiua.	47.
Testamentum prius habens Claus sulam derogatoriam, an possit re cari per posterius.	46 b	V.	
Testamenti substantiam uel tenor rem respicientia.	30 a	Verba directa, Obliqua, Commu nia quę sint.	34 b
Testator disponere non solum enun ciare debet, ut Testamentum ual eat.	44 a	Vsura quid.	15 b
Testator pœnam adijcere potest in Testamento ut aliquid fiat, uel non fiat.	44 a	Vsurarij Contractus quomodo cog noscantur.	16 a
Testatoris præcepta circa funeris impensam & modum sepulturae, quatenus sint obseruanda.	44 b	Vsura iure Canonico in uniuersum prohibita.	15 b
Testator quod non expressē dispo suit, nō uoluisse præsumitur.	44 a	Vsura in solo mutuo est non in reli quis contractib.	16 a
Testamentum in scriptis tutius ne sit & securius Nuncupatiuo.	33	Vsurarij quomodo testari possit.	29 a
Testes in Instrumento quomodo ad hibendi tom. ij.	4 a	Vulgaris substitutio cur dicta est quottuplex.	34 b
Testamentum nuncupatiuum quod dicatur.	51	Vulgaris substitutionis effectus, qui sint.	35 a
Testamenta nuncupatina cur in scri pturam redigantur.	52	Vulgaris expressa quando contine at tacitam pupillarem.	35 a
		Vulgaris substit. aditione hæredita tis expirat.	35 b

## ERRATA:

- Fol. 19. b. linea 23. pro parata. lege Paradox.  
 Fol. 20. b. lin. 41. pactum. lege factum.  
 Fol. 22. a. lin. 13. commodo, lege incommodo.  
 Fol. 22. b. lin. 5. enu. lege cauta.  
 Fol. 24. b. lin. 10. tit. lege §.  
 Fol. 34. a. lin. 19. Saloniinus. lege Salamonius.  
 Fol. 46. b. lin. 25. uocauit, lege uocatur.  
 Fol. 46. b. lin. 8. à fine, mansit, lege sit.  
 Fol. 47. a. linea 8. lege, Sic enim I. O. inquit &c. & lin. 10. inuersa est tota sententia, ubi  
 sic lege. d. l. Si quis, in prin. Ex quibus sequitur derogationem quę sit sequenti Testa  
 mento, ualere: quatenus scilicet uoluntatem ipsam respicit, (illi enim præiudicare potest)  
 liberæ autem facultati uoluntatis derogare uel præiudicare neminem posse.



INDEX.

**QVAE TO**

mo Secundo, (Qui praxin Artis Notariatus solam habet) ordine continentur.

Instrumentum quid, & quæ Substantialia eiusdem Folio 1 b

Indictio in Instrumentis 2 b

Refectio & Exemplatio Instrumenti 5 a

OMNIS Generis Formulæ Instrumentorum selectis. Ex ordine utilium Contractuum 7 a

Contractuum Realium formulæ.

**MVTVVM.**

Mutui aliàs debiti recognitio in forma Camerae

Mutui debitoris unius, & unius creditoris, brevis formula 8 b

Solemne mutui Instrumentum, duorum debitorum, & duorum creditorum, diuersis fulcitum pactis 9 a

Debiti, & causa Cambij, à Scholaribus Clericis contracti. 10 a

Obligatio fideiussoris ex prædicto Instrumento aliquando substituti, & dati aliquando ibi. b

Debiti super materia fideiussoris addita cautione 11 a

Mutui Instrumentum ibi. b

**COMMODATVM.**

Commodati Instrumentum 12 a

**DEPOSITVM.**

Depositum Simplex, sine promissione de restituendo ibi. b.

Depositum pro utilitate & gratia Depositarij facti, cum promissione de reddendo

Depositum Instrument. in publica forma. 13 a

CONTRACTVVM QVI ex consensu descendunt, formulæ. ibi. b.

**EMPTIO. VENDITIO.**

Venditionis actus & itineris 16 b

Venditionis & Concessionis Iuris lignorum immittendorum, in pariete uel muro uicini 17 a

Venditio plurium uenditorum emptoribus ac rerum diuerso Iure tradit. ibi. b.

Venditio partis pro diuiso rei alicuius 18 a

Venditio partis pro diuiso

Venditio ædificij uel domus, facta ab aliquo pro se ac nomine alterius absentis, alicui Procuratorio nomine emente ibi. b

Fideiussio uenditionis ex interuallo post uenditionem 19 a

Pacta consueta apponi in uenditione

Venditio cum pacto de reuendendo 20 a

LOCATIO Et conductio ibi. b

Concessionis Locatiõis ad affectum 21 a

**PERMVTATIO.**

Permutationis & pro parte uenditionis 22 b

Rei propriæ cum conductioe permutata. 23 a

Emphioticæ rei permutationis forma **CAMBIVM.**

Protestatio literarum Cambij facta præsentis 24 a

Fides sensalis ibi. b

Protestatio literarum Cambij facta absentis

CONTRACTVS Matrimonialis

Sponsaliorum & matrimonij contractuentium 25 a

Sponsalij Instrumentum ibi. b.

Dotis constitutæ in re immobili, inextimata, & in pecunia & rebus mobilibus 26 a

Dotis constitutæ in re immobili extimata & pecunia & rebus mobilibus. extimatis ibi. b

Dotis constitutæ in pecunia & rebus mobilibus 27 a

Dotis augmentum ibi. b.

Donationis propter nuptias

Confessio Dotis in pecunia 28 b

Dotis confessio in re immobili inextimata, & sic per fundo Dotali 29 b

MANDATVM 31 a

Procuratoriũ & mandatũ plenissimũ

Ad agendum ibi. b

Ad intrandum in tenentam

Ad petendum insolutum 32 a

Ad faciendũ capi. Ad exigendum

Ad exigendum credita montis

Ad faciendũ sumi rationes ibi. b.

Ad accusandum. Ad excusandum

Ad petendum abolitionem

Ad locandum 33 a

Ad uendendum. Ad emendum

Ad donandum ibi. b

Ad nominandum in Iudicio

Ad act







INDEX.

Compromissi prorogatio. 65a  
 Diuisionis capitulum ibi.b.  
 Diuisionis Instru. 67a.  
 Inuentarij 68a.  
 Legalitatis Notarij literę testimonia  
 les.

TESTAMENTVM.

Legata 69a.  
 Exhæredatio 70b.  
 Hæredum institutio, prohibitio.  
 Tutorum datio 71b  
 Creatio executorum fideicommissorū.  
 Mulier relicta usufructuaria 72a.  
 Substitutionum materia 72 b.  
 Testamentum iacentis in agone 73a.  
 Codicillus ante Testm̄ ibi. b. 74 b.  
 Codicillus post testamentum. 74 b  
 Testamentum cæci 75a.  
 Institutio hæredis 75a.  
 Subscriptiones Testium in Testa-  
 mento ibi.b.  
 Testamenti forma, complectens uar-  
 rias cõditiones & dispositiões 76 a  
 Testamenti reuocatio 77a.  
 Emancipatio 78a.  
 Adoptio ibi.b.  
 Arrogatio  
 Exoneratio Testamentarij 79a.  
 Extractio Instrumenti à Prothocolo  
 lo Notarij defuncti, uel absentis ex  
 commissione ibi.b  
 Resectio instrumenti deperditi  
 ibi. 82 a.  
 Transcripti siue Vidimus alicuius  
 publici Instrumenti 80 a. 82 b.  
 Recognitionis annuiculus 80 b.  
 Diminutionis siue reductionis an-  
 nuiculus 81 a.  
 Transsumptum certorum Instrumen-  
 torum per auditorem camerae 83 a.  
 Transsumptum in forma Vidimus  
 ibi. b.

CAETERATA INST.

Mundaldi Instrum. Ceteratum.  
 Procuratio prout fit in Prothocollo  
 Venditio 84 a.  
 Locatio ibi. b.  
 Cessio dotis in pecunia  
 Cessio Iurium 85a.  
 Finis  
 Compromissum ibi.b.  
 Pacis

ECCL ESIASTICA.

Nominationis, præsentationis &  
 possessionis per Procuratorem 86 a.  
 Præsentatio iuris beneficij patrona-  
 tus laicorum ibi.b  
 Acceptandum & nanciscendum pos-  
 sessionem  
 Capiendum possessionem 87 a.  
 Possessionis per Notarium tradita,  
 uigore translationis ibi.b.  
 Possessionis translationis  
 Inductio in possessionē Episcopatus  
 in uim literarum Apostolicarū 88 b.  
 Inductio in possessionē parochialis  
 collatæ autoritate ordinaria, per  
 executorem 89 a.  
 Possessionis præbendæ, uigore nomi-  
 nationis in capitulo p̄ Canonicū ibi.b.  
 Receptionis ad Capitulum 90 a.  
 Collatio Canonici præbendæ per  
 liberam resignationem ibi.b.  
 Collatio p̄ simplicē resignationē 91 a  
 Collatio Parochialis per resignationē  
 ex causa permutationū ibi. b. &c.  
 Mandatum Syndicatus generale, ad  
 omnes causas 92 b.  
 Cõstitutio ad acceptandū bñficia 93 a.  
 Constitutio Procuratorum ad capien-  
 dum possessionem, & appellandū  
 ab intrusione &c. 93 b.  
 Constitutio Procuratorum ad profes-  
 quendum mandatum 94 a.  
 Constitutio ad impetrandū literas  
 Aposto. & processus in Camera.  
 Constitutio ad recipiendum collatio-  
 nem ibi. b  
 Requisitionis & receptionis Termi-  
 ni, quo ad possessionem.  
 Inductionis in possessionem 95 a.  
 Admissionis ibi.b. 96 a.  
 Donatio fructuū certorū &c. ibi. b.  
 Institutiones 97 a. &c.  
 Prouisiones ibi.b.  
 Resignatio Renunciatiões 98 b. 99 a.  
 Constitutio ad pertractandū causam  
 beneficalem  
 Relaxationis Instrumentum 99 b.  
 Testamentum pro infirmis 100 a.  
 Constitutiones Testamentorū ibi.b.  
 Transsumptum. Cessiones 102 a.  
 Iuriarum 103 b. 104 a.

Finis.

THEORICAE



# THEORICAE NOTARIIATVS, TOMVS PRIMVS.

## NOTARIATVS DEFINITIO, QVID SIT

Notarius, à quo creari, & qualis creari possit,

### CAPVT PRIMVM.



VONIAM prima cuiuscq; tractationis pars est, earum rerum, quæ explicandæ summuntur, Definitio, rectè atq; ordine faciemus, si ab ipsis Notariatus & Notarij definitionibus præsentem de arte Notariatus tractatum exordiamur. Est igitur Notariatus, officium publicum quo varia hominum negocia diuersiq; actus in solennem, Publicam & Autenticam scripti formam rediguntur: atq; ita digna plenaq; fide ad perpetuam posterorum memoriam referuntur. Notarius uero dicitur is, qui eiusmodi officium exercet: & ab ijs qui contrahunt, rerumq; suarum satagunt, eo nomine requiritur, ut super eorum negocia ipsis ad perpetuam fidem, publicam autenticamq; scripturam conficiat, habens eius officij sui auctoritatem à Papa, Imperatore, Rege, uel ijs, quibus illi suam ad eam rem potestatem sunt impartiti, puta Comitibus uel uice Comitibus Palatij Lateranensis. Cæterum hic admodum nendi sunt imperitiores, Notarij uocabulum non satis intellectum hæcenus, & huic officio abusiue improprieq; attributum fuisse. Notarij namq; olim dicebantur illi qui Notis ut plurimum inter scribendum scitè celeriterq; utebantur, erantq; pleriq; librarij. Notæ uero certæ sunt quædam literæ, quibus singulis singula uerba significantur. Exempli gratia, C. R. C. P. Istæ notæ significant: Cuius rei causa promittit. Et, X. T. C. Intra tempus constitutum. Et, Q. S. S. S. Quæ suprâ scripta sunt. Et, Q. NQ. A. NQ. N. Quando neq; ais neq; negas. QV AE VE. C. P. D. L. Significatur hæc uerba. Quæue eius causa parata, do, lego. Et similes infinitæ, quas discere est apud Valerium Probum & Petrum Diaconum, quorum de Notis libelli ex compluribus olim ea de re scriptis, soli hodie extant. Librarij itaque & amanuenses ueterum Romanorum nobilium utiq; prædiuitumq; hominum, quod ut plurimum eiusmodi notis uterentur, Notarij dicebantur, tantumq; abfuit ut eo tempore in dignitate auctoritateq; publica tales essent, ut maxima ex parte seruuli hanc notandi artem exercerent, & æstimabatur seruus Notarius Iustiniani Imperatoris tempore, quinquaginta solidis, hoc est, aureis. Vnde etiam ueniebat, ut Romani plerumq; plures numero seruos Notarios in

*l. si duobus  
C. cōmitti  
delega.*



famulatio suo, pro ut cuiusq; facultas ferebat, aut dignitas usq; ex-  
 polcebat, apud se alerent. Verum collapsa tandem Imperij Ro-  
 mani maiestate, cum omnis splendor publicarum priuatarumque  
 rerum iam obsoleuisset, quamuis Notariorum quoq; usus conqui-  
 esceret, ipsum tamen nomen in memoria remansit, & a recentiori-  
 bus hjs tantū tributum est, qui publica instrumenta conficiunt, idq;  
 eam ob causam puto, quod & ipsi certis Notis uterentur, ut uidere  
 licet infrā in Libello de Instrumentis cæteratis. Tabellionis autem  
 uel Tabularij nomen huic officio peculiariter olim fuit: atque ita Iu-  
 stiniani Imperatoris temporibus dicebantur: cuius extat etiam Ele-  
 gans Autenticum de Tabellionum officio. Hæc breuiter de in-  
 tellectu horum uocabulorum dixisse sufficit, nam altius Tabellio-  
 num prima initia, uel uaria eorundem nomina hic repetere, opere  
 precium sanè non est.

NOTARIJ autem, siue Tabelliones creantur, auctoritatemque  
 publici officij sui recipiunt tantum à Papa, uel Imperatore. Sed &  
 ab illis quibus Papa Imperatorue eam potestatem speciali Priuile-  
 gio, impartiti sunt, ut Tabelliones creare possent. Quales hodie  
 sunt, Sacri Lateranensis Palatij, Aulq; & Imperialis consistorij Co-  
 mites atque uice comites, quorum sanè haud quaq; mediocris est  
 dignitas, cum illi & inter spectabiles referantur, & Proconsulibus  
 Imperatoris Gratiani constitutione adæquentur, tum omnibus quo-  
 que in agendo & excipiendo Priuilegijs decorentur, quibus Princi-  
 pes Scholarum Agentium in rebus, erant ornati. Vtrum uero &  
 reliqui Principes, Comites, Ciuitates & Vniuersitates creare ppria  
 auctoritate Notarios possint: Et receptum est, id posse. Cæterum  
 inter utrosq; hæc est differentia, quod à Papa, Imperatore, Comiti-  
 busue Palatinis creati, ubiq; omnino locorum etiam in Gallia, An-  
 glia ipsiq; Hispanijs officio suo uti, Instrumentaq; fide digna confi-  
 cere possunt, modo si à Comite Palatino creati sunt, is priuilegiū cre-  
 andi generale, nō restrictū habuerit. Verū qui ab inferiori Principe,  
 Episcopo, Comite, Ciuitate aut uniuersitate creati sunt, tales etiam si  
 simpliciter essent cōstituti, tamen extra iurisd. ipsorū constituentiū  
 seu creantiū Instrumenta conficere nō possunt. Neq; n. ea auctori-  
 tas quæ quantum ad iurisd. constituentis publica receptaq; est, mox  
 etiam quantum ad aliorū Iurisdictiones publica & recepta est. Nā Co-  
 mites aut Ciuitas subditis ciuibsq; suis qualē uellet tanq; fide dignū  
 constituere posset: alijs nō suis, illius fidē auctoritatēq; inuitis obtru-  
 dere nō posset. De forma aut creandi notarios uid. Spe. in alleg. loc.

ORDINARI porrò creariq; Tabelliones non promiscuè indif-  
 ferenterq; oēs possunt, quū officium ipsorū publicam adeò fidem &  
 auctoritatem, p̄indeq; quandā etiam dignitatē habeat coniunctam,  
 quam

Comitum Pa-  
 latinorum di-  
 gnitas.

l. i. c. 7. c.  
 de Comit.  
 Consisto. lib.  
 xij.

Vide Specu-  
 la. Tit. de In-  
 strum. editio-  
 ne §. v. uerf.  
 Sed quis.



quam utramque sanè à contemptu, calumniaque hominum tueri, publicè interest. Sunt igitur non paucae personæ, quæ ad tale officium propter sui uel uilitatem, uel inhonestatem, uel insufficientiam, aliasque ob causas non recipiuntur. Primo enim nemo seruus Tabellio ordinari potest. l. general C. de Tab. lib. xij. Libertum tamen posse tradunt per l. fi. C. de Ser. Reip. manu. Item, Fœmini sexus personæ excluduntur. Cum enim publicum & uirile sit Tabellionatus officium, constat à publicis uirilibusq; officijs mulieres repelli l. cum prætor. ff. de iudic. Item, Decuriones Notarij esse non possunt l. uniuersos C. de decurio. Vnde alij dicunt quòd consiliarij ciuitatum, alij quòd Aduocati à Notariatu excludantur: ego tamen eius legis intellectum alijs disceptandum relinquo, postquam id obscurissimum est, quos hodie in Germania nostra Decurionum ordini comparare possimus. Item, infames, aut Falsarij ad hoc officium aspirare non possunt, est enim ut supra dictum est, dignitas & authoritas officium Tabellionatus, & à dignitatibus infames repelli, uulgo notum est, l. ij. C. de digni. Item, Monachi & religioni dediti, ad hoc officium aspirare nec debent nec possunt: cum pro mortuis habeantur, arg. l. generali: Quod adeò uerum est, ut si quis etiam Notarius fuerit, monasteriumq; potest ingrediatur, nihilomagis Instrumenta conficere possit, cum expresse sancitū sit, in sacris constitutos Tabellionatus officium exercere non posse. c. sicut te. ex. Ne clerici uel Monachi secularibus negocijs se immisceant. Hoc tamen illi conceditur, ut si aliquem actum instrumentandum in se recepisset, aut instrumentare iam coepisset, eum post ingressum quoq; monasterij absolvere possit. Noua aut negotia non recipiet. Eadem igitur ratione neq; Clerici in sacris ordinibus constituti, Tabelliones esse possunt. Quamuis in hoc uariae sint Doctorum sententiæ, dū alij hoc præcise negant, alij distinguunt inter negotia spiritualia, & secularia: & in illis quidem Notariatu fungi possint, in his uero non possint: alij distinguunt, an sit ipsis interdictum publicè & solenniter, & tunc instrumenta eorum non recipiuntur: an uero occultè, & recipiuntur. Veteres tamen pleriq; omnes, qui nimirum, ut ex multis colligere possumus, longè fuerunt & sanctiore & incorruptiore iudicio præditi, quàm recentes (qui ueteri Catholicæ Ecclesiæ seuera disciplina penitus emarcescente, iamq; indies magis atque magis Romanæ curiæ auara uasriq; Practica econtra inualescente, suo seculo blandiri, quàm odiosè uerum dicere maluerunt) illi ueteres, inquam, pleriq; omnes hoc asseuerauerunt, Clericos Tabelliones esse non posse. Ita senserunt Innocentius. Goffredus, Roffredus, Odofredus, Speculator. Et ne dubitemus de ipsorum sententia, expressam & in terminis (ut dicunt) legimus de-

Clericis inter  
dictum esse  
officium No-  
tariatus.

Veteres tunc  
consulti in-  
corruptiores



cisionem in decretali d. c. sicut te. Vbi Innocētius PP. iij. ita mandat  
 Aestulensi Episcopo. Mandamus Fraternitati tue, quatenus Cleri-  
 cis in sacris ordinibus constitutis, Tabellionatus officiū, per benefi-  
 ciorum subtractionem, appellatione postposita, interdicas. Cuius  
 Decretalis ratio reddi potest ex l. repetita. C. de Epi. & cler. ubi ho-  
 nestissimè inter cætera his uerbis rescribitur: Absurdum etenim est  
 imò etiam opprobrium Clericis, si peritos se uelint disceptationū  
 esse forensiū ostendere. Quæ grauissima uerba non temerè repetun-  
 tur in l. consulto diuina, C. de Testa. Cæterum quàm hoc hodie  
 passim negligatur, dum uersutissimi & astutissimi quicq; Notarij,  
 eisdem sunt & Clerici, nemo non nouit. Verum enim uero dum ipsi  
 Clerici & in hoc & alijs multis peccant, consequitur id, quod sæpe  
 dicere solitus sum, ut ipsi sacras constitutiones, ex quibus adeo o-  
 mnis eorum dignitas dependet, negligendo, nos uulgares, easdem  
 contemnere etiam doceant, & Sacerdotalem suum honorem istis  
 quæstuarijs operis prophanando prostituendoque, eundem no-  
 bis deridendum, porrò propinant, idq; ut faciamus, ultro nos adeo  
 assuefaciant. Vnde quanta tandem (o Deus bone,) rerum sacra-  
 rum Prophanorumque hoc infelici tempore, confusio, & contem-  
 ptio? Sed iam ad reliqua. Item Heretici Notarij creari non pos-  
 sunt, cum & infames illi habeantur, & omnes actus legitimi sint illi-  
 dem interdicti. l. quoniam. C. de heret. Quod tamen intellige de He-  
 reticis notarijs, eoque nomine condemnatis. Item, ad hoc officiū  
 recipi non debent, qui ob aliquorum sensuum defectum, integrum  
 non habeant percipiendarum rerum quæ coram ipsis geri debent,  
 iudicium. Quales sunt Furiosi, Stulti, Cæci, Surdi. Eadem ratio-  
 ne nec illi sunt admittendi, qui quamuis sensibus exterioribus nul-  
 lum patiantur defectum, interioribus tamē aliquo modo orbi sunt,  
 puto, mediocri prudentia, intelligentia, iudicio. Quantum enim in-  
 terest quæso, oculis non uideas quæ agantur, an animo non uideas?  
 auribus non percipias quæ dicuntur, an intellectu iudicioq; non per-  
 cipias? Debet igitur uir cordatus & intelligens esse Notarius, qui  
 sciat lepram à lepra iudicare, dignoscere quid agatur à partibus,  
 quid simuletur, quos actus coram semittere, quos item tanquam  
 uir bonus rescere debeat. Solet autem hoc loco, istud etiam quæ-  
 ri: Vtrum ipse Tabellio iura quoque & leges scire debeat? Et  
 Accursius quidem in d. l. generali. Et post eum Speculator loco  
 præallegato, sentiunt quòd scire debeat, ne inquit facientes illicitos  
 contractus, pœnam subeant. l. iubenus. C. de sacros. Eccles.  
 l. si. C. de eunuch. &c. Quod ego tamē non ita intelligo, ac  
 si necesse sit magna ipsum Iuris scientia præditum esse. Aliud  
 est, inquit Antonius apud Ciceronem, artificem cuiusdam artis  
 esse, diuina



esse, aliud non rudem. Nam perinde ut illi qui rustica habent prædia, eademq; interdum inuisunt procurantq;, non necesse habent, propterea omnes ueterum de Agricultura libros perdidicisse, sed satis habent earum rerum mediocrem aliquam tenere notitiam, quæ postea ipsa per se usu temporiq; augetur: ita non protinus necesse est artificem esse eius artis, quæ non propter se, sed propter aliam addiscitur, alteriq; adhibetur. Tabellioni igitur, etsi perutile sit, si quantam possit maximam iuris scientiam sibi comparet, tamen satisfuerit, si mediocrem quandam notitiam eorum iurium quæ de Contractibus hominum, de ultimis uoluntatibus, & de Iudicialibus obseruationibus statuta sunt, consequatur & habeat. Ad quam adeo consequendum, ut præsentis opere ipsum adiuuem, sanè studebo.

## DE OFFICIO NOTARII IN GENERE.

## CAPVT II.

**V**AE ad officium Tabellionum pertineant, ex Autentico Imperatoris Iustiniani, de Tabellionibus. Collat. iij. & ex nouissima Diui Cæsaris Maximiliani ordinatione Notariorum, in Comitibus Colonienfibus. Anno M. D. XII. edita, colligere discereq; Notarij possunt. Et eam sanè ordinationem, quia plenissime Notarios officij sui admōet & instruit, Latine uersam huic operi adiunxi, in gratiam eorum qui superioris Germaniæ linguam, quæ ea conscripta est, non benè intelligunt: aut Germanicè omnino nesciunt. Verum nos quoq; hic summam, & per capita rem eam totam percurramus. Primum igitur Tabellionis officium est, ut post comparatam artis huius, quam exercere instituit, notitiam, pareat sibi Protocollum, in quod omnes illos siue contractus siue actus, qui coram ipso fiunt, protinus inscribat, inde solenni debitaq; forma extendendos. Curabit aut ut tale Protocollum quam maximè sit fide dignum, quod fiet, si illud competenti in fronte titulo inscribat, quo tempore, & ad quid confecerit, & in eius fidem, nomen cognomenq; suum subscribat, & signum quo usus est, uel utitur, apponat. Item, si in reliquis quoque per totum librum obseruet bonum ordinem, legibiliter & scribat in eo, & descripta cancellet. Neq; frustratoria ociosaq; hæc est obseruatio, quando quidem sæpe accidit ut casu aliquo deperdito Instrumento, ad Protocollum seu Imbreuiaturam fiat recursus, & tunc perinde probat Protocollum atq; ipsum Extractum. Imò si dubium esset seu controuersia inter Protocollum & Extractum, tunc magis statur Protocollo, modo illud sufficienter omnia substantialia illius negocij contineat. De quo uide Lanfrā. in repet. c. quia cōtra. uers. Instrumentorum productiones, uers. Quæro ulterius, cū ibi apostill.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

Bal. in. Rub.  
C. de fide in  
fir.

Vbi & idem Lanfrancus ex uerbis Baldi tradit, Si Notarius non conficeret Imbreuiaturam, cum sit consuetudinis, Imbreuiaturam confici, quod tanq̄ transgressor consuetudinis poterit puniri. Et si de fide instrumenti dubietas oriretur, quod Notarius posset poni ad torturam, si nō reperiatur Imbreuiatura. Ex quibus facile liquet, quantam curam Tabellio Protocolli sui habere debeat. Proximum eius officium erit, quod partes coram se ueniētes, ad aliquem actum celebrandum, ipse per se diligenter auscultet, eorum intentionem & mentem probè percipiat. Super dubijs obscurisq; eorum dictis latius interroget. Atq; hic notandum est quod hęc auscultatio usq; adeò est de officio ipsius Notarij, ut eam alteri, etiam Notario, delegare non possit, puta si diceret: Ego equidem hac hora alijs sum occupatus, tibi igitur Marce Notarie rogationem delego, ut ipse Partes audias, & postmodo ad me referas, ut deinceps ego de illis quæ tu audieris, conficiam Instrumentum. Hoc enim esset mera nullitas. Vide Lanfran. in d. §. uers. Vltèrius quæro. Tertium eius officium est, ut in omni seu contractu seu actu, illius Substantiam, qualitates, solennitatesq; consideret, quæ necessaria sunt interuenire sedulo faciat, & ipse tanq̄ peritior atque in his exercitior, in omnem partem prospiciat, ne actus coram se celebratus, ex aliquo defectu aliquando tanquã nullus & frustratorius impugnari annihilariq; possit. Vbi igitur certò numero Testium opus erit, curabit ut illum Partes integrum adhibeant. Si renunciatione, curabit ut fiat, si cautione, si fideiussione, si iuramento: si propinquorum, Liberorum, Tutorum & similibus interuentu uel assistentia opus erit, admonebit, ut adhibeantur: & ita de similibus. Quæ autem circa singulos Contractus illi specialiter providenda & obseruanda sint, proximo capite latius explicabo. Quartum officium est, ut his omnibus ita sedulo ornatis, totum Actum ipse sua manu in Protocollum referat & inscribat, Imbreuiaturamq; conficiat. Vbi rursus notandum est, quod Notarius perinde non potest istam in Protocollum inscriptionem, uel Imbreuiaturæ confectionem alteri, etiam Notario, committere, atque ipsam rogationem non potuit. Exempli gratia. Si ego Notarius partes quidem auscultassem, Nomina, locum, tempus, Contractum &c. ut moris est, in carta annotassem, deinde ad Titium Notarium dicerem: Quæso Titi, accipe hanc cartam, & ex ipsa Imbreuiaturam tute conficito, & signum in fine meum apponito &c. Hoc enim non possum. Vide Lanfrancum in d. §. Vltèrius quæro. Quintum Notarij officium est, ut antequã discedant Partes, illis pacta, facta, renunciationes, cessiones, & clausulas insertas intelligibiliter prælegat, de illis sufficienter admoneat: & si minus intelligant, etiam instruat



instruat & plenè edoceat. Maximè uero si Partes in scriptis contrahere intendunt, non ante Instrumenti Extractionem conficiat, quàm Partibus in præsentia Testium Imbreuiaturam de uerbo ad uerbum prælegerit, ut si addere quid demerèue uelint, ante absoluti onem ipsius scripturæ faciant, Bar. in l. si quis ex argentarijs §. initium. ff. de eden. Feli. c. 1. de fid. Instr. Scriptura enim ipsa absoluta, deinceps mutare Partes, etiam ex mutuo consensu, non possent. De nouo tamen alioqui Instrumento, ex uoluntate eorum conficiendo, Notarium requirere possent, priore in Protocollo ut est inscriptum remanente. Postremum officium Tabellionis est, ipsam Imbreuiaturam secundum formam debitam extendere, & ex ipso Instrumentum extrahere, descriptumque manu sua in membrana ex more & per se subscriptū, solitoque signo signatum, partibus impartiri. Eam autem solam Instrumenti descriptionem, siue, ut uocant, ingrossationem, si Notarius ipse præ occupationib. fortè tempus ad id non haberet, alij committere posset, etiam non Notario. Ita tamen ut ipse manu sua semper ponat subscriptionem, & signum suum. In qua subscriptione, caute faciet, si dicat & attestetur dedisse se præsens Instrumentum ad scribendum tali, quia iusto impedimento ipse fuerit in eo impeditus. Et ita in Practica semper obseruatur. Sed queritur: Quomodo erit facienda illa extensio ex Imbreuiatura? Lanfran. in d. §. uers. Attendite tamen, uerbis Bal. in d. Rubr. C. de fid. Instru. dicit, quòd Notarius possit facere extensionem circa circumstantias negotij, & ea quæ sunt de consuetudine Instrumenti extendendi, non tamen poterit extendere circa substantiam negotij, unde in Instrumento extensionis extrahendo nõ posset, quo ad principale negocium, aliquid immutare in tali instrumento, aliter quàm in Imbreuiatura inueniretur. Et addit dictum (quod ipse reputat pulcherrimum) Bartho. in l. Gallus §. ff. de liber. & posth. quòd positum in Imbreuiatura denotat & exigit extensionem secundum consuetudinem aliorū Instrumentorum, extensorum in simili materia. Itaque si fienda esset extensio Imbreuiaturæ in causa Depositi, tunc fieret secundum consuetudinem aliarum Imbreuiaturarum in causa Depositi: secundum consuetudinem Notariorum. Quòd si de tali consuetudine minus constaret, fiat secundum consuetudinem generalem.

Ceterum hic notandū est, si talis Imbreuiaturæ extensio non per ipsum Notarium, sed aliquem aliū fieret, ille alius, etiamsi esset Notarius, non posset eodem modo extendere, quo ipse author, nec uel in uno minimo uerbo Imbreuiaturam immutare. Sed teneretur

Quomodo facienda extensio.



Cancelatio  
Imbreuiaturæ  
re quomodo  
facienda.

præcise stare iuxta uerba Imbreuiaturæ. Idem dixit Bal. in d. Rubr. ut allegat eum Lanfran. in §. uers. hic est notandum. Si tamen iste cui cōmittitur, fortè amplius extendisset; reliqua per id in instrumento non uiciarentur, sed ea tantum quæ per extensionem superat dicta fuissent, ut per Lanfran. & allegata per eum, in iam dicto uersiculo. Utile enim per inutile non uiciatur. Postremo, quia moris est ut Notarij post factam extractionem, Imbreuiaturam cancellent: uel aliàs notent, ut dignoscere possint, extractum ex ea factū, partibusq; communicatum, admonendi sunt Notarij ne unq̄ ita cancellent Imbreuiaturam, ut in posterum legi, recognosci, & reuideri non possit. Sed ut semper ad illam regressus esse possit, maxime si essent ipsa Instrumenta talia, quæ uenerint aliquando reficienda. De quo amplius uide apud Bal. in d. Rubri. C. de fide Instru.

### DE OFFICIO NOTARII, IUXTA DIVERSAS SPECIES. CAPVT III.



TQVE hæc quidem in communi ita habent, & Tabellioni iuxta quamuis Instrumenti confectionem pariter sunt obseruanda. Specialiter aut̄ ille in celebratione eorum Actuum qui corā ipso fiunt, hæc porro consyderabit.

Circa celebrationem Contractuum specialiter Notario consideranda.

Primo siquidem ad Contractum aliquem celebrandum Partes corā ipso uenient, considerabit ante omnia ipsius Contractus, quæ gerere intendunt, naturam, quid illa exposcat, quid uicissim nō admittat, utrum talis contractus per se sit legitimus, fieriq; & subsistere iure possit. Et si de mutuo agatur, utrum ab usuraria prauitate purus sit. Consyderabit personas contrahentium, utrū ratione patriæ potestatis, ætatis, sexus, sani integriq; intellectus, Item, ratione seruitutis, subiectionis (ut Monachi,) statutorum, consuetudinis, firmiter contrahere, & quatenus possint. Consyderabit res super quibus contrahitur, utrum in cōmercium hominū uenire, alienari, oppignerari, grauari &c. possint, & quatenus possint. Item, si consuetudo loci haberet, ut certæ quædam clausulæ insererentur, illas nullo modo omittere debet, alioqui em̄ ob defectum talium clausularum, cōmuniter opponi consuetarum, ipsum Instrumentum suspectum atq; ficticiū reputari possit, secundum Bar. in l. general. C. de tab. lib. x. Item consyderabit si Contractus ille uel actus plures fortè testes requireret quàm duos, ut tot faciat adhiberi, & si necesse sit, etiā rogatos esse, faciat rogari, quot opus fuerit. Ut in renunciatione Senatusconsulti Velleiani, tres testes adhiberi debent, l. antiq̄ §. si. C. SC. Velleia, Item, in confessione creditoris confitentis se recepisse tale debitum, cuius obligatio præcesserat in scriptis. Item, in confessione debitoris absentis, sibi solutum esse tale debitū confitentis, in utroque casu requiruntur



requiruntur quinque Testes. Autem, Rogati, C. de Testib. Item, in Re-  
 pudio requiruntur viij. Testes. Et in posterioribus tribus casibus, ne-  
 cesse est Testes etiam rogatos esse. Circa ultimas uoluntates, siue  
 illæ in Instrumento scripto, siue Nuncupatio fiat, considerabit  
 Notarius, Primum personam Testatoris, utrum ille sani sit sensus, &  
 intelligibiliter uel loqui uel scribere possit. Si enim ab intellectu il-  
 lum alienum esse uideat, aut impedita linguæ, quæ uoluntatem illius  
 referre exprimere que non queat, non debet illius nomine, qui mor-  
 tui loco habetur, ullam ultimam uoluntatem conscribendam suscipere.  
 Deinde considerabit an adsint viij. Testes, qui ad hoc sint ro-  
 gati. Item, considerabit an ipsi Testes idonei sint. Multi enim in te-  
 stamentis pro testibus non admittuntur, qui tamen aliàs idonei es-  
 sent, quod infra suo loco latius declarabitur. Item, probè notas ha-  
 bere debet, & institutionis, & cuiusuis substitutionis, siue ea uulga-  
 ris, pupillaris, Exemplaris, siue Breuiloqua, aut Compendiosa fuerit,  
 similiterque Fideicommissorum diuersorum, Legatorum, conditio-  
 num, & similibus propria uerba, peculiareque formulas. Verborum  
 quoque directorum, comunium, & obliquorum uim ac differentiam  
 scire debet, cum permultum in illis situm sit. Quotidie enim uide-  
 mus magnas exoriri de ultimis uoluntatibus quæstiones, dubitatio-  
 nes, controuersias, sola imperitorum Notariorum culpa, qui uulga-  
 res formulas sequentes, sæpenumero totam defuncti uoluntatem  
 peruertunt, interdum & subuertunt. In Iudicialibus quæ obserua-  
 re considerareque debeant, non est quòd hic pluribus admoneam:  
 ipsorum Consistoriorum usus id illos admonebit, qui quoniam di-  
 uersus uariisque est, ad certam considerationem adduci non potest.  
 Porrò quæ in Executione Literarum omnis generis à Consistorio  
 Imperiali emissarum; item, in constitutione Procuratorum co-  
 ram ipsis factorum, in Fidimatione Literarum aut Priuilegiorum,  
 in Instrumentis Appellationum, & similibus obseruare debeant, sa-  
 tis in subsequenti Cæsaris Maximiliani Ordinatione expositum est,  
 Quare cum istic ea omnia, qui uolet, inuenire possit, nihil opus est  
 hic ea pluribus attexere.

## DE PARTIBVS ARTIS NOTARIATVS.

## CAPVT III.



Efficiunt & totum Artis Notariatus exercitium circa tria po-  
 tissimum uersat, Contractus, ultimas uoluntates, Iudicialia.  
 Quòd enim quidam in partes Notariatus, & Instrumen-  
 torum confectionem annumerant, tam communis illa est, adeoque  
 singulis prædictis generibus inhæret, ut per se ipsa partem non  
 consti-



constituat, sed saltem in consequentiam istorum generum ultro ueniat. Quamquam igitur, ut supra diximus, optabile sanè, & perquam utile sit Notarium in uniuerso adeo iure ciuili, quantum potest fieri maximam scientiam aut notitiam comparare, tamen ille officio suo satisfacere omnino poterit, si saltem ea iura, quæ ad prædicta tria genera pertinent, diligenter didicerit. Quæ quidem ego breuiter & quantum fieri potest dilucidè, illis præsentis opere exponam.

## DE CONTRACTIBVS.

GENERALIUM VOCABVLORVM DEFINITIONES, qualia sunt, Conuentio, Pactum, Transactio, Actus, Contractus, Obligatio, Distractus. CAPVT V.



*l. i. ff. de pact.*

**Q**UOD supra dixi ad explicationem quarumcunque rerum plurimum conferre, si principio statim res ipsæ clarè definiantur, hic quoque obseruabo. Ut igitur illa generalia nomina quæ in contractuum materia uersantur, cognoscantur, & distinctim internoscantur, hæc notanda sunt. Conuentionis uerbum generale est, inquit Iureconsultus Ulpianus, ad omnia pertinens de quibus negocij contrahendi transigendiq; causa consentiunt qui inter se agunt. Nam sicuti conuenire dicuntur qui ex diuersis locis in unum locum colliguntur, & ueniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in unum consentiunt, id est in unam sententiam decurrunt. Et adeo generale est nomen Conuentionis, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conuentionem.

Pactum à pactione dicitur. Est autem pactio duorum pluriumue in idem placitum, & consensus, dicit idem Ulpianus in d. l. i. Hoc quoque generale nomen est, strictius tamen quam Conuentio. Transactio est de re dubia liteq; incerta, neq; dū finita, non gratuita pactio, id est aliquo dato, & aliquo retento. Actus generale est uerbum, ut Labeo definiuit, siue uerbis quid agatur, ut in stipulatione: siue re, ut in pecuniæ numeratione l. Labeo. ff. de uerbo. signif. Contractus autem, ut idem Labeo definiuit, est ultro citroq; obligatio, quod Græci *συνάμαγμα* uocant, ueluti emptio, uenditio, locatio, conductio, Societas. d. l. Labeo. Vbi Bar. post glossam ibi dicit, Contractum proprie esse quando ultro citroque oritur obligatio, ut Labeo definiuerat. Improperie uero quando ex altera tantum parte oritur obligatio, uel altera pars tantum obligatur, ut in contractu mutui, ubi recipiens solus obligatur. l. ij. ff. si cer. pet. & in contractu donationis, ubi donans solus ad traditionem obligatur rei donatæ. l. Si quis



Si quis argentum §. sin autem. C. de donat. Quidam (ex quibus & Rolandinus fuit) adijciebant improprijssimè esse contractum quando neutra pars obligatur, ut in solutione, & liberatione. Sed certè hoc ultimum dictum nihil ualet, & est reuera improprijssimum. Soluere enim non est contrahere, sed distrahere. Sequitur ergo. Distractus, quando partes hinc inde mutuo consensu à contractu antea inito discedunt, contractumque ipsum resoluunt. Vt in solutione, Acceptilatione, Aquiliana Stipulatione, Nouatione. Et generaliter quacumq; contraria uoluntate utriusque partis, in omnibus obligationibus quæ consensu contrahuntur. Vt si Titius & Seius inter se consenserint, ut fundū Tusculanum emptū Seius haberet centum aureis: deinde re nondum secuta, id est, neq; precio soluto, neq; fundo tradito, placuerit inter eos, ut discederetur ab ea emptione, & uenditione, inuicem liberantur. Idem, in conductione & Locatione, & in omnibus contractibus ex consensu descendentibus, ut iam dictum est. Instit. quibus mod. tollit. obligat. per totum.

## QVID OBLIGATIO, QUOTVPLEX EA,

quæ Naturalis, quæ Ciuilis sit, deque effectu utriusque.

### CAPVT VI.



Obligatio est iuris uinculum, quo necessitate astringimur alicuius soluendæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura. Inst. de obliga. in prin. Eius diuisiones potissimum tres sunt. Omnium obligationum, (inquit tex. in iam allega. tit.) summa diuisio in duo genera deducitur, namq; aut ciuiles sunt, aut prætorie. Ciuiles sunt quæ aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ sunt. Prætorie sunt, quas prætor ex sua iurisdictione constituit. Sequens diuisio in quatuor genera deducitur. Aut enim ex contractu sunt, aut ex quasi contractu: aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio. Tertia diuisio est obligatio, aut est naturalis, aut ciuilis. Nos igitur omissa hoc loco priorum diuisionum declaratione, de postrema solū, quæ obscurior est, neq; uulgò tam expedita, tractabimus. Sciendum igitur est obligationis duas esse qualitates, ueluti & Possessionis, Naturalis altera, Ciuilis altera. Naturalis est ea, qua contrahentes mutuo consensu iurisgentiū, id est, naturalem obæquitatem, bonamq; fidem quam alter in altero sequitur, inuicem sibi in aliquid obligantur. Ita enim Lex dicit. Is natura debet, quæ iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus l. non amplius, in fi. ff. de uerb. signifi. Et alibi dicitur, uinculo æquitatis solo hanc sustineri. l. Stichum §. naturalis. ff. de solut. Quæ quia ex communi naturaliq; tantum æquitate consideratur, etiam in his personis agnoscitur, concediturq; inter quas alioqui nullum est cōmercium,

nullaq;

a gloss. in l. ex hoc iure. in uer. obligati ones ff. de iust. & iur.

Sic & alibi legitur, prætorium ex iure gentium descendere, quod cum naturalē habeat in se æquitatem, et natura æquitas sit etc. uidel. l. & ij. ff. de præca.



nullaq; obligatio iure civili. Contrahitur igitur etiam inter pa-  
 trem & filium, fratrem & fratrem in iisdem sacris constitutos, l. fr.  
 à fratre. ff. de condict. indeb. Item, inter Dominum & Seruum l.  
 si id quod. ff. eo. Qui idem Seruus eodem modo naturaliter obliga-  
 tur omnibus alijs secum contrahentibus. Ciuilitur enim nemini o-  
 bligatur. Item, inutilis. Inst. de inuti. stipula. Et generaliter, quic-  
 quid omnino ex bona fide tantum debere nos agnoscimus, in hanc  
 naturalem obligationem uenit, ut ea legata uel fideicommissa, quæ  
 in minus solenni testamento à nobis relicta sunt. l. fidei commissum.  
 ff. de condict. indeb. Et secundum hunc sensum intelligo uerba  
 in l. sed & si lege §. consuluit. ff. de petit. hæred. quamuis ad remu-  
 nerandum sibi aliquem naturaliter obligauerint, (loquitur IC. de  
 donantibus) licet gl. ibi. intelligat, de naturali obligatione, quæ  
 uenit ex instinctu naturæ, & alia sit ab hac naturali, non tam fortis.  
 Similiter intelligo quod in l. si pignore. ff. de furt. dicitur, Species  
 enim quædam furti est, ex alieno largiri, & beneficij debitorem sibi  
 acquirere. Ceterum ex hac obligatione naturali nisi quatenus le-  
 ge uel Senatus consulto confirmatur adiuuaturue, actio nulla gene-  
 ratur. l. legitima. ff. de pact. Nam iuris civilis consideratione, ta-  
 liter obligati, naturales debitores, & improprie debitores dicuntur,  
 & ita per abusionem intelliguntur. l. fideiussor §. fideiussor. ff. de  
 fideiussor. Hanc tamen uirtutem habet ista naturalis obligatio,  
 ut si quid ob eam solutum fuerit, eius non concedatur repetitio. d. §.  
 fideiussor. etiamsi enim tale debitum improprie intelligatur (ut di-  
 ctum est) debitum tamen uidetur, ut in. d. §. fideiussor. cum allegat.  
 ibi. in gloss. Et proinde si quid eius respectu in stipulationem de-  
 ductum fuerit, præstandum est, nec condictio indebiti recupera-  
 tur. d. l. fidei commissum. Talis autem naturalis obligatio, quia mu-  
 tuo potissimum consensu inducitur, rursus mutuo dissensu dissolui-  
 tur & tollitur, & quidem ipso iure, quum nihil sit tam naturale quàm  
 unumquodq; eodem genere dissoluere, quo colligatum est & c. l.  
 nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Itaque & solutione, & pacto de  
 non petendo, & iure iurando ipso iure tollitur d. §. naturalis, quia,  
 ut ibi. tex. ait, Vinculum æquitatis, quo solo sustinebatur, conuen-  
 tionis æquitate dissoluitur. Quemadmodum enim antea æquum  
 erat naturaliter iureq; gentium, pactis placitisq; ex bona fide stare,  
 ita rursus æquum est eadem ratione, his secundis conuentis insistere.  
 Et quemadmodum æquitas naturalis & ius gentium approbat con-  
 tractum obligatorium ex bona fide, ita & liberatoriū ex bona fide.  
 CIVILIS autem obligatio est, quæ ex legibus, Senatus consul-  
 tis, iureq; civili tantum descendit, ut obligatio literarum. Hæc per  
 se sola perinde non potest actionem producere, ut naturalis, Instit.  
 de lite



de litera. obliga. Et quidem multo imbecillioris naturæ est quam naturalis. Quod enim ex ea sola debitum est, rectè indebitum uideatur, quare neque in constitutum uenire potest. l. i. §. si. i. l. in §. i. ff. de constit. pecu. Vtrum igitur solutum conditioni indebiti subiacet? Et interest utrum quis per ignorantiam facti, an iuris soluerit, hoc enim ultimo casu repetitio locum non habet. l. cum quis. C. de lur. & fact. ignor. Quia igitur hæc ex civili tantum iure descendit, non cadit in eas personas inter quas neque commercium, neque iudicium est iure civili, ut inter Patrem & Filium, l. Lis. nulla. ff. de iudicijs d. l. frater à fratre: neque cadit in seruos, cum respectu iuris civilis illi nihil sint, & pro mortuis habeantur, l. quod attinet, de reg. iur. & d. §. inutilis. Tollitur autem civilis obligatio contrario civili actu, ut Acceptilatione, ut Instit. quib. mod. tolli. obliga. §. Item per Acceptilationem. Item, per sententiam, remanente naturali. l. Iulianus. ff. de condict. indeb. Sententia enim iuris civilis est. An & solutione? Et quidam dixerunt quòd non tollatur propter. l. qui hominem §. si. i. ff. de solut. Vbi dicitur, qui perpetua exceptione tueri se potest, solutum repetit, & ideo non liberatur (quod ultimum intellige, & nihilominus manet obligatus, ne una solutio duos diuersos effectus generet, liberationem & repetitionem.) Sed gloss. Instit. quibus mod. tolli. obliga. tenet quòd etiam solutione ipsa civili tollatur, per d. l. fidei commissum. Cui tamen responderi posset, malam esse consequentiam de naturali obligatione ad civilem. Nam debitum naturale adeo debitum est ut constitui possit, l. i. §. natura. ff. de constit. pecu. quod non est in civili. Quare hæcenus cum priore sententia stare malo. Ex his itaque sequitur, Omnem eam obligationem ex qua actio oriri debet, has ambas qualitates naturalem & civilem integras in se continere debere. Naturalis enim substantiam: Civilis autem, faciem, formam & robur confert & tribuit, ut per gloss. in uerb. obligatio. & uerb. necessitate. Instit. de obligat. l. legitima. ff. de pact.

Accidit autem nonnunquã ut ex integrali illa & effectuali (ut Accursius uocat) obligatione, altera tantum tollatur, & altera remaneat, ut per pactum de non petendo, Et, per Iuramentum tollitur naturalis, remanente civili. d. l. Stichum §. naturalis. ff. de solut. §. cum præterea, cum seq. Instit. de except. Item, civilis tollitur, remanente naturali, per sententiam, d. l. Iulianus. ff. de condict. indeb. Et quomodo istud? Consideratione utriusque obligationis. Substantiæ naturalis obligationis est consensus, qui contrario consensu facile extinguitur. Et ita est si paciscar ne petas, uel te uolente & deferente, iurem me non debere. Nam de uoluntario tantum hoc iuramentum intelligendum est §. æque si creditor, Instit. de except.



Sed interim Ciuili obligationi nondum est satisfactum, quæ ut supra dictum est, non tollitur nisi per contrarium actum ciuilem, non naturalem, ut dixit gloss. in uerb. necessitate. Instit. de obliga. in prin. puta per Acceptilationem, Stipulationem nouantem, sententiam. Econtra cum Ciuilis obligatio tollitur remanente naturali, ut in d. l. Iulianus, hic ciuili quidem obligationi satisficit: sed non naturali, neque enim mutuo consensu contrario ab obligatione discedit, qui inuitus propter sententiam succubuit, itaque illa naturalis adhuc manet. Et quidem regula est, quod quicumque perpetua exceptione tueri se potest, licet solutum repetere possit, ideo tamen non liberetur, l. qui hominem § si. i. ff. de Solut. l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb. quam ex prædictis intelligi posse puto.

Et pro his uideatur § præterea, cum duobus seq. Instit. de Except.

## PACTORVM DIVISIO, ET IVRA.

### CAPVT VII.

**P** Actum est duorum pluriumue in idem consensus, l. i. ff. de pact. Hoc quia mutuo consensui & bonæ fidei tantum innitit, ex naturali equitate, cui nihil tam congruum uidetur quam ea placuerunt, seruare, d. l. i. iure gentium naturalem obligationem inducebat, quæ tamen, quod præcis temporibus adhuc nullæ essent actiones, executioni mandari non poterat: ad solam uero retentionem, quæ defensionis species quædam est, proficiebat. Caterum constitutis deinde actionibus ex iure ciuili, cum Legislatoribus Pactorum usus retinendus esse uideretur, ipsa uero pacta inter se multum plerumque differre comperissent, certa quadam in his distinctione usi sunt, ut illa quidem quæ iustiora integriora, plenioraque essent, ipsi etiam in iure ciuili agnoscerent, & priori naturali, ciuilem quoque obligationem contribuerent, atque ita confirmarent, adiuuarent, & legis actione instruerent. l. legitima. ff. de pact. reliqua uero quæ aridiora nudioraque uiderent, in sua natura relinquerent quam olim habuissent, ut obligationem scilicet naturalem parerent, & ad tuitionem siue exceptionem tantum prodesse. Nam ad Præto-rem quod attinet, nihil ille amplius Pactorum naturam auxit, Sed ea in sua tantum uetere ui reliquit. Sic enim accipienda sunt illa uerba: PACTA CONVENTA SERVABO, atque ita Alciatus quoque Iureconsultus hac ætate eminentissimus, intelligit.

In rub. c. de  
pact. ubi ui-  
de.



intelligit. Iureconsultorum igitur distinctio inter pacta, quò ad Legis actionem tribuendam hæc fuit. Primum quæ pacta in suo nomine non starent, Sed in proprium alicuius contractus speciale, que nomen transirent, ut Emptionis, Venditionis, Conductionis, Locationis, Societatis, Commodati, Depositi, Pignoris, Mandati, Stipulationis, & similibus, non naturalem solum, sed & civilem obligationem, & consequenter Actionem quoque parerent l. i. l. iuregentium in prin. ff. de pact. Item, quibuscunque pactis subesset uera aliqua solidaque causa, quamuis illa in generali conventionis pactique nomine consistere, neque in specificum aliquod contractus nomen transirent, nihilominus propter illam causæ subsistentiam etiam ipsi omni iure approbarentur. Talia sunt illi contractus, DO VT DES, Vel, FACIAS. FACIO VT FACIAS. FACIO VT DES. Itaq; in tribus prioribus actio civilis præscriptis uerbis, in posteriori actio prætoria de dolo datur. Si conventioni non stetur d. l. iuregentium, Ea uero pacta quæ extra prædictorum naturam conditionemq; essent, NVD A uocauerunt. Et nulla actione dignati sunt. Sed pristinam tantum exceptionem, quam Iuregentium pariebant, illis reliquerunt, d. l. iuregentium § igitur nuda. Exceptis paucis speciebus, in quibus singulariter cõcessum est ut parerent actionem, ut in Dote, Constituta pecunia, Donatione, Nautico foenore, Pollicitatione Reipublicæ facta, & similibus per Azonem in Tit. de pact. & glo. in d. § igitur annotatis, quas tamen species Recentiores uocant uestitos legis autoritate. Itaque cum nulla subesset causa propter conventionem, non poterat constitui obligatio d. l. iuregentium, sed cum nulla. Quod intelligo, nisi stipulatio subiecta ex uerborum obligatione quæ fuerit partibus actionem, ut d. l. explicito. C. de rer. permut. quod non mirandum est de stipulatione, quæ omnium obligationum est perfectissima, & firmissima l. cum de certo. C. si cert. petat. Nihilominus tamen hæc actio exceptione doli eliditur l. ij. § circa primam. ff. de except. dol. Item, Pacta quæ uocantur Adiecta, ipsa quoque ad actionem pariendam sufficientia iudicabant. Sed hac distinctione. Si quidem ea pacta contractui in continenti adijcerentur, tum ea ad actionem proficere, eamque informare uoluerunt, id est, ampliori quadam forma instruere, d. l. iuregentium, § quinimo l. in bonæ fidei, & Bart. in l. explicito, C. locat. ubi confutat Ultramontanos, qui ibi dabant præscript. uerb. Vt si in emptione aliqua specialiter conuenta fuerint, ageretur ad illa conuenta seu pacta adiecta ex empto. & ita in similibus. Sin autem ex interuallo adijcerentur, actionem illis denegarunt, & solam Exceptionem reliquerunt, quia tunc non inesse contractui, aut illi coherere, Sed separata, & ita

Pacta adiecta.



nuda uidentur, ex quo genere certum est actionem non oriri. d. § quinimo. Quæ quidem eò amplius declaranda sunt, ut dicamus, quoties re adhuc integra in contractibus aliquid ex interuallo adijciatur substantiæ Contractus non alienum, tunc inesse potius contractui, & propterea ad Actionem proficere. Si uero ex interuallo aliquid alienum à Substantia, uel extra naturam Contractus, ut dicit Lex. conueniat, tunc illud ad exceptionem tantum admittatur § idem responsum, cum § seq. in d. l. iuregentium.

*Pacta tacita.* Porro mentionem faciunt Iureconfulti & Tacitorum Pactorum, de quibus in l. ij. & iij. ff. eo quæ & ipsa exceptionem pariunt, ut in d. l. ij. & similiter l. ij. C. eo. Sed quæ in his obligatio oritur? Dn. Alexan. Imol. in l. si unus § Pactus ne peteret. nu. 7. ff. eo. tit. de Pact. dicit, quòd ex ipso pacto tacito non oriatur naturalis, Sed tamen propter ipsum pactum ex æquitate naturali oriatur naturalis obligatio, quæ quis teneatur &c. Vbilatius uide.

Præterea distinxerunt Pacta in Realia, & Personalia. In rem sunt, quoties generaliter paciscor ne rem petam. In personam sunt quoties ne à Persona petam, id est, ne à Lucio Titio petam. Ita declarat Vlpianus in l. Iurisgentium § Pactorum autem. ff. eo. & addit. Vtrum autem in rem uel in personam Pactum sit, non minus ex uerbis, quàm ex mente conuenientium æstimandum est. Plerumque enim ( ut & Pedius ait ) persona pacto inferitur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactum est factum. Personalia sanè pacta ad aliam non pertinent, quemadmodum nec ad hæredem. l. Idem in duobus. ff. eo. Et hæc quidem Veteres.

Recentiores Iureconfulti Pacta uariè diuiserunt, & primo, in Vestita & Nuda. Et dixerunt uestimentum pactis accedere ex sex materijs. Re, Consensu, Literis, Verbis, ( quibus quatuor complectuntur Contractus nominatos ) Interuentu rei, ( quo innominatos complectuntur, ubi Iureconfulti ueteres dicunt causam subsistere ) Coherentia Contractus, Sub quo intelligunt pacta adiecta. Nuda uero Pacta appellabant, cum partes hoc ita uoluissent: Sponsio facta non sit: nulla præcedente interrogatione: stipulatio inutilis fuerit: nullum uestimentum interuenerit, gloss. in § Igitur, in uerb. quinimo. d. l. Iuregentium. Item, diuiserunt in gratuita, & non gratuita. Gratuita, qualia sunt ubi nullo dato uel pmissio debitum remittitur. Non gratuita, qualis est Transactio quæ fit aliquo dato, & retento. Item diuiserunt in Tacita & expressa, de quibus



de quibus & supra dictum est. Expressa sunt, de quibus expressis clarisq; uerbis conuenit. Tacita uero, quæ uerbis quidem expressa non sunt, ex tacito tamen quodam consensu, uerisimiliterque præsumpta animi uoluntate, descendunt. Vt si quis debitori suo cautionem reddat, uidetur inter eos conuenisse, ne debitum petatur. l. iij. ff. de pact. Item, urbanis habitationibus locatis, tacite conuentum uidetur, ut illata & inuecta, pignori sint locatori. Et secundum hoc mutus quoque pacisci potest. l. iij. ff. eo.

Postremo notandum est, quod pacta ad alias res, seu personas extendi non solent. Ita enim dicit Lex, in l. si unus §. Ante omnia.

Ante omnia enim aduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona facta, in alia re, alijue personæ noceat.

*Pacta quando  
profin  
ter  
tio.*

Sunt tamen casus in quibus pactum uel Transactio inter certas personas facta, ad alias quoque personas extenditur, illisque prodest.

Vt pactum factum cum uenditore, uel Donatore prodest Emptori. puta, Emptor domum emerat sub certis inducijs, ut solueret talibus & talibus terminis: anteq; solueret, alteri eandem domum reuendidit. Certe huic tertio proderit illud pactum induciarum, licet secum non fuerit factum. Item, pactum filij uel serui, prodest patri uel domino. Item, pactum Procuratoris, dño prodest, e contra tamen non præiudicat, nisi in tribus casibus, si uidelicet ille ad hoc speciale mandatum habuerit, si in rem suam constitutus sit, Si generalem domini habeat administrationem, similiter pactum Tutoris uel Curatoris prodest pupillo uel adulto. Item, pactum de non petendo factum reo Principali, prodest eius Fideiussori. Item, regulariter, quotiescunque principaliter interest paciscentis, hoc pactum tertio ad exceptionem proficere. Item, quotiescunque una persona reputetur, ut l. si cum emptore. ff. eo. Et uide de his Glossas in dictis §. pactorum, & §. ante omnia, supra allegatis.

## DE CONTRACTIBVS NOMINATIS.

### CAPVT VIII.



Contractus nominati dicuntur qui excedentes cõmunia & generalia illa nomina conuentionis, Pacti, contractus, proprium ipsi specificumque nomen habent, per quod à reliquis contractibus discernuntur, quodque a deo ipsis peculiare est, ut nulli alteri contractui attribui possit. Vt cum aliquid emo, licet propter consensum nostrum mutuū, de re & precio conuentio sit, in genere, Specificè tamen Emptio dicitur, hocque proprium eiusmodi contractus nomen est, quod de nullo alio prædicari potest, non Locato, non mandato, non Societate, & similibus.



Sunt autem potissimi contractuum nominatorum, Mutuum, Commodatum, Precarium, Depositum, Pignoratium, Stipulatio, Emptio, Venditio, Locatio, Conductio, Emphiteosis, Feudum, Societas, Mandatum. Et alij plures, de quibus in sequenti capite disputabitur. Sed ex his quidam breuiter explicandi sunt. Mutuum est creditum consistens in rebus fungibilibus tantum, ubi non eadem species, sed idem genus recipitur. Dicuntur autem res Fungibiles omnes illæ quæ Pondere, numero & mensura consistunt, ut sunt Oleum, uinum, frumentum, Aromaticæ species, pecunia, & similia, quia talia in genere suo functionem recipiunt per solutionem magis quam per speciem, dicit I C. in l. ij. ff. si cer. peta. Omnes igitur aliæ res, dicuntur non fungibiles. Commodatum autem est quando ipsa res quæ gratis utenda data est, siue mobilis ea, siue immobilis sit, restituenda uenit in specie, non genere: ut libri, arma, uestes &c. atque eo interest inter Mutuum & Commodatum. Precarium uero ab utroque ita differet, quod qui precario dat, quodcumque eam rem repetere potest. Est enim precarium, ut diffinit I C. in l. i. ff. eo. tit. quod precibus petenti utendum conceditur, tamdiu quamdiu is qui concessit, patitur. Stipulatio est uerborum conceptio, qua aliquid nobis dari fieriue stipulamur, præcedente interrogatione, & subsequente consentiente responsione, ut: Promittis soluturum te mihi decem ad Calendas Martias? Promitto. Huius autem tractatus diffusissimus est, & non præsentis loci, quare iam ad alia progrediamur.

*Mutuum.**Res fungibiles.**Commodatum.**Precarium.**Stipulatio.*

## DE CONTRACTIBVS INNOMINATIS, ET

lunibus eorum, quibusque modis à nominatis differant.

## CAPVT IX.



Contractus innominati illi dicuntur, qui in nomine suo generico consistunt, neque in aliquod specificum aut proprium nomen transeunt. l. iuris gentium, in prin. ff. de pact. Eorum autem potissimum quatuor sunt genera (species appellat I C. Paulus) uidelicet, Do ut Des. Do ut Facias. Facio ut Facias, Facio ut Des. l. naturalis. ff. de præscrip. uerb. Vbi Paulus Iure consul. hæc singula diligenter declarat. Possunt autem hæc uerba etiam in futurum concipi, ut Dabo ut Des, Faciam ut Des. Item sub simplicibus mixti comprehenduntur, puta, Do ut facias & des. Ita docet Bart. in d. l. naturalis & sed si facio. Est autem ad substantiam horum contractuum diligenter respiciendum. Fit enim nonnunquam ut nominati sub illis comprehendantur, ut si do pecuniam



niam ut des mihi equum: hic uenditionem eum contractum nominabimus: & ita erit iam nominatus. Si autem do rem ut des aliam rem, erit permutatio, & innominatus contractus. Permutatio enim non habetur quo ad hoc pro nomine specifico, de quo miratur & rationem reddit gloss. in d. l. iurisgentium, in prin. in uerb. facias. Item, si do pecuniam ut pingas mihi tabulam, erit locatio, & ita Contractus nominatus. Et sic de similibus. Sic in facio ut facias nonnunquam mandatum interuenisse uidetur & c. d. l. naturalis, *unde iudicentur contractus innominati.* per totum. Vtrum uero isti contractus innominati à modo in eundi uel à modo complendi iudicari debeant, apud Iuris interpretes controuersum est. Glossæ (quæ allegantur per Bar. in d. l. naturalis, & sed si facio) ubique tenent quod à modo in eundi, & non à modo implendi. Quare si contractum fuit Do ut facias, etiamsi tum in faciendo præueneris, tamen contra me morantem non detur Actio de dolo, Sed præscriptis uerbis. Ergo iudicatur tantum esse Do ut facias, Tex. clarus pro hoc in l. mota. C. de transact. Ultramontani dissenserunt, uolueruntque quod etiam à modo implendi cognoscerentur, quorum opinionem Bar. ubique sequitur & asserit in d. & sed si facio, in l. explacito, in fi. C. loca, & pluribus locis allegatis per Alex. in d. l. mota, in prin. ubi ad argumenta Bartoli respondet quidem, ipse tamen nihil firmat aut concludit. Inter alia autem Alex. ibi refert, quoniam innominati contractus ad naturam nominatorum regulentur, quod quemadmodum in uenditione & locatione, ab una parte uenditio & locatio, ab alia emptio & conductio sit, ita hic ab una parte do ut facias, ab alia facio ut des. Et cum hac opinione Paulus Castrensis ut Alexan. in præallegato loco dicit, transit, ipse tamen motis hinc inde disputatiue dubijs, in suspensio eam quæstionem relinquit. Cum glossis tamen dissenserunt Iacob. Butr. Bal. Ric. Barth. Salice, ut refert eos Alex. in d. loco. Et mihi uidetur d. l. mota. multum urgere contra Bar. & l. iuregentium, in prin. iuncta l. naturalis & at cum do, uers. si dedi, quanquam illam Alexan. pro Bart. allegat; Sed non citra cauillationem. Apparenter tamen Bart. opinionem suam tuetur, & est dubium disputabile.

Consequenter quæri potest, cum uaria inueniantur & in Iuribus scriptis & municipalibus Conuentionum uocabula, ut; Permutatio, Diuisio, Donatio, Constitutū, Feudum, Fictū, Cottimum, Emphyteosis, dos, & similia, Vtrū in iure ciuili hoc nomen contractum nominatū faciat, uel innominatū: Et Bar. quidē in d. l. iuregentiū & quinimo, De his quæ ex consuetudine uel statuto noia habēt, doctrinā



dedit, quam dn. Alex. simpliciter repetit, & cum ea ibidem transit, & est talis. Quod statutum uel consuetudo aut dedit non solum nomen sed etiam formam, secundum quam debeat contractus ille celebrari: puta in scriptis, coram actis & c. tunc erit nominatus, ut in Feudo, in quo introductum est, ut interueniat inuestitura & iuramentum. Aut est solum nomen contractui datum, tunc non habetur pro nominato, nisi statutum expresse uelit eum nominatum esse. Sicut dicitur in Sponsalitia largitate, quæ primum ex Auten. eod. decursum, C. de donat. aut nupt. coepit esse specificus & nominatus contractus, cum dudum antea nomen ipsum fuerit. In Legalibus autem nominibus obseruatur, quod à principio dictum est, ut ea tantum quæ specifica sunt contractuum nomina (moderni elegantia nomina uocant, Alex. d. in d. l. iuregentium col. ij.) nominatos faciant contractus: quæ uero generica sunt, & ad plura diuersaq; trahi possunt, non faciant nominatos, ut Diuisio, Bar. in l. diuisionis. ff. de pact. & Permutatio, gloss. in d. l. iuregentium in prin. in uerb. facias, ubi glossa miratur, & rationem reddit. Sed meliorem & ueram (ut dicit Alex. in d. l. iuregentium col. i.) reddit, in Rubr. C. de permuta. uidelicet, quod permutatio sit nomen generale, extendens se ad emptionem, uenditionem, Locationem, & omnem contractum ubi hinc inde aliquid accipitur, & inde dici innominatum contractum, cum retineat nomen generale, & careat nomine speciali. De Donatione dubitatum fuit, nam innominatum contractum, & olim & nunc esse uoluit Iacob. Bart. & auxit eam dubietatem Fulgosius. Sed præualuit ut & olim & hodie sit nominatus secundum Bar. & Alex. in d. l. iuregentium. Et respondet ibi Bar. ad obiectum, quare cum olim nominatus esset, actionem tamen non pepererit, distinguens inter contractus, quorum alij denominantur à questione, seu ab actu paciscendi, qua conuentione facta statim nomen accipiunt, & actionem generant, ut Emptio, Venditio, Locatio, Conductio. Alij uero ab actu exequendi, qui facta demum executione nomen suum accipiunt, ut in his obligationibus qui re contrahuntur, puta, depositum, commodatum, mutuum, donatio: quæ per traditionem olim quoq; perfecta fuerit, ipsum uero pactum de donando olim nudum fuisse, & propterea actionem parere non potuisse. Itaq; uoluit Bart. aliud esse donationem. i. doni dationem, & pactum de donando. Similiter respondet & de Dote, in l. legitima, ff. de pact. Dos est elegans nomen, & ualidatur iuregentium per se. Dotis autem promissio, lege robor accipit. Item, in pignore, pignus, id est, pignoris datio est contractus nominatus & ualidus per se. Sed pignoris promissio nuda est, ergo iure prætorio roboranda fuit. l. si tibi §. de pignore, ff. de pact. Dotis igitur contractus nomina-

Permutatio  
quare non sit  
Contractus  
nominatus.

Distinctio  
Bartoli inter  
contractus.



Etus nominatus est. Bar. in d. l. legitima. Item constitutum, idem in d. l. iuregentium & igitur. Item Feudum, & Emphyteosis. Bar. & Alex. in d. & quinimo.

Sed quærat aliquis, quem in finem hæc omnia disputentur, aut quid referat utrum Nominatus siue Innominatus ipse contractus sit & dicatur? Sciendum igitur est notabiles esse inter hæc duo contractuum genera differentias, quarum potissimas saltem hic breuiter ascribam.

PRIMA, quòd in contractibus innominatis licet pœnitere. l. si pecuniam. ff. de condit. ob. ciui. Innominatis aut pœnitere non licet. l. sicut. C. de actio. & obliga. Quod utrumq; dictum tamen limitabis secundum sequentes regulas. Nam primum in Innominatis non licet pœnitere, re non amplius integra. Item, accipienti pœnitere non licet cum alter impleuerit iam contractum ex sua parte, ut per gloss. in d. l. si pecuniam. Item, nisi contractus Innominatus ordinaretur ad Nominatum, ut si promitto uendere ob certam causam uel conditionem. Nam licet hæc promissio sit contractus innominatus, cum pariat actionem præscriptis uerbis, tamen non habet locum pœnitentia. Ista est limitatio Bal. in l. quamuis. C. de transact. per l. La. beo scribit si mihi bibliothecam, aliàs incipit, si mihi ff. de contrah. empt. & idem in d. l. quamuis plures casus ponit in quibus non habet locum pœnitentia in contractibus innominatis. Econtra in Nominatis pœnitere licet in quatuor casibus. Primo, in Mandato. Instit. manda. & rectè. Secundo in Societate, l. sed & socius & si. i. ff. pro Socio. Tertio, in Deposito. l. i. & pe. ff. deposit. Quarto, in omnibus omnino contractibus re adhuc integra, ex mutuo partium consensu à contractu recedere, & pœnitere licet. l. ab emptionib. ff. de pact. & de his habes gloss. in d. l. si pecuniam.

SECUNDA differentia est, quòd in Nominatis non est opus oblatione, quo ad producendam actionem, quia contractus nominatus in continenti parit actionem d. l. iuregentium. ff. d. pact. & l. ex placito. C. de permu. quamuis uerum sit quòd agenti obstarit exceptio, si non præstitisset id ad quod ex sua parte tenebatur, l. Iulianus & offerre. ff. de ad stupr. In Innominatis autem opus est oblatione & præstatione, nisi enim in effectum impleti fuerint contractus innominati, non producunt obligationem ciuilem, & sic neq; actionem, d. l. ex placito. Bart. in d. l. si secum. col. ij. Alex. in l. iuregentium, col. iij. Nota tamen quòd ipsa oblatio sola non habet uim implementi, ut pœnitentiam in altera parte prohibere possit, uel efficere quo minus alteri pœnitere liceat, ut per gloss. in d. lege iuregentium, in uerb. facias in si. & du. Alexan. in d. col. iij.



**TERTIA**, quòd debitor in Innominatis contractibus non potest præcise cogi ad rem dandam, imò si magis ex re sua esset dare interesse, tunc perinde liberaretur, l. cum præcibus iuncta gloss. C. de permuta. Sed in Nominatus qui ad dandum tenetur, præcise dare compellitur, nec liberaretur per oblationem interesse l. ubi autem §. si. i. ff. de uerbo. obligat. Hic tamen considera uerbum dandi, aliàs enim qui ad tradendum, uel præstandum, uel faciendum teneretur, potest se præstando interesse liberare. Iura habes allegata in gloss. d. l. ubi autem & Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, col. v. de uerbo. obliga.

**QUARTA**, quòd in Innominatis contractibus Interesse est in obligatione, Secus in alijs Nominatis. Igitur principaliter in contractibus Innominatis ad Interesse agi potest, si Actoris interest, potius interesse petere quàm rem l. naturalis §. si. autem do, & per totam legem, ff. præscrip. uerb. Potest tamen & rem petere, si hoc ma uult, omisso interesse.

**QUINTA**, quòd alij Contractus Nominati, habent sibi consimilia & consonantia actionum nomina, ut ex Empto, Vendito, Locato, Mandato &c. Innominati autem tantum actionem præscriptis uerbis, quæ quidem omnibus ad eo petitionibus, ubi proprium actionis nomen deficit, communis est. l. ij. ff. præscript. uerb.

Quærat porrò aliquis, quæ Actiones pro his Innominatis contractibus concedantur? Et traditur, quòd in tribus prioribus, Do ut Des, Do ut Facias, Facio ut Facias, detur Actio Ciuilis præscriptis uerbis, d. l. naturalis, per tot. In ultimo autem contractu, scilicet, Facio ut Des, de dolo prætoriam d. l. naturalis §. quòd si faciam. Vnde uero hæc differentia? Azo. (ut allegat eum gloss. quæ eius opinionem retinet in d. §. quòd si faciam.) dixit, quòd imò in hac etiam specie (cum ratio diuersitatis reddi non possit) detur præscriptis uerbis, nisi in casu quando scilicet mihi abesset, & tibi nihil adesset per hoc factum, ut in l. proponas, C. de dolo. Quam opinionem dicit Bart. ueram & ab omnibus teneri, in d. §. Sed si faciam, & ita ipse declarat. Quando facio, ut Des, ex quo facto nihil tibi ad sit, uel accedat, cessat æquitas que habet producere actionem præscriptis uerbis. Ceterum quia tu decepisti me, inducendo ut aliquid facerem, & tu deinde nõ uis dare id quod promissisti, & cuius causa ego feci, recurritur ad actionem de dolo. Et ideo si ex facto meo aliquid tibi adesset, perinde daretur actio præscriptis uerbis, atq; ex contractu, Do ut facias, uel Do ut Des. Et quòd dicitur dari actionem de Dolo, quãdo ex facto meo mihi abest, & alteri nihil adest, extendit Bar. etiã ad contractum, Facio ut facias, in d. §. quòd si faciam nu. 3. Ergo in summa, pro his cõtractibus datur Actio præscriptis uerbis,

uel ad



uel ad contractum implendum, uel ad interesse præstandum tota  
 l. naturalis: uel datur conditio ad rem repetendam, quasi ob rem da-  
 tam re non secuta, d. l. naturalis, & gloss. in uerb. præscriptis uerbis.  
 ibidem. Postremo tene menti, quòd Contractus Innominati  
 regulantur secundum naturam nominatorum, eis similitum. Et actio  
 quæ ex eis oritur, datur ad similitudinem nominatorum, quibus  
 comparantur. Et ideo in eis uenit culpa leuis & lata & c. Bart. in  
 d. §. sed si faciam, ubi allegat plures leges, & idem Bart. in. l. mota.  
 C. de transact. & alijs pluribus locis. Idem quoq; Bar. refert casum  
 quem dicit neque Nominatum, neque Innominatum esse, scilicet.  
 Posuisti librum tuum apud Bibliopolam, ad uendendum: nihil fuit  
 dictum, quid ipsi uenditori deberes dare, aut soluere. Quo casu, in-  
 quit, ageretur nihilominus præscriptis uerbis. Ita docet in l. expla-  
 cito, C. de loca. quòd nota.

## DE PERSONIS QUAE CONTRAHERE

possunt. CAPVT X.



**M**ultiplex est personarum in Iure ciuili diuisio. Breuita-  
 tis autem gratia potissimas tantum, & nostro proposito  
 convenientes, explicabo. Prima igitur Personarum  
 diuisio est, quòd omnes homines, aut Liberi sunt, aut Serui. Liberi  
 autem sunt qui uel nati sunt liberi (hoc est, ex matre libera, cum de  
 patre non curetur. l. & seruorum §. ingenui, ff. de statu hominum)  
 qui ingenui propriè dicuntur, uel ex seruitute manumissi sunt, qui  
 propriè Libertini uel Liberti appellantur. Similiter, Serui sunt,  
 qui uel nascuntur Serui, puta ex parentibus seruis, uel facti sunt Ser-  
 ui, ex captiuitate aut spontanea suipsius uenditione, aliàs in seruo-  
 rum conditione nulla est differentia §. fin. Instit. de Iure perso.  
 Secunda diuisio est, quòd omnes personæ uel sui Iuris sunt, uel alie-  
 ni, hoc est, uel in sua ipsorum sunt potestate, aut aliorum potestati  
 subiectæ. Itaque serui cum Dominis suis subditi sint; item filij fami-  
 lias cum in potestate sui patris sint, alieni Iuris esse dicuntur. Reliqui  
 uero omnes qui neq; sub Dominis, neq; sub parentibus, patre, puta,  
 uel auo, agunt, sui Iuris appellantur. Tertia diuisio est, quòd om-  
 nes aut Maiores, aut Minores sunt. Maiores in Iure Ciuili dicun-  
 tur, qui legitimam habent, & iam perfectam ætatem: quæ xxv.  
 anno exacto incipit: præsumuntur enim eius ætatis homines, ipsi  
 iam ex sese quantum satis est sapere, suisque rebus utiliter præesse  
 posse. Minores uero dicuntur, qui xxv. annum nondum e-  
 gressi, Sed intra illum adhuc sunt constituti, qui & ipsi secun-  
 dum ætatis interualla, alijs atque alijs nominibus appellantur.

Infantes



Infantes enim dicuntur, anteq̄ viij. annum attigerint, l. si infanti. C. de iure delibe. Impuberes ante. xiiij. annum: qui & Pupilli nominantur si desierunt in potestate patris esse, uel morte uel emancipatione l. Pupillus. ff. de uerbo. signifi. Puberes xiiij. anno completo uocantur & nostra autem. Instit. de quib. mod. tute. fieri. Adulti uero reliquo tempore usq; dū maiores sunt facti, hoc est, xxv. annum egressi, appellantur, l. si prædium in prin. C. de præd. & alijs reb. immo. Generaliter autem omnes isti Minores dicuntur. His præmissis pro euidencia, sciendum est quasdam personas ætate, quasdam natura, quasdam lege, quasdam denique more prohiberi à contrahendo.

Ætate prohibentur contrahere, qui adhuc intellectu carent, quales infantes sunt & infantia proximi, qui neque naturaliter, neque ciuilitate obligantur, cum ut dicit tex. non multum à furioso distent, nullumq; habeant intellectum l. & Pupillus, Instit. de Inuti. Strip.

Natura prohibentur, Surdi, muti, perpetuò furiosi, aut alioqui dementes, quia illi partim consentire non possunt, cū sensum nō habeant: partim consensum quem habēt, expromere respondendo aut promittendo nequeunt, nec eiusmodi hoīes aliorum fraudibus sunt exponendi. Lege prohibentur, Prodigii, quibus bonorū suorum interdicta est administratio: quia non obligantur. Item, Apostate, & Hæretici, qui contrahere omnino, in poenam adeo, prohibentur dicente constitutione. Huic hominum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus cōmune sit cum cæteris. l. Manichæos, in prin. & & præterea non donandi. C. de hæreti. l. hi qui sanctam. cum. l. seq. C. de Aposta. Similiter prohibentur & Perduelliones hoc est, rei læsæ Reipublicæ, aut maiestatis. Nam offensione supremi numinis, nullum crimen grauius censetur atq; punitur, maiestatis Perduellionisue crimine. l. i. in prin. ff. ad l. Iuliam maiest. More autem non contrahunt qui sub Tutela siue cura sunt, non quod lege prohibeantur illi, cum permissum sit illis quocunq; modo possint conditionem suam meliorem facere, etiam sine tutoris autoritate: & propterea qui cum illis contrahunt, obligentur, licet econtra pupilli non obligentur illis. Instit. de autori. Tuto & namq; cū seq. sed quia cōmuniter sibi quisq; ab illis cauet: cum, ut dictum est, eiusmodi contractus cum illis inuti claudicent, & pro pupillis tantum, non autem contra eos ualeant atq; stringant. Obligantur tamen ipsi pupilli naturaliter, in quantū locupletiores sunt facti. l. pupillus, post prin. ff. de aucto. Tuto. Aliud est in Filijs familiæ, qui etiam si in patris aut aui potestate sint, tamen cum eis perinde ut cum patribus familiæ agi potest, & ex omnib. causis obligant, excepto mutuo & uoto. l. filiusfamiliæ, cum gl. ff. de actio. & oblig. quod intellige, si cū extraneis contrahunt. Ceterū si cū ipso patre aut auo suo, in cuius potestate sunt, contrahunt,



contrahant, ciuilitur, & ita efficaciter, non obligantur, cum una  
 censeantur persona cum patre uel auo. §. ei qui Instit. de inuti. stipu-  
 la. & l. si. C. de impub. substi. nisi forte hoc fuerit de peculio castrē  
 si, in quo censeantur patresfamilias. l. ij. ff. ad Macedo. Eadem que  
 de pupillis diximus, & de seruis iustę seruitutis, dicta sint: qui simi-  
 liter & ipsi non obligantur ex contractu, quanquam dominis suis,  
 (ex quorum persona stipulandi ius & facultatem habent) alios ob-  
 ligent. §. Item inutilis. Instit. eo. tit. Quantum. n. ad ius ciuile attinet,  
 serui pro mortuis habentur, l. quod attinet. ff. de reg. iur. Si tamen  
 ipse seruus aut peculium haberet, aut in rem domini, quod accepit  
 conuertisset, aut illius iussu gessisset: in his casibus teneretur ipse  
 Dominus, & ex contractu serui obligaretur. Quid autem de Mo-  
 nachis? Certē idem de illis respondemus, quod proximē de seruis  
 diximus, ut sibi nihil acquirant stipulando aut contrahendo, sed  
 monasterio, uel Abbati: eosdem uero non amplius obligant quā  
 in quantum eos locupletiores fecerint. Innoc. in c. cum olim de  
 priuileg. Par. n. esse uidetur seruorum & monachorum conditio,  
 cum & Canon dicat: Certum est eos nihil habere, possidere, dare,  
 uel accipere sine superioris licentia debere. xij. q. i. non dicatis.  
 Vnde Bar. in l. cum fundus §. si. in fi. ff. si cer. peti. Et Bal. in l. ser-  
 uus. C. commu. de successio. hanc quasi regulam collegerūt, quod  
 omnia iura loquentia in seruo, locum habeant etiam in monacho,  
 in his quę possunt monacho adaptari. Dicit tamen idem Bal. in  
 l. i. in x. q. C. qui admittit, quod monachus æquiparetur uel ser-  
 uo uel filio, pro ut magis expediuerit monasterio. Adde quod mo-  
 nachus æquiparetur infanti, quia consensu caret. Alex. in l. si cum  
 dicatur. ff. de condi. fur. & est tex. in d. c. non dicatis. Omnes  
 igitur isti more, quod imparitatem obligationis fugere solemus,  
 nec tam cum ipsis quā eorum Dominis, uel superioribus contra-  
 himus, à contractu excluduntur, non lege aut iure. Mulieres au-  
 tem tametsi in contractibus ipsę tanq̄ testes ex more non adhibe-  
 antur, tamen contrahere, posteaquam maioris ætatis sunt, obliga-  
 re & obligari possunt: Sola fideiussione excepta, quam pro alijs  
 suscipiunt, in qua beneficio Senatusconsulti Velleiani, quo minus  
 ei satisfaciant, adiuantur: in hoc igitur casu obligari non possunt.

## DE REBUS QUÆ IN CONTRACTVM

uenire possunt: & quę non possunt. CAPVT XI.



Roximum est ut de rebus etiam quę in contractū & cō-  
 mercium uenire possunt, aut non possunt, breuiter an-  
 notemus. Illarum autem cum quędam cōmunes sint ut  
 mare, littoraq; maris: quędā publicę, ut flumina et por-

Resū diuisio



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

tus: quædam Vniuersitatis, ut theatra, stadia, prætoria: quædam sacra, ut ædes sacra, & reliquæ res deo dedicata: quædam Religiosa, ueluti sunt ea loca, in quibus corpora defunctorum funerantur, & ipsa sepulchra, quia religionis interest (dicit IC. in l. i. ff. de mor. infe.) monumenta extrui, & exornari: quædam sanctæ, ueluti portæ & muri ciuitatis: quædam deniq; singulorum, uidelicet, quæ à singulis personis possidentur: Sciendum est in prioribus illis generibus, prohibitum esse earum rerum inter priuatos uulgaresq; homines cõmercium, & omnem super illis contractum, cum in nullius esse bonis dicantur. l. i. ff. de rer. diuis. Res tamen sacre uel ecclesiasticæ certis ex causis, et sub forma data legitime solemnitate, in commercium uenire, & alienari possunt: ut puta si alienentur causa redimendorum captiuorum, et fame publica oppressorũ l. sancimus. C. de sacros. eccles. Item propter alia pauperum alimentata. x. j. q. ij. aurum habet ecclesia. Item propter æs alienum quod ecclesia debet, exoluendum & hoc etiam Auten. de reb. eccles. non alie. aut permu.. Item propter quancunq; aliam meliorem utilitatem ipsius ecclesie. c. sine exceptione, d. xij. q. ij. ubi & forma præscribitur Episcopis, quòd aliter alienare res ecclesiasticas non possunt, nisi tractatu cū clericis habito, & illis cõsentientibus atq; subscribentibus. Alia forma datur in d. Auten. de non alienan. aut permu. &c. Et legitur in Auten. ius porrectum. C. de sacros. eccles. quæ tamen non obseruatur. In omni itaq; ecclesiasticarum rerum alienatione requiritur, primo causæ cognitio, secundo diligentis magnæq; deliberationis, cum capitulo tractatus: tertio cõsensus unanimitis ipsius capituli: postremo authoritas superioris. Alioqui a deo interdicta est ecclesiasticarum rerũ alienatio, ut ne ipsi quidem Papæ liceat prædiũ ecclesiæ quoquo modo alienare, etiam pro aliqua necessitate, ut dicit Canon in c. non liceat Papæ. xij. q. ij. qui tamen Canon perinde seruatur ut reliqui. Priuatarum quoque rerum multæ à lege prohibentur alienari, ut ecce. Fundus dotalis per legem Iuliam prohibitus est alienari, etiam si uxor in alienationem consentire uellet, Inst. quib. alie. lic. nisi in quibusdam casibus, uidelicet, quando ipse Fundus æstimatus ipsi marito datus esset. l. i. & cum lex. C. de rei uxo. actio. Item ex necessitate contingente, ut si Fundi indiuisi & inæstimati portio data sit in dotem, & maritus postea à socio ad diuisionem prouocatur. l. si. C. de Fun. dota. Item quia ex necessitate. l. i. C. de liber. caus. Item quia conuertitur in aliam utilitatem uxoris, l. si. ff. de Iure dot. Similiter prohibita est à lege alienatio prædiorum minoris, alienarumque rerum ipsius, quæ seruando seruari possunt, ut auri, argenti, gemmarum &c. nisi fiat ipsa aliena-

Res ecclesiasticæ quando alienari possunt, & quò.

Fundus dotalis quando alienari possit.

Res pupillarum.



alienatio, cum debitis, legitimisque solemnitatibus, utpote, quòd fiat ob æs alienum Minoris. Item ut fiat cum autoritate Tutoris, & decreto Iudicis. l. lex quæ prohibet. C. de admi. Tutor. Cæteræ autem res quæ seruando seruari non possunt, & tempore corrumpuntur, sine decreto iudicis, à Tutore alienari possunt. d. l. lex. non tamen ab ipso pupillo, qui nullam rem alienare potest. § nunc admonendi. Instit. quib. aliena. lic. Item lege prohibita est alienatio rei litigiosæ, hoc est, res de qua iam controuersia mota est possessori. Neque enim litigiosa statim res fit. postquam simpliciter possessori denunciatum est à petitore, ut non uendat, ne oppigneret, ut sibi restituat &c. l. i. ff. de litigio. & l. i. ff. eo. Sed postquam petitor in iudicio contra possessorem actionem instituit, & libellum obtulit. Auten. litigiosa res. C. eo. Et pœna est in scienter contrahentibus rem litigiosam esse: quòd uterq; eam amittit & tantundem quanti distracta est fisco soluit. l. censemus. C. eo. Hæc tamen fallunt, in his casibus, quando dotis uel antè nuptias donationis, uel transactionis, uel diuisionis hæreditatis, uel legati aut fideicommissi nomine res litigiosa alienata est. d. l. censemus. Sed & funeris gratia, & solutionis æris alieni defuncti, & alendæ familiæ eius causa, & quia tales res de facili periturlæ essent, alienatio talium rerum procedit, & à prætore (causa tamen cognita). promittitur. l. diuus Pius. ff. de petit. hered. Item alienare non possunt, nec obligari res quæ à testatore in ultima uoluntate cum causa prohibite sunt alienari. l. filiusfamiliæ. § Diui. de leg. i. uel quæ restitutioni subiacent, nisi fortè talis alienatio dotis, aut donationis propter nuptias gratia fiat. Auten. res quæ. C. communia de lega. Denique prohibita est omnis rei aliene, alienatio uel obligatio, sine consensu illius cuius est: regula enim iuris est: id quòd nostrum est, ad alium sine facto nostro transferri non posse. l. id quod. ff. de reg. iur. & neminem plus iuris in alium transferre quam ipse habeat. Et quamuis in prædictis rebus Contractus factus non ualeat ipso Iure, si tamen altera pars ignorans, & consequenter decepta fuerit, integrum est illi ad id, quod ipsius interest, contra partem decipientem agere, & id quidem diuersis actionibus, pro ipsius contractus conditione & qualitate.

## DE INVTILIBVS PACTIS, STIPVLATIONI bus & Contractibus. CAPVT XIII.



X prædictis colligi potest quæ pacta uel Stipulationes de iure non ualeant, & propterea per Notarium publico Instrumento minime sint comprobandi. Quando cunq; enim uel illæ personæ, uel res in contractu ueniunt,



## ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

quæ obligationis incapaces, & supra partim enumeratæ sunt, tunc inutilem uel Contractum uel pactum, uel stipulationem dicemus. Neque uero ex prædictis tantum causis inutiles redduntur cōventiones & pacta, sed & alijs multis rationibus. Generaliter enim quocumque pacta, uel contra leges, uel contra constitutiones uel contra bonos omnino mores facta sunt, inutilia sunt .l. iurist. gentium & pacta conuenta. ff. de pact. Itaq; pactum ne liceat creditori pignus distrahere: uel ut illud ipsius creditoris sit, si mutuum statuto termino non soluatur: uel ne dolus præstetur: uel ne præcarium reuocetur: uel ut in societate apud alium lucrum, apud alium damnum sit: & similia infinita quæ passim in iure civili colliguntur, non ualent, tanquam legibus, bonis moribus, & substantiæ cōtractus contraria. Stipulatio autem, quia singulare iuris civilis inuentum est, eò pluribus etiam modis inutilis redditur: ultra namq; prædicta omnia, si uel rem quæ in rerum natura non est, uel rem nostram, uel impossibilem, aut impossibili saltem conditione adiecta, uel turpi ex causa stipulemur, Stipulatio non ualet, Similiter si diuerso sensu Stipulemur, puta, ego de auro intellexi, tu de argento: aut si ad interrogationem, non consentanea subsequuta fuerit responsio, ut si ego purè stipulabor, tu uero sub conditione respondebas. Item si inter absentes stipulatio erat concepta. Item quia stipulati sumus alteri, aut factum alienum, non adiecta poena. Ex his & similibus causis inutilis redditur stipulatio, pro ut hæc habentur & declarantur, Instit. de inutilib. stipu. per totū tit. Itaq; Notarius qui adhibetur ubi aliquod prædictorū impedimentorum animaduertit intercurrere, fideliter eo contrahentes admonere debet, modisq; omnibus studere, ut eiusmodi nullitates caueantur.

### DE PACTIS VEL CONTRACTIBVS IN fraudem factis. CAPVT. XIII.

*Dolus in fraudem hominis.*



**D**olus siue dolus in contractibus dupliciter fieri potest: aut in fraudem hominis, aut uero in fraudem legis. In fraudem hominis tunc adhibetur dolus, quando hoc agimus, ut alterum subdola uafrique calliditate decipiamus, quod quidem & ipsum bifariam accidere potest, siue quòd consultò studioseq; alterum decipimus, siue quòd re ipsa (etiam si propositum defraudandi absit, alterum decipimus, puta ultra dimidium iusti precij. Et isti duo doli, uidelicet dolus ex proposito, & dolus re ipsa, & si in quibusdam differant, utpote quòd propter dolum ex proposito in contractibus stricti iuris datur actio: propter dolum uero re ipsa, tantum exceptio, ut uult Alexan.

con-



consil. liij. uol. iij. in plerisque tamen æquiparantur, per eundem Alexand. in consil. xliij. uol. i. & d. consil. liij. & ad rescissionem Contractus idem operantur. l. ij. ff. de Excepti. dol. l. si quis cum aliter. ff. de uerb. obliga. Petrus Anchoni. consil. xxxix. Cæterum in fraudem legis, tunc dolus adhiberi dicitur, quando Dolus in fraudem legis. neuter contrahentium hoc agit, aut intendit, ut alterum decipiat, sed ut magis ipsi sese inuicem adiuuent, Legem uero siue statutum quod ipsorum uoluntati et instituto adueriatur, impedimentoque est, defraudent. Circumuenitur autem lex multis modis, quorum septem colligit Stephanus de Phedericis in commentario. i. de interpretatione iuris. Primus est, si fraus fiat Legi de re ad rem. Exemplum. Senatus C. Macedoniano prohibitum est filios familiaris mutuare pecuniam. Fœnerator igitur ut hanc legem circumueniat, mutuatur uinum, oleum, aut pannos, quibus diuenditis habere potest pecuniam. l. Iulianus & mutui. ff. ad Macedo. Secundus, si de persona ad personam fraus fiat, ut prohibitum est Magistratui subditis impressionem facere, Magistratus ipse per suam personam hanc non facit, sed per amicos, aut alios. l. pen. C. quod met. caus. Tertius, de contractu ad contractum, ut prohibita est donatio inter coniuges constante matrimonio, sed coniuges non donant sibi, sed donandi animo uendunt inuicem quæ uolunt. Si militer, mulier ex mutuo obligatur, sed non ex fideiussione: aliquis intendens Titio mutuare, & fideiussorem in muliere certam habere, mutuatur ipsi mulieri, & Titium in fideiussorem recipit. Quartus, de nomine ad nomen, ut, Sacerdotibus interdicta est cohabitatio mulierum, auia, matre, sorore & similibus exceptis: ipsi concubinas suas iisdem nominibus appellatas secum alunt. de quo est tex. in l. cum qui probabilem, in prin. C. de Episco. & cleri. Sic etiam uulgò sub nomine Interesse, usuras stipulantur. Quintus per additionem, ut si Statutum uetet, mensuram uendi ultra VI. denarios, & caupo tribus nucibus adiectis, uendat pro x.

Sextus, De modo ad modum. Nam prohibita disponi, non possunt sub conditione uel pœna poni. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de uerbo. obliga. Septimus, de quantitate ad quantitatem. Finge. Statuto prohibetur, ne pœna exigatur: Quidam promissit centum cum hoc pacto, ut si intra annum soluat xl. tunc à reliquo sit liberatus. Hic satis relucet, illa xl. reliqua pœnam non sortem fuisse. Eiusmodi fraudes infinitæ excogitatae sunt ab usurarijs, ut ait Bal. in l. i. C. de his quæ pœ. no. ut alle. Stephan. in allegato loco. Omnes igitur tales defraudationes, cum deprehensæ subuertant Contractum, minime scriptis suis informare Notarius, sed indig-



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

nas omnino fidei atque existimationi suæ iudicare debet.

DE CONTRACTIBVS VSVRARIIS,  
& Vfuris. CAPVT. XV.

Pœna notarij  
Vfurarij in-  
strumentū cō-  
ficientis.



Vandoquidem iure cautum est, ut Notarius qui conficit Instrumenta usuraria, periurus habeatur, & propterea ab officio Tabellionatus remouendus sit, & infamia notandus. Hostien. in summa de usuris §. an aliquo. Bald. in c. Imperialem §. callidis in fi. & ibi in additionibus Andreas Barbatia. de prohib. feu. alie. per Frede. Vt talem pœnam non incurrat, notitiam habere & iudicium Notarius debet, qui Contractus Vfurarij censeantur. Ad quod declarandum sciendum est Vsuram esse omne illud lucrum siue commodum, quod propter mutuum, ex pactione ultra sortem percipitur. Si enim aliquid ultro nobis à gratis hominibus, qui ex nostra pecunia ipsis mutuata, rem fecerunt, obtrudatur, certè non usura dici meretur, Sed antidoron potius ex gratitudine profectum.

Vsura.

Qualecunque autem sit illud commodum, quod propter mutuum percipio, siue sit species aliqua, ut pecunia, uinum, oleum & similia, siue factum. puta si mutuauit, ut tu commodes mihi equum tuum, ut patiaris uti me horto tuo, Vfurarium censetur. Quod Canonistæ adeo affirmant, ut & illud esse Vfurarium putent, si mutuo tibi cum hoc pacto, ut tu uicissim mihi mutues. Illi enim simpliciter iudicant de Vsurâ, ex illo dicto Christi: Mutuum dantes, & nihil inde sperantes. Cæterum hæc opinio nunquam mihi placuit. Neque enim sententiæ Christi aduersum est, si quis necessitati suæ in futurum prospiciat, gratitudinemque fratris sui speret. nam si uerbis illis solis inhæreamus, nec ipsum quidem mutuum exigendum foret, quod absurdum est.

Adde Bal. in  
repe. l. i. iusiu-  
randū. col. 32.  
de iureiu.

Puto igitur tale pactum ualere. Nam & sine pacto naturaliter ad remunerandum alios obligant, qui de ipsis benè merentur. l. sed & si lego §. Consuluit. ff. de petit. hære. l. si pignore. ff. de fur. & in hac quæstione cum uersetur incertitudo, an uidelicet tantum temporis superuicturus sim, ut ex tuo mutuo uel aliquod lucrum facere, uel illo omnino indigere possim, non uideo quid mihi interim accedat. Regula est enim in usuræ materia, quod ratione incertitudinis pactum, aliàs Vfurarium toleratur, & admittitur. text. sunt in c. in ciuitate, & c. si. in fi. extra de Vfur. l. si ea pactione. l. si ea lege. l. si oleum. C. de eo tit. Exemplum: Ven-



Vendidi tibi hoc mense Iulio dolium uini, quod commuiter ualisset x. cum eo pacto, ut Calendis Octobribus, pro eo mihi soluas xij. aut xij. Hic cum incertum sit, an uinum dictis Calendis minus aut amplius ualiturum sit, certè illa duo uel iij. quæ amplius in præsentis paciscor, ratione huius incertitudinis Usuraria nõ censentur, dictis textibus.

His adde aliam singularem limitationem in materia Usurarum, quam docet Iason post Salycetum in l. petens ex stipulatione. C. de pact. ubi dicit, quòd licet Usuræ omni iure sint prohibitæ, tamen illud procedit, quando Usuræ simpliciter promittuntur. Sed quando creditor earum gratia per pactum se onerat ad aliquid æquale faciendum, hic enim non erit Usura, nisi nomine: & ista est licita, quia uim habet permutationis &c. Quamquam ut uerum fatear, ego pro simplicitate mea hanc limitationem non intelligo, quam puto manifestè Usuram olere.

Usura porrò soli mutuo accedit, & non alijs Contractibus, quare si commodo tibi equum meum, ut pingas mihi tabulam, non erit hoc Usurarium. Hostien. in d. summa de Usury quid sit Usura. Sed quomodo discernendi sunt Contractus Usurarij, cum sæpe lateat dolus & Usura: pro ut communiter foeneratores solent palliare & tegere pacta Usuraria? Et satis dici potest, hoc in iudicio & prudentia Notarij potissimum esse situm: qui ex circumstantijs personarum, rerum, & Contractus colligere potest, utrum Usuraria subsit intentio. Nam alioqui Contractus Usurarius esse probatur, ex præsumptionibus, argumentis, indicijs, & coniecturis (sicut & dolus,) propter occultas fraudes Usurariorum, dicit Bald. in Rubri. ex de offi. Iud. Iason, & ibi allegata in l. prætor. ait. prætor ait cocum. iij. ff. de æden: & idem in l. licent. Imperator. in ij. colum. de leg. i. Ut si fiat emptio, pro modico precio, cum pacto de retrouendendo, à persona solita Usurari, hic facile coniecturare potest Notarius hunc Contractum esse Usurarium, & non hoc agi, ut consistat emptio, sed ut sub inuolucro pacti de retrouendendo, lateat ipsa Usura. De quo per Iaso. in l. quoties. C. de Iudi. At tamen cum non sunt perspicua indicia, aut argumenta, contractus non præsumitur, aut iudicatur Usurarius, sed talis qualis ex sua forma apparet, etiam si subesset suspicio Usurarum. Canonistæ in c. in ciuitate. extra de Usu. ut c. illo uos, ubi maximè Imola, in i. not. & col. iij. seq. de pigno. qui textus melior est ad hoc de iure Canonico.

Contractus n-  
surarij quò de  
prehendendi.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.  
DE POENIS IN CONTRACTIBVS

Appositis, & Interesse.

CAPVT XVI.



AEPE fit ut callidi foeneratores in fraudem usurarum interdum poenam, interdum interesse stipulentur: aut paciscantur, ita dicentes: si ista ducenta mihi hoc anno non persolueris, uolo quod obligatus mihi sis ad poenam xx. aureorum, uel, quod obligatus mihi sis ad x. pro interesse meo, & istis nominibus poenae uel Interesse, ipsas usuras palliant.

Quare de utroque separatim pauca dicamus, non quidem quando committantur (nam hoc ad Iureconsultos proprie attinet, latioreque tractatum habet) Sed quando apposita ualeant, quod Notariorum interest non ignorare. Et quidem si in Contractu mutui apponantur poenae, non leuis suspitio est, eas in fraudem usurarum apponi. l. cum allegas. C. de usu. Bald. in repet. l. Iusiurandum. colum. iij. iij. ff. de Iureiur. maxime si creditor ille solitus fuerit alias foenerari. l. semisses. ff. de usu. l. Item Iulianus. ff. de actio. empt. quare ex circumstantijs per sonarum & negocij, Notarius mentem contrahentium coniectare potest. Consultius autem facerent contrahentes, si propter prauam hanc suspicionem, ab huiusmodi pacto poenarum in contractu mutui abstinerent.

Attamen si paciscuntur poenas in intentione recta, scilicet ut pareatur placitis, & non ad usuras, ualet pactum, & exigi talis poena licite potest, etiam si Interesse excederet. Secundum Innoc. in c. suam in fi. ex. de poenis. Secundum legem autem talis poena ultra legitimarum usurarum modum in hoc Contractu extendi non potest. d. l. cum allegas. Caeterum in alijs contractibus citra suspicionem poena apponitur, cum autem pactorum quaedam sint secundum leges, quaedam praeter leges, quaedam contra leges, sciendum est quod quando promittitur poena in pacto, quod est secundum leges (id est, quod lex permittit) tunc potest aut res, aut poena peti, scilicet alterutrum ex illis: nisi conuenisset quod poena soluta uel non, ratum maneat pactum, quia tunc utrumque peti posset. l. cum proponas. C. de pact. Si autem fit praeter Leges ipsum pactum (id est, quod directe & omnimodo a lege non prohibetur) ut si promitto factum alienum: & si non fiat, promitto poenam, tunc etiam si principale non ualeat, cum factum alienum promittere non possim, tamen ipsa poenae promissio ualet. Instit. de uerbo. oblig. in fi.

Denique si fiat pactum contra leges, (scilicet cum lex expresse & omnimodo prohibet,) ut si promittatur res sacra, religio



religiosa aut similis, tunc nec principalis, nec poenae promissio ualeat. Contra legem enim facta non solum inutilia, uerum etiam infecta habentur .l. non dubium. C. de legibus. Et notandum est, quod huiusmodi poenae conuentionales nunquam applicantur fisco, nisi hoc expressum esset in Contractu: Sed parti seruanti, etiam si hoc expressum non esset. Bald. in l. si maior. C. de pact.

Porro Interesse (quod est aestimatio damni dati uel lucri cessantis, ut Fumæus diffinit, uel, lucrum cessans, aut damnum datum, ut communiter Doctores diffiniunt) Similiter in solo mutui Contractu suspectum est, si apponatur. Et sanè si uel propter futurum interesse fieret promissio annuae praestationis ultra quantitatem debiti, aut si ipsum interesse, quod in stipulationem propter mutuum uenit, à principio statim ad certam summam definiretur, tunc Contractus ille censeretur manifestè usurarius. ratio est, quia non potest certum interesse taxari in principio, ut per Fel. in c. cum uenerabilis colum. ij. extra de proba.

Similiter tamen Interesse in Contractu mutui stipulari possumus: idemque postea licitè quoque exigere, uidelicet si de illo constat: hoc est, probare possumus tantum interfuisse nostra, quòd pecunia nostra tamdiu caruimus. Interesse enim certum & indubitatum, licitè petitur & soluitur, ut nota. in .l. i. C. de sum. trinitat. Si autem incertum est, licitè neque petitur neque soluitur: quia usura est. In dubio autem considerandæ sunt qualitates personarum.

Nam si Miles sit aut Doctor legum, qui pecuniam mutuauit, qui non consueuerunt negociari, cum suis pecunijs, uerisimile est ipsos cum illa pecunia nihil lucraturos fuisse: quapropter neque Interesse nomine quicquam petere possent citra usuram. Sin uero mercator aliquis diligens & industrius mutuasset, uerisimile est eum cum ea pecunia lucraturum fore, quapropter etiam contra rationem non est, si eisdem hoc interesse promittatur, & soluatur ex quo promissum est, eatenus tamen quatenus interest. Ita dicit Bal. in d. repet. l. iusiurandum. colum. xxxiiij. ff. de Iureiu. Nota tamen si aliàs soleret ille mercator foenerari, & ita ex illa pecunia certum foenus habere potuisset, quòd hoc non consideratur. Inhonesti enim lucri siue Interesse non est habenda ratio. Bald. in allega. loco per no. in .l. si quis uxori §. si. ff. de fur.

Et scias quòd etiam de Iure Canonico licitè petitur Interesse lucri cessantis, ut per Feli. & ibi allegata in d. c. cum uenerabilis. col. ij. quod tamen intelligendum est de lucro cessante post moram debitoris, & non



& non antea, quia tunc usura esset manifesta, ut ibidem Feli. In alijs autem Contractibus licitè Stipulamur Interesse, & à principio quoque, ne postea dubium sit, quanti nostra interfuerit, id taxare, adq; certam summam deducere possumus. l. si. ff. de præto. stipula. & tale interesse Conuentum uocatur. Quomodo autem probetur Interesse, tractant Docto. cõmuniter in .l. i. C. de senten. quæ pro eo quod interest. Postremo quæri posset, an utrumque simul & pœnam & interesse in contractu stipulari liceat: uideatur enim quòd qui pœnam recepit, interesse petere non possit, cū electione unius, tollatur aliud, & eo minus interfit, quo plus ex pœna perceptum fuit. Barthol. in l. lucius. ff. de actio. emp. dicit: si petatur pœna, non posse peti interesse, nisi quatenus est ultra concurrentem quantitatem: aliàs non nisi ad concurrentem quantitatem. Et quòd in illa l. habetur, pœnam & interesse peti posse, dicit intelligendum esse in eo, in quo interesse pœnam excederet. Vide plenius Imol. in .l. si insulam xxxi. col. de uerbo. oblige.

QVÆ SINT SVBSTANTIALIA, ET NATURALIA in Contractibus: & quid dicatur Substantia, Natura, Forma, Solemnitas,

CAPVT. XVII.

**P**Lenius rogo quæ ad hæc spectant attingas: quotidiana enim sunt, scribit ille ad Paulum Iureconsultum, in l. legauit. ff. de libe. leg. Itaque cum hæc quoque uocabula quotidiana sint usitata, nec tamen perinde intellecta omnibus, ut sunt usitata, minimè præteriri debent. Ego uero etiam operam dabo, ut ultra alios hæc capita ex ordine quàm dilucidissimè declarem.

SVBSTANTIA, igitur est, ut Baldus in l. etiam. C. de execu. rei iudi. diffinit, quæ primam rei essentiam præstat, sine qua res esse subsistereque non potest. Quare Substantialia contractus ea sunt, ut alibi idem Baldus declarat, quæ naturam eius immutabiliter & necessariò amplectuntur, quæ uero immutari uel detrahi possunt, ea qualitatis sunt. Dominus meus Zasius in intellectibus suis sic declarauit. Substantialia sunt quæ dant esse contractui ex seipsis et absolutè, ut præcium in emptione: communiõ in societate: Facultas reuocandi in præcario. Vnde aut cognoscantur ipsa Substantialia. Bal. in l. cū quis in 4. col. C. de iur. & fact. ig. tali regulâ docuit: ut ea quæ in definitione dicuntur, eius dictionis Substan-

In l. prolatã  
C. de Senten.



Substantialia esse putentur, quam sententiam Aretinus & Iason approbauerunt. Alciatus tamen probabiliter tantum hoc dictum non necessario concludere existimat. His Substantialibus accedunt Naturalia, & Accidentalialia.

NATURALIA sunt, ut diffinit Zasius, quæ ad contractum <sup>in allegato loco.</sup> naturalem quadam habitudine accedunt, & ex contractu uelut concomitanter dependent: nec Contractus ex ipsis, sed ipsa ex Contractibus consistunt. Vt euictio ultro accedit & concomitatur Emptionem: Participatio lucris & damni Societatem. Item naturale stipulationis est, ut aliam alia tollat. Bald. in .l. pacta .ff. de contract. empt. Naturalia diffiniuit esse, quæ & si non exprimentur à partibus, tamen sui natura insunt contractui: ut euictio in emptione. Hæc autem Naturalia dupliciter considerantur, secundum Zasium: Quædam enim sunt quæ natura ita cohærent, ut ex uisceribus ipsius contractus dependant, & intrinseca quadam inseparabilique qualitate ei insint, quare Naturalia inseparata illi uocantur. Quædam rursus sunt quæ tantum ex consuetudine contractibus assunt: & ideo tantum Naturalia dicuntur, quòd frequentiori & assidua consuetudine, (quæ in naturam transit) contractibus accedunt, de quibus glos. est in .l. pacta conuenta .ff. de contrah. empt. Et istius distinctionis magnus est effectus. Cum enim regulariter Naturalia contractus tolli per pacta possunt, tamen id in Naturalibus inseparatis non procedit. Quare pactio fieri non posset, ut in contractu Emptionis dominium actu uel habitu in Emptorem non transiret. Item in contractu Societatis, ut ad alterum ex socijs lucrum tantum, ad alterum damnum ueniret, esset enim hæc leonina societatis. Item in contractu Depositati, ut dominium rei depositæ in depositarium transiret.

Sunt enim ea singula, intrinseca naturalia: & ab ipso contractu inseparabilia: quare pacta nihil contra ea proficiunt. Monet tamen Zasius aduertendum esse ne in hoc tractatu inseparabilia Naturalia cum Substantialibus confundantur.

ACCIDENTALIA porro sunt, quæ uel post contractum adijciuntur, uel præter naturam contractus inducuntur, ut per Bald. in d.l. pacta. Ego pono exemplum in pacto reuenditionis, id est, & si emptor rem aliquando uendere uelit, mihi aut meæ familiæ antè omnes primo offerre. uel etiam pro eodem præcio (meliorationibus saluis) tunc reuendere teneantur: quæ pacta crebra sunt in Germania nostra. Hæc enim abesse uel adesse possunt, contractu in se nihilominus semper saluo & integro.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

**FORMA** est ordinata series &c. ad substantiam deducens. Bal. *Adde quod di in c. i. de no. for. fidel. Vnde Alciatus quandam Ioannis Andree distinctionem non approbat, quum, ut inquit, secundum hanc Bald. diffinitionem, illud tantum de forma sit, quod seriem quandam ordinemq; denotat. Quæ tantæ est efficacitæ, ut si in aliquo actu requiratur, & non interueniat actus, ipso iure deficiat, quod extenditur secundum Alciatum, etiam si contractus alio qui fauorabilis esset. In quo tamen distingendum est. Alia enim Substantialis, alia Accidentalís, uel leuis forma est. Substantialis est illa, quæ est de substantia, simulq; producit rem: productam sustentat & alit. Vt uoluntas defuncti est forma substantialis Testamenti. Barto. in l. i. ff. de conductio. indeb. col. ij. hæc Forma abesse non potest citra rei ipsius aut actus corruptionem. Accidentalís uel leuis est, quæ abesse potest, re ipsa salua. Baldus in Rubri. præmij Decreta. leuem formam nominat, quæ etiam alteri actui, quàm illi cui adhibetur, conuenire potest. Alciatus hoc exemplo declarat. In Doctorum declarationem, libri datio iustæ formæ est: osculum, & annuli datio, leuis formæ.*

**POSTREMO SOLEMNITAS** ita diffinitur à Baldo. in d. l. etiam C. de execu. rei iud. Est modus seu qualitas quædam rei accidens, qua actus fit solemnus. Ea similiter in duas species diuiditur: Substantialem & leuem. Substantialis est quæ ommissa facit mutationem circa substantiam eius, de quo agitur. Leuis autem quæ id non habet mutare, exemplum habetur in l. i. ff. de uentr. insp. & in signo crucis, quod hæredis manu Inuentario cõscribendo præponi debet. l. scimus §. subscriptionem. C. de Iur. deli. Ita Barto. in l. i. §. Si plures. ff. de exer. & in l. cum hi. §. Si prætor. ff. de trans. Baldus autem in l. ad exactionem cir. fi. C. de dotis promiss. ita declarat. Quandoquunque requiritur aliqua solemnitas qua non adhibita, obligatio naturalis non oritur, illa solemnitas dicitur de substantia. Si uero est aliqua solemnitas, qua circumscripta, id est, non interueniente, nihilominus oritur obligatio naturalis: illa solemnitas non debet dici de substantia: sicut est solemnitas numeri testium, & sicut est solemnitas extrinseca circa auctoritatem Tutoris: sicut etiam esset si ex forma statuti requireretur præsentia coniunctorum, ubi statutum annullaret utramq; obligationem. Hactenus Baldus, qui tamem sanè in duobus posterioribus exemplis est intelligendus: alioqui .n. aliter docemur per Bar. in l. cum lex. col. ij. in mod. ff. de Fideiusso. Item Bartholus in l. sciendum. ff. de uerbo. obligat. amplius distinguit inter solemnitatem intrinsecam, & extrinsecam. Intrinseca, inquit, est, quæ sine prolatorum uerborum natura non potest uerificari, ut Fideius.



deiuſſor non poteſt intelligi niſi cū ſtipulatione. Extrinſeca, quam uerborum prolatio non comprehendit, ut emptio & uenditio, eſſe poteſt ſine Tutoris autoritate. Quam̄ autem ſolemnitas interdū cum ſubſtantia, interdum cum Forma ſummam habeant coniuncti onem, ut ægre diſcerni poſſint (ſicut uidemus etiam Bart. & Bal. quali equiuocare, dum hic numerum vii. teſtium Solemnitatis leuis eſſe dicit, in d. l. ad exactionem; ille uero Formę leuis, in d. l. i. ff. de conditionib.) propriam tamen ſeparatamq; naturam habet, quæ ex effectu cognoſcitur. Defectus enim ſubſtantialis etiam ſolemnitatis ad naturalem obligationem producendam non impedit: ut uidemus in pupillo, qui ſine autoritate tutoris contrahit, quod ſecus eſt in Subſtantia & Forma. Item ſolemnia indiſtinctè poſſunt iure ciuili tolli, ſecus de ſubſtantialibus. Innoc. in. c. cum dilectus, de conſuetud. His ſummatim dictis Regulas aliquot colligemus & ſubijciemus de ſingulis Capitibus.

## SVBſTANTIA.

Deficiente Subſtantia, deficit omne accidens, & totus effectus. l. i. C. de contradic. ob cauſ. Aliàs dicitur, Non entis nullæ ſunt qualitates. l. eius qui ſ. ff. ſi cert. petat.

Subſtantialia pactis tolli non poſſunt. l. Iurigentium ſ. adeo. l. ab emptione. ff. de pact. Sed ne conſuetudine quidem, gloſſ. in. c. nō putamus, de cōſue. in vi. neq; lege. per nota. in l. ij. ff. de uſufr. ea. ret.

Naturalia pactis tolli poſſunt, conſtante ualentię nihilominus ipſo contractu. l. pacta conuenta. cum gloſſ. ff. de contrah. empt. quod tamen intellige de Inſeparabilibus Naturalibus.

## FORMA.

Forma dat eſſe rei. l. Iulianus ſ. ſed & ſi quis. ff. ad exhj. Ex Forma quolibet diſpoſitio eſſentiam capit, quę cū in eadem materia diuerſa eſt, diuerſum quoq; actū cōſtituit. Bal. in. c. i. de no. for. fide.

Forma non poteſt impleri in equipollenti, per not. in l. i. ff. de libe. & poſthu. Late Moder. in. c. reſcripta, de reſcrip. quare communiter dicitur quòd, Forma data à lege uel ſtatuto non eſt arbitraria, ſed ad unguem obſeruari debet, per Scrib. in alleg. locis.

Similiter dixit Bal. in l. ſi inſtitorem. ff. ſi cer. petat. quòd ubi eſt defectus formę, non ſufficit effectus, quia ibi refert quid fiat ex equipollentibus. Hoc tamen Decius in l. ſi mater. in prin. ff. de uulga. limitat, niſi illa forma reſpiceret certum effectū, quia tūc poſſet per equipollens impleri per l. illam, & l. iubemus. C. de Teſta. ubi de forma eſt ut nomen exprimatur à Teſtatore, & tamen ſufficit ſi quomodo. cunque illud declaretur.

Formę nihil addi uel detrahi poteſt. Bal. in l. ſi, col. ij. C. de ſuis & legit.



Quicquid Principi placuit ut sit Ordo, est Ordo Substantialis. Bal. in l. prolatum, col. pe. C. de senten. Dec. in l. hac consultissima. C. qui testa. face. poss.

Forma Substantialis omissa, nequidem naturalem obligationem producit, quare ex testamento pupilli seu furiosi neque naturaliter quidquam debetur. Bart. in l. i. ff. de condict. indeb.

Forma à lege data in dubio pro Substantiali habenda est. Are. ti. & Iason. in l. ij. § si prius. ff. de Vulga.

## SOLEMNITAS.

Solemnitas observari debet in forma; & omissa uiciat, nota. in l. i. ff. de uentr. inspic. quod intellige de solemnitate Substantiali, non de leui, ut per Bart. in l. cum hi § cum præter. ff. de trans. Feli. c. 2. col. 3. in fi. extra de Sponsal.

Solemnitas non præsumitur. l. quæcunq; § si. i. ff. de publ. quod intellige de intrinseca, non extrinseca. Bar. in l. sciendum. ff. de uerbo. obliga. & declarat etiã Cy. in l. i. C. de commit. uel contrah. stip.

Solemnitas extrinseca ex diurnitate temporis præsumitur. Feli. in c. i. de lit. contesta.

Solemnitas requisita in actu conficiendo, requiritur similiter in eo reficiendo. l. si ut proponis animi concord. C. de nup. & per Feli. in c. accedens. i. extra ut lite non contesta. Adde, in Actu etiam reuocando. Auten. e contra, C. de repud. Bart. in l. quod iussit. ff. de re. lud.

Solemnitas (proprie accepta) omissa, naturalem tamen obligationem non impedit, quo circa pupillus sine Tutoris auctoritate obligatur. l. obligati § Tutor. ff. de author. Tuto. ubi Doct.

Solemnitati Substantiali renunciari à partibus nõ potest: quod limita secundum Alciatum in. c. xvi. lib. v. parata. i. nisi in fauorem renunciationis esset introducta. Ergo filij consensus ut exhæredetur: Item remissio iuramenti testium ab eo facta contra quem producuntur, faciunt actum non irritum siue nullum.

## DE RENUNCIATIONIBVS QVAE FIVNT

in Contractibus: & quibus renunciari possit, uel non possit. CAPVT XVIII.



Atissima est Renunciationum materia, & à Doctoribus cum alijs multis in locis, tum in .c. si diligenti, extra de foro competen. Et l. si quis in conscribendo. C. de pact. ordinariè diligenterq; explicata. Ad quos quidem locos qui harum uim atq; naturam cognoscere satagunt, remittere possem, nisi hoc iam



hoc iam inde ab initio propositum mihi fuisset, in hoc commentario, non tam indicare Iurium loca quàm exponere atque referare: maximè in uulgarium Notariorum gratiã, quibus neq; librorum copia, neq; inquirendarum Decisionum ocium est. Eo sanè consilio multa ex receptis authoribus (minime tamen dissimulatis illis) integra nonnunquam retuli, quæ alioqui satis fuisset saltem suis locis indicasse. Corpus enim hoc Notariatus si non perfectum, saltem plenum exhiberi Lectori studui. Itaq; ex scriptis Doctorum in hac materia, more meo, breuiter ea colligam atque hic referam, quæ & instituto nostro convenientissima sunt, & usu suo frequentiora.

Et principio sciendum est ueterem esse Iuris regulam: Omnes licentiam habere his quæ pro se introducta sunt, renunciare. I. si quis in conscribendo .C. de episc. & cleri. & eadem l. C. de pactis. Quam quidem regulam Paulus Castrensis & post eum Iason, in d. l. si quis in conscribendo ij. quatuor concurrentibus seu Requisitis declarant. Primo, quòd Ius cui renunciatur, sit positium, & sic non naturæ uel sanguinis. Secundo quòd sit inductum mero favore renunciantis. Tertio quòd renunciatio non inducat aliquid contra bonos mores: uel ad delinquendum. Quarto quòd persona quæ renunciat, talis sit quæ liberè possit renunciare, puta quòd non sit minor, aut mulier. Dominus Alciatus in eadem l. ad supradictam regulam, Omnes Licentiam & c. colligit sex fallentias, in quibus non locum habet neque ualet renunciatio. Prima si Ius cui renunciatur, respiciat bonos mores, & futura delicta excludat. Secunda si renunciatio aduersus Ius publicum fiat, siue naturale: Item, contra Ius ciuile, quod formam aliquã inducat uel solemnitatem, uel aliud quod priuatae facultatis non sit. Tertia quum Lex propter uarias subditorum utilitates aliquid constituit, quod ad publicum Ius aliquo modo pertineat. Quarta quando Lex pactum prohibet favore priuato renunciantis, cuius fragilitati uult esse succursus, ut in minore, aut muliere. Quinta quum propter odium certę personę Lex exceptionem introduxit, non ualebit renunciatio, ut in S. C. Macedoniano. Sexta quum renunciatio ex re, materia, uel præsumpta uoluntate deficit, id est, si renunciatio aduersaretur substantiæ uel naturæ Contractus. His generalibus locis præmissis, referam potissimas species in quibus renunciatio Iure non ualet; idq; promiscuè faciam, ut liberum cuique sit sub quem prædictorum uelit locum colligere. I. Non renunciatur cessione bonorum. II. Beneficio, nequis amplius condemnetur quàm facere potest. III. Iuri alimentorum. IIII. Defensionibus in causa criminali, nisi esset defensio Statutaria, & modici præiudicij. V. Doti non renunciatur. VI. Reductioni ad arbitrium boni uiri. VII. Vt dolus non

Quibus renuncitari non potest.



præstetur. I. contractus § i. ff. de reg. lu. VIII. Solemnitatibus Iudicij, quia non sunt in potestate partium. IX. Solemnitati statutoria circa contractum mulieris. X. Solemnitati Insinuationis nisi iuraretur, licet aliquid dissentiant. XI. S. C. Velleiano, nisi mulier iurasset, aut certificata esset de hoc beneficio, quod tamen in dubio non præsumitur. XII. Beneficio restitutionis, à minore non renunciatur, quia qua facilitate decipi potest, eadem & ad hanc renunciationem induci potest. XIII. Priuilegio fori à clerico non potest renunciari. XIII. Facultati præscribendi renunciari non potest. XV. Statutis factis pro bono publico principaliter. XVI. S. C. Macedoniano non renunciare potest filius familiaris. XVII. Libertati protocandæ diuisionis nõ renunciatur: quod intellige si fiat ad perpetuum, non si ad tempus tantum. XVIII. Regressui de euictione cõtra uenditorem. XIX. Iuri reuerentiali debito à persona personæ: secus si ex contractu. XX. Exceptioni simulationis. XXI. Exceptioni non numeratæ pecuniæ, quod intellige si renuntiatio fieret in ipso contractu, secus si ex interuallo, uel si iuraretur. XXII. Priuilegio apto prodesse tertio, eo inuito non renunciari potest. XXIII. Facultati reuocandi Procuratorem, est enim contra naturam mandati. XXIII. Vbi Lex disponit aliquid pro solemnitate uel forma actus. XXV. Ferijs repentinis, uel in honorẽ dei. XXVI. Legi habenti clausulã annullatiuã, non potest renunciari. XXVII. Legi scripturas. C. qui potio, in pignõ, hab. quamuis in hoc contrariũ quidã tenuerint. XXVIII. L. Apertissimi, C. de Iud. XXIX. Titulo, Ne fideiussõ, dotiũ dentur. XXX. L. si unq; C. de reuo. dona. de quide laso. in d. l. si quis col. 3. in prin. XXXI. L. de his. ff. de Trans. XXXII. Iuri disponenti, Ne quis ex duabus causis lucratinis eandem rem consequatur, uide laso. in allega. loco col. 7. in fi. XXXIII. L. si. C. de pact. pig. uidelicet ut legis cõmissorie pactum in pignore locum habeat. XXXIII. L. si. C. de reuocan. dona. XXXV. Omni legi quæ est inductiua facultatis publicæ: ut testandi, testificandi, eundi per uiam publicam &c.

Beneficia re  
nunciabilia.

His igitur & similibus exceptis, omni præterea Iuri uel beneficio, quod solo priuato fauore inductum est, aut cuius priuata utilitas à publicã saltem separari potest, renunciari licet, ut Iuri Appellationis. Iuri dicendi nullum. Beneficio purgandæ moræ. Constitutioni nouæ, de duobus reis debendi. Beneficio Nouæ Constitutionis, de Fideiussoribus. Epistolæ Diui Hadriani de Fideiussoribus. Beneficio cedendarum actionum. Exceptioni non solutæ dotis. Exceptioni non solutæ pecuniæ. Condiçioni indebiti. Condiçioni incerti. Condiçioni sine causa. Actioni in pactũ. Beneficio Iuris Hypothecarũ, qd' competit uxori in bonis mariti. Beneficio Hypothecarum



caſum, quod competit Creditori. Dilationibus. Interrogationibus. Ferijs meſſium. Iuramento Teſtium, Beneficio Quadrimeſtri. Exceptioni Doli uel Metus de præterito. Exceptioni: Non ſic celebrati contractus: Rei non ſic geſtæ, & alijs ſimilibus.

DECLARATIONES SVMMARIAE BENEFICIORUM & Priuilegiorum Iuris. CAPVT XIX.

**P**OST enumeratas Iurium & Beneficiorum ſpecies, quibus renunciari non poteſt, & quibus poteſt: in gratiam rudiorum breuiter Summarias quaſdam obſcuriorum Iurium & beneficiorum declarationes, hoc capite ſubijciemus, quare ut hinc exordiamur.

**BENEFICIUM CESSIONIS**, Eſt quo ſubuenitur obæratſ, & qui ſoluendo non ſunt. Illi enim, quàm primum omnibus bonis ſuis ceſſerunt creditoribus, hoc beneficio tueri ſe deinceps poſunt: non in hunc quidem ſinem, ut ſi poſtea ad meliorem fortunam peruenerint, reliqua non ſoluant: ſed ne iudicati in carcerem detrahantur. l. i. C. qui bo. ced. poſſ. Item, ne deinceps ſingulis temporibus amplius perſoluere cogantur, quàm quatenus facere poſſunt. Itaç etiam ſi poſtea ruruſum tantum acquiſiuiſſent, quo creditores ſoluere omni modo poſſent, non coguntur id omne expendere, ſed ſolummodo tantum quantum commode facere poſſunt, id eſt, habita ratione ne egeant. Hoc beneficium renunciabile non eſt, ſecundum cõmunioſem opinionem. Bart. in l. aliam §. eleganter. ff. ſolu. ma. Bal. Inſt. de Actio. in ſi. & ibidem laſ. remiſſiue.

**BENEFICIUM C. ODOARDVS DE SOLVTIO**. Simile Beneficium conceſſum eſt perſonſ Eccleſiaſticis, in hoc Capitulo: Odoardus, ut ſi gre alieno grauati, ſoluendo non ſint, & iuratoriã præbeant cautionem, ſi ad pinguiorem uenerint fortunã, q̄ creditoribus ſuis ſatisfacere uelint, ab iſdem interea neq; excõmunicationibus, neq; alijs cenſuris uexari poſſint. Huic beneficio, cum non tam ſingulis perſonſ quàm ipſi ordini conceſſum ſit, renunciari non poſſe arbitror, quemadmodum neq; ſuperiori beneficio, ſecundum communem opinionem, renunciari poteſt.

**BENEFICIUM**, Ne quis amplius quàm facere poteſt conde-  
netur: ſubuenit & competit ſequentibus perſonſ, hæredibusque eorum: Donatori contra donatarium. Parentibus, contra liberos. Marito contra uxorem. Socero cõtra generum. Patrono contra liberos. Socio contra ſocium. Et cedenti bonis. Si enim quis temere donauit plusquam præſtare poteſt, donatario non amplius tenetur, beneficio hoc, quàm facere poteſt, id eſt, habita ratione



ne egeat, aut exulet. Idem dicemus, si pater conuenitur à liberis, maritus de dote ab uxore. Socer de donatione propter nuptias, à genero. Patronus à liberto suo. Socius à Socio suo &c. quod scilicet non possunt conueniri neque damnari, nisi in quantum facere possunt. l. sunt qui, cum iij. lll. sequentibus. ff. de re ludica.

**BENEFICIUM SC. VELLEIANI**, Introductum est in fauorem mulierum, propter sexus illius imbecillitatem, ne uidelicet blandimentis & subdolis persuasionibus inducantur, ut se pro alijs obligent, intercedant, aut fideiubeant. Quoties igitur alieno nomine fideiusserint, aut intercesserint, hoc beneficio indemnes constituntur, & obligatæ non sunt, cuius beneficij exceptio etiam hæredibus earum competit. Excipiuntur tamen aliquot casus, in quibus mulieres hoc § C. non adiuuantur: Vt cum mulier expresse huic beneficio renunciauit, in qua tamen renuntiatione certiorata esse debet, quid priuilegij competit ipsi ex dicto § C. alioqui si ignara huius renunciaret, nihil impediretur, quin quancumque rursus ad hoc beneficium confugere posset. Item, si intercessit in rem suam, puta pro eo qui mandato suo obligationem susceperat. Item, si accepit precium, uel aliquid loco precij pro intercessione. Item, si pro dote alicuius mulieris intercessit. Item cessat, si ex interuallo biennij rursus sese obligauit, quia sibi imputari debet quod ultrò firmauit, quod sæpe cogitare & euitate poterat. Si hæres ex post facto fieret eius personæ, pro qua fideiussit. Item, quotiescunque fraudem & dolum in tali intercessione cõmittunt, cum infirmitati, non mulierum calliditati hoc § C. consultum sit, l. si sine C. eo, tit.

**BENEFICIUM SC. MACEDONIANI**, Competit filijs familiæ, parentibusque eorum, qui pecuniam mutuam accipiunt, patribus inuitis uel inscijs. Hoc olim constitutum fuit in odium Macedonis cuiusdam sceneratoris, qui Romanam iuuentutem perditè mutuis suis pecunijs & scenore, in perniciem suam & parentum ipsorum exhauriebat. Habet autem locum in sola pecunia, non etiam alijs rebus fungibilibus: nisi fortè in fraudem huiusmodi aliæ res fungibiles essent filijs mutuatæ, ut diuenditis illis corradere pecuniam. Hoc § C. similiter in aliquibus casibus non subuenit. I. Si filius familiæ per mendacium se patrem familiæ dixerit. l. i. C. eo. II. Si credebatur filius esse pater familiæ, puta quòd fungebatur publicis muneribus. l. Zenodorus. ff. eo. III. Si à pupillo filius famil. recepit mutuum, non interueniente Tutoris ipsius autoritate. IIII. Si mutuam illam pecuniam conuertit in usus utilitatemque patris. V. Si accepit mutuum causa legationis uel stu-



uel studij. l. Macedoniani. C. eo. VI. Si pater ratum habet, uel consentit postea: aut presens fuit, & non contradixit. VII. Si filius-familiās, factus paterfamiliās soluit partem debiti. Et quæ de Filiofamiliās dicta sunt, intellige similiter de nepotibus. Cum semper in fauorabilibus, nomine filiorum, etiam nepotes comprehendantur. l. liberorum §. sed & Papyrius. ff. de uerbo. signif.

**BENEFICIUM RESTITUTIONIS IN INTEGRUM,** Duplex est, Alterum Minoribus xxv. annis, alterum Maioribus ex **CLAUSULA: SI QVA IVSTA MIHI CAUSA VIDEBITUR,** competit. Minores autem hoc beneficio non adiuuantur, nisi de his quæ intra minorem ætatem, hoc est, xxv. annum gesta sunt, nec aliter, quàm si dolo alterius, aut sua facilitate (de quorum altero saltem constare debet) decepti, & magno cōmodo fuerint affecti. l. quod si §. non semper, & l. non omnia. ff. de mino. Sed & si iuramento contractum firmauerint, similiter hoc beneficio nō adiuuantur. Constit. sacramenta puberum. C. si aduer. Vend. Cæterum Maiores hoc beneficio ex d. Clausula tunc demum utuntur, si iustam habent petendæ restitutionis causam, quales aliquot recensentur in l. i. ff. ex quib. ma. Hoc tamen interdictum ut dicit IC. in l. ij. ff. eo. minus in usu frequentatur.

**EXCEPTIO NON NVMERATAE PECVNIAE.** Competit illi qui cū crederet se mutuam pecuniam recepturum, ei à quo rogauit mutuum, syngraphum seu Chyrographum suū dedit, quasi accepisset: postea uero non accepit. Quapropter infra biennium opponere potest hanc exceptionem, ne condēnetur ad solutionem. Et huic exceptioni renunciari non potest. Ad quid igitur apponitur illa quotidie Instrumentis? Responderi potest ex sententia Speculatoris & quorundam aliorum, quòd saltem illum effectum operabitur renunciatio huius exceptionis, quòd transfert onus probandi in ipsum renunciantem, quæ responsio & sequentibus duabus exceptionibus conueniet, quæ & ipsæ cum nō renunciabiles sint, tamen Instrumentis nonnunquam apponi solent.

**EXCEPTIO NON SOLVTAE PECVNIAE,** Competit è conuerso illi, qui cū crederet se mutuum suum recepturum esse, debitori apocham aut quietantiam, ut uocant, dedit, cum tamen mutuum non receperit. Quare intra xxx. dies debitum repetere, & hac exceptione se tueri potest. l. in Contractibus. C. de non nume. pen.

**EXCEPTIO NON NVMERATAE DOTIS.** Similiter si quis piam Chirographū suū spe futuræ numerationis Socero suo dederit, in quo numeratā ab eo dotem sibi fuisse confiteret, cū tamē



numerata non esset, hanc habet exceptionem, limitato tamen tempore. Si enim solutum fuerit matrimonium ante biennium, tunc infra annum competit genero hæc Exceptio: Sin uero solutum fuerit post biennium, intra tamen decennium, tunc infra tres menses tantum proponi potest. l. si. C. de dote. enu. & non nu.

**BENEFICIUM EPISTOLAE DIVI HADRIANI :**

Competit Fideiussoribus. Et quamuis huius Epistolæ tenor integer hoc tempore desideretur, sententia tamen eius habetur in l. si. C. de constit. pecu. §. si plures. Instit. de fideiuf. Summa est, quòd quamuis aliqui in solidum sese fideiubendo alio, obligauerint, tamē huius epistolæ beneficio nihilominus postulare possunt ( dummodo præsentibus omnes & soluendo sint tempore litis contestatæ ) ut diuidatur actio inter eos, ita unusquisq; pro uirili tantum parte conueniatur, alioqui enim nisi hoc beneficium esset, quilibet in solidum conueniri posset, non considerato an haberet plures confideiussores, nec ne.

**BENEFICIUM NOVAE CONSTITVTIONIS DE Fideiussoribus,** de quo habetur in Auten. de Fideiusso. Similiter fideiussoribus concessum est, hoc modo, ut si aliquis pro altero fideiussit, & postea fideiussorio nomine conueniatur, petere possit principalem suum prius excuti, & conueniri, qui tamen principalis tunc temporis præsens & soluendo esse debet. Olim uero ante hanc constitutionē editam, liberum erat creditori utrum mallet principalem an Fideiussorem in solidum prima actione conuenire.

**BENEFICIUM CEDENDARVM ACTIONVM,** de quo in l. Fideiussoribus. ff. de fideiusso. Hoc tertium beneficium est quod concessum est Fideiussoribus: quo petere possunt ut creditor ( à quo ad solutionem compelluntur ) cedat ipsis actiones suas tam aduersus principalem debitorem, quàm reliquos fideiussores eius: quod si creditor facere recusaret, & cedere actiones nollet, potest ipse fideiussor solutionem quoque recusare. Et scias hanc cessionem fieri debere, uel ante solutionem, uel statim post solutionem. Sin autem ex interuallo fieret, non ualeret. l. Modestinus. ff. de Solutio.

**BENEFICIUM NOVAE CONSTITVTIONIS, DE duobus Reis,** de quo in auten. De duobus reis. Competit duobus aut pluribus reis debendi, id est, qui sese in solidum obligauerunt ad solutionem. Si enim unus ex illis conueniatur in solidum à creditore, & alij correi præsentibus sint & soluendo, potest ipse petere, ut pro sua tantum parte conueniatur, & pro reliquo correi sui, cum ante hanc constitutionem in solidum citra exceptionem conueniri poterat. Istis igitur quatuor beneficijs si expresse renunciatur, constituitur renunciatus in eo iure quod ante edicta hæc beneficia obtinuit.

Beneficium



**BENEFICIUM QUADRIMESTRE.** Hoc beneficium à lege indultum est illis, qui in actione personali ad solutionem condemnati sunt, ut ad ipsam solutionem quatuor habeant mensium dilationem, quod tempus etiam si à Iudice breuius statutum esset, tamen ex hoc beneficio legis, condemnato repletur, l. iij. §. si quis condemnatus. ff. de re iud. Cæterum si renunciatum sit huic beneficio, cogitur præcise & statim lapsis Appellandi diebus, rei iudicatæ parere.

**BENEFICIUM IVRIS HYPOTHECARVM, QVOD** competit uxori in bonis mariti: Est, quod ipsi uxori statim dote tradita marito, omnia illius bona tacite obligata sunt, quodque ipsa omnibus creditoribus, etiam anterioribus, & expressas hypothecas habentibus, præfertur, l. si. cum gloss. mag. ibi. C. qui potio. in pig. Huic beneficio renunciare potest, dummodo sit plene de eo certificata. Et competit pro dote tantum, non autem pro donatione quæ propter nuptias, d. l. si.

**BENEFICIUM IVRIS HYPOTHECARVM COM-** petens creditoribus, similiter subuenit ipsis creditoribus, tacitas uel expressas hypothecas in bonis sui debitoris habentibus, ut ipsi omnibus alijs debitoribus anteferantur, l. ij. C. qui potio. in pigno.

**CONDICTIO INDEBITI,** competit illis qui soluerunt quod non debuerunt: quapropter etiam hac conditione repetere possunt. Quale autem indebitum solutum repeti possit, & quibus in casibus omnino non repetatur, cum ampliorem habeat distinctionem, breuitatis gratia omitto. Hoc tamen notandum est quod Bart. in l. si. §. item quæsit. ff. eo. tit. dicit se per illum textum putare, quod huiusmodi renunciationum clausulæ quales sunt Conditioni indebiti, exceptioni non numeratæ pecuniæ & c. nihil aut parum prosint, cum qui indebitè promisit, indebitè renunciauit.

**CONDICTIO SINE CAUSA. EX INIVSTA CAUSA. OB TURPÈM CAUSAM.** Si res tua tibi absit, & apud alium sine causa, id est, ex nullo contractu uel quasi, retineatur, competit Condictio sine causa, ut si debito soluto Creditor Syngrapham restituere nolit, quoniam causa iam finita est propter quam accepit, hac conditione tenetur debitori eam restituere. Similiter si ex Iniusta aut turpi causa, quid ab altero possideatur quod nostrum est, pro re petendo eo prædictæ conditiones dantur. Quæ tamen & ipsæ latiore tractatum habent.

**LEX APERTISSIMI C. DE IVD.** Cuilibet permittit suspectum Iudicem, maxime delegatum, ante litis contestationem recusare, & porrecto ei recusationis libello ad alium recurrere. Cui propterea non renunciatur, quod naturalè continet defensionis equitatem.



L. DE HIS FF. DE TRANS. uetat de ijs controuerſijs quæ ex testamento proficiſcuntur transigere, niſi inſpectis prius, cognitiſq; uerbis testamenti.

TIT. NE FIDEIUSSORES DOTIVM DENTVR, (intellige à marito uel patre eius uxori pro dote ipsius ſeruanda) ratione absurdi, & quòd contra bonos mores eſſet, renunciabilis nò eſt. Si enim, inquit. l. ſi. eo. tit. credendam ſeſe ſuamq; dotem patri mariti exiſtimauit, quare fideiuſſor uel alius interceſſor exigitur, ut cauſa perfidiæ in connubio eorum generetur?

L. SI VNQVAM. C. DE REVOCAT. DONA. Hoc beneficium tribuit Donatoribus, ut ille ſuſceptis liberis factam à ſe donationem, ſiue ea omniũ bonorum, ſiue aliquorũ tantũ fuerit, reuocare poſſit. Huic igitur legi generaliter non renunciatur. Semper enim durat præſumptio legis, patrem de prole non cogitaſſe: & ſi cogitaſſet, aut extituram ſibi ſperafſet, non tanta facilitate res ſuas in alios profuſurum fuiſſe. Cæterum ſi ſpecialiter huic legi renunciatum eſſet, quia iam ceſſaret talis præſumptio, ualere etiam renunciatio. Iason & Alciatus in d. l. ſi quis, & allegata ibi per eos.

L. FINALIS C. EO. TIT. Similiter tribuit Donatoribus reuocandæ donationis poteſtatem, ſi ingratus erga ipſum Donatarius exiſtat. Recenſentur autem quinq; cauſæ ingratitudinis, in ea lex quibus ſolis huiusmodi reuocatio fieri poteſt. I. Si Donatarius in Donatorem iniurias atroces effundat. II. Si manus impias illi inferat. III. Si Donatorem in inſignem aliquam ſubſtantiæ ſuæ iacturam inducat. IIII. Si uitæ illius periculum ſtruxerit. V. Si conuentiones, propter quas donatio in eum collata fuit, implere nolit. Huic igitur l. renunciari non poteſt, ne aperiatur fenestra ingratitudini, & conſequenter delicto.

L. FIN. DE PACTIS PIGNORVM. Hac l. reprobatur pactum legis Commiſſoriæ in pignoribus, hoc eſt, ut niſi intra certum diem pignus luatur, creditoris fiat: quod pactum quia in pignoribus contra bonos mores eſt, merito reprobatur: & adeo, ut ne quidem ſanctioni huius l. renunciari poſſit, ut ſuperiori capite dictũ eſt.

## DE RENVNCIATIONE GENERALI, ET

Speciali. Item, quæ fit Iuri de futuro. CAPVT XX.

**H**IS ſummariè declaratis, ulterius ſciendum eſt, Renunciationum aliam eſſe Generalem, aliam Specialem. Generalis eſt quæ uerbis fit generalibus, ut quando renunciatur omnibus Iuribus, Exceptionibus, Beneficijs, Omni legum auxilio &c. Specialis uero eſt, quando certis & expreſſis quibuſdam Iuribus,



Iuribus, aut Beneficijs renunciatur. Inter utrumque autem magna est  
 differentia. Generalis enim renunciatio in hisce casibus facta ubi  
 Specialis à lege requiritur, nihil præiudicat, & id propterea ne quis  
 uerborum inuolucro seu tectorio decipiatur, aut propter talem ge-  
 neralitatem ad ea postmodum cogatur, quæ uerisimiliter non fuerāt  
 in intentione aut cogitatione renunciantis. Quemadmodum enim  
 alias Generalis dispositio uel obligatio non comprehendit ea quæ  
 Specialiter non præsumitur l. obligatione. ff. de pig. & quemadmo-  
 dum transactio generaliter ad non cogitata, uel ea quæ uerisimiliter  
 quis non esset remissurus non trahitur, l. cū Aquiliana. ff. de transf.  
 Sic neque renunciatio generalis ad ea trahitur, quibus consideratis ue-  
 risimiliter quis non erat renunciaturus. l. scire oportet §. sufficit. de  
 excu. Tuto. Liberalitatē enim captiosam interpretatio prudentum  
 fregit, dicit Papinianus, in d. l. cum Aquiliana. Specialis autem  
 renunciatio omnino præiudicat, & animum renunciantis clarè in-  
 dicat talem fuisse, qualem ipsa uerba exprimunt. Quare etiam regu-  
 la iuris est: expressa nocere, non expressa non nocere. Exemplum  
 utriusque intelligentissimè poni potest (quod & Alciatus assertit in  
 d. l. si quis) in l. si unquam, de qua supra, C. de ueuoca. dona. Si enim  
 quispiam qui maximam partem substantiæ suæ donauit, promissis-  
 set talem se donationem nunquā reuocaturum, & in eo generaliter  
 omni legū auxilio renunciasset, per hoc nō uideretur renunciasset,  
 d. l. si unquam. nec prohibetur quo minus reuocare possit. Hoc enim  
 reuocandi beneficium cum potissimū in fauorem patris concessum  
 fit, qui uerisimiliter non donaturus erat, si sciuisset aut existimasset  
 prolem sibi nascituram: præsumitur eum in tam generali renunciati-  
 one non magis de prole cogitasse quàm si renunciationem non adie-  
 cisset. Ceterum si expressè huic legi renunciasset, quia iam planè de  
 animo ipsius constat, & manifestum est de filijs eum cogitasse, ualet  
 omni modo huiusmodi donatio & renunciatio, secundum cōmunē  
 opinionem, ut per Iaso. in d. l. si quis in conscribendo. C. de pact. &  
 sibi post eum Alcia. Ex quibus patet maioris efficacitē specialem esse  
 renunciationem, quàm generalē, & hoc intellige de renunciationsi-  
 bus beneficiorum quæ fiunt in consequentiam alterius contractus:  
 non autem alijs, ut iam dicetur. Altero modo differt Generalis  
 & Specialis renunciatio, Aliquando enim principaliter & cum pa-  
 tēto fit renunciatio, ut cum iuri alicui competenti nobis aut competi-  
 turo renunciamus, puta successioni aut hæreditati. Et hoc similiter  
 aut generalibus uerbis fit, aut Specialibus. Sed in hoc genere tutior  
 est Specialis renunciatio generali, uel simplici. Hinc est quòd Ange-  
 lus in l. suū. C. de Iur. delib. dixit, Si quis hereditati simpliciter renun-  
 ciat, tunc si ex mille capitibus possibile esset eum succedere, omni-  
 bus renun-



bus renunciatum intelligeretur. Quod & Decius Consilio cclxvi. latius firmavit, ubi allegat Bal. in l. pactum quod dotali. q. xvi. C. de coll. admonentem Renunciantes ne utantur uerbis generalibus, & Alex. consil. xi. col. ij. uol. ij. Ad hæc tamen ponderabis ea quæ inferius dicam. Sed quæritur, an simpliciter omni Iuri renunciari possit, etiam futuro? cum multis in ore sit illud: Ius futurum remitti non potest, & Renunciatio Iuris nondum competentis, non ualet, ut & Decius dixit. Consil. xxxi. allegando l. si ita scriptum § si sub conditione, de leg. ij. & l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. Et eleganter mihi discernere uidetur Dn. Alciatus in l. i. tit. fi. C. de pact. inter Renunciationem quæ pacto fit, & Repudiationem: ut Renunciatio quidem futuri Iuris fieri possit, non autem repudiatio, nisi quibusdam in casibus, ibi recitatis, nam & leges à Decio, & cõmuniter allegatæ in repudiatione tantum loquuntur. In Renunciatione igitur cum pacto facta, dicit, pro regula traditum esse, omne Ius seu sola spe, seu re competens renunciari posse. Renunciationem porro eatenus intelligi factam, quatenus uerba actum fuisse indicant, uel quatenus causa ipsa renunciationis declarat. Quare si quis renunciaret omni Iuri sibi competenti, non intelligeretur ei renunciare, quod ex noua causa acquiri posset, etiam si dixisset omne Ius se remittere quod habet uel habere sperat, intelligitur enim ex præsentis causa. In huiusmodi enim generali renunciationi semper subaudiuntur istæ clausulæ, Ex præsentis causa, Rebus sic se habentibus, sic stantibus & remanentibus &c. Noua autem causa superveniens, aut Ius postea uel dispositione legis, uel ex contractu quæsitum, renunciationi non comprehensum censetur. Itaq; si Pater filios habens, eorum consyderatione faciat filiam renunciare, & illi se uiuo omnes præmorientur: filia non obstante renunciatione succedet. Intelligitur enim, rebus sic remanentibus, id est, quod successio possit ad filios masculos peruenire, saltem ad unum. Paul. Castren. in l. pactum dotali. C. de colla. l. Paulo Callimacho § i. de lega. 3. tex. & ibi Bart. in l. cum Tutoribus. ff. de transact. Postremo notandum est, Renunciationem stricti Iuris esse, & in ea non uenire nisi expressa, Roma. Consil. clxviij. Dec. Conf. cccclxxxix. Quare renuncians hæreditati paternæ, uon uidetur renunciasse hæreditati fraternæ, si ille postea adeat hæreditatem patris, ut idem Conf. cccclxxxix. & Conf. dli. Vbi quidam renunciauerat auiæ, patris, & patruus hæreditati, sed non aui: quare concludit, quod illi, non obstante tali renunciatione, poterat succedere.

DE CESSIO.



## DE CESSIONIBVS ACTIONVM. CA. XXI.

**R**estat ut Cessionis actionum materiam breuiter percurramus, quoniam & ipsa Notarijs non raro usu uenire solet. Atque ut ordine illud aliquo faciamus, primo sciendum est omnes illos cedere actiones suas & transferre posse, qui obligare se contrahendo possunt. Cum omnia censeantur iuris permissione esse concessa, que non reperiuntur prohibita. uulgata l. nec non quam eis. ff. ex quibus cau. maio. Ex quo colligitur, quod illi qui obligari non possunt, neque cedere possunt, quales sunt Infans. Furiosus, Pupillus sine Tutoris autoritate. Adultus sine Curatoris, Surdus, Mutus. l. i. in prin. ff. de uerbo. obliga. Istorum tamen Tutores uel Curatores cedere possunt. Filiusfamilias autem cum ex omni contractu obligetur, praterquam mutui & uoti, l. filiusfamilias. ff. de actio. & obliga. cedere possit, cum consensu tamen patris sui. Quid autem e contra, an pater tanquam legitimus administrator filij, possit actionem ei acquisitam cedere? Respondetur quod non, nisi filius infans aut absens sit, aut consentiat, arg. l. si ubi aut C. de bonis quae liber. De Bannito uero uariae fuerunt Doctorum distinctiones. Ioan. de Grassis in tractatu suo cessionum, tenuit, indistincte posse cedere iura & actiones Bannitum, ex causa ex qua bona non ueniunt publicanda: nec exceptionem Banniti autoris ob stare cessionario, cum sit personalis, nec personam egredi debere. Et quia nulla lege cedere prohibiti inueniantur Banniti per statutum. Porro cedi potest omnibus personis, exceptis quae acquirere non possunt, ut infanti, furioso, muto, surdo. Tutoribus autem & Curatoribus eorum cedi possit. Exceptis item potentioribus, quia lege prohibentur. C. ne lice. potentio. siue illi ratione officij (puta quia in magistratu sunt) potentiores sint, siue alias, quanquam Speculator in hoc Tit. intellexerit tantum de potentioribus ratione officij terribilis, non alijs. Sed utraque Lex d. Tit. ne lice. poten. indistincte loquitur, quare neque nos distinguemus. Et ratio constitutionis ita sibi locum uendicat in uno potentiore ut in altero: est autem ne liceat quoquo modo duriolem aduersarij conditionem facere. l. si. ff. de litigio. Pupillis autem & adultis cedi potest etiam sine Tutorum autoritate: citra quam illis alias permillum est rem suam meliorem facere. Cedi autem possunt omnes actiones tam ciuiles quam reales, cum quantum ad cessionem inter eas nulla sit differentia, l. si. C. cohere. uel actio. uend. Similiter & partis debiti cessio fieri potest, l. que situm & sed cum ex parte. ff. de pecu. Sed criminalis aut publica aut popularis, in quibus simplex Procurator interuenire nequiret, cedi non possit: nisi quantum ad priuatum comodum pertineret. Actio quoque iniuriarum cedi non potest ante litem contestatam, se-

Qui possint  
cessionem fa-  
cere.

Quibus ces-  
sio fieri possit

Que actio-  
nes cedi pos-  
sint.



Quomodo fieri  
debeat Cessio.

Ex quibus  
causis aut con-  
iecturis præ-  
sumatur ces-  
sio simulata.

cundum Io. Grassium, postea autem efficitur litigiosa, ut no. C. de hered. uel actio. uen. l. fi. Præterea litigiosæ actiones, id est, in iudiciū iam deductæ cedi non possunt. l. lite pendente. C. de litigio. Immo poena insuper plectit tam cedens quam cessionarius, hic ut actionē emptam restituat, nec præcium repetat, ( si sciens fuerit) quod deinceps cedens tantundem addito, fisco soluit. Si uero cessionarius in ignorantia fuerit, tunc licet illi præcium repetere, & cedens ultra illud in tertia eius parte, cessione irrita manente, mulctat. l. censemus. C. eo. tit. Attamen in quinque casibus cessio rei uel actionis litigiosæ, ualeat, nempe si dotis noīe, si donationis ppter nuptias, si transactionis, aut diuisionis rerum hæreditariarum factæ, aut legati, fideicommissiue noīe cedatur. d. l. censemus. Ipsa porrò cessio fieri potest tam inter presentes quā absentes, ad exemplū simplicis Procuratoris. l. i. & no. in l. in causæ & si Procurator. ff. eo. tit. Et in tali cessione non requiritur consensus aut scientia debitoris, aut eius cōtra quē cedetur. l. nominis. C. de here. uel actio. uend. Item fieri debet cessio semper aliquo titulo uero, & non simulato, interueniente, quicumq; tandem is sit, ex quo rei dominiū transferri possit, ut sunt, donationis, dotis, solutionis, aut dationis in solutū, societatis, uēditionis, legati, fideicommissi, & similes tituli. Sed an necesse sit ipsum titulū in Instrumento cessionis inserere? Bar. in l. p. diuersas. C. mādati, dicit simulatā uideri cessionē, nisi appareat titulus. Io. de Grassis uerò cōcludit sufficere causam quare cessio facta sit, & ex qua titulus colligi possit, in cessione insertā esse, etiamsi titulus specificè non exprimat. Ceterum titulo uenditionis & donationis simul iuncto, non ualere cessio, quæ præsumit simulata. l. fi. C. man. Simulata em̄ cessio iure reprobatur, d. l. per scripturas, & l. fi. quod uerum est si constet eam esse simulatam. Quid aut si dubitetur, simulata ne sit an non? Hic ex circumstantiis contractus cessionis & personarum inuestiganda cōiecturandaq; erit ueritas. Et sunt aliquot casus à Doctorib. obseruati, ex quibus simulatio deprehenditur & præsumit. I. Si actio magnæ quantitatis sit, uendita pro modica summa. d. l. per scripturas, & l. cum ij. §. modus. ff. de trans. II. Quum cessio pro parte uenditur, pro parte donatur. l. fi. C. manda. III. Quando solus titulus donationis appositus est Instrumento cessionis, & tamen clam aliquid datum sit nomine præcij. His casibus em̄ non amplius exigit, quàm quantum re ipsa persoluit, cedens etiam propter fraudem suā actione priuatur. d. l. fi. C. mandati. IIII. Si in Instrumento non exprimitur ex quo contractu, causa uel titulo facta fuerit cessio, de quo etiam supra dictum est. V. Si ille in quem cessio facta est, sit homo litigiosus, & consuetus redimere lites, & exercere, Specu. hoc tit. §. i. uers. item etiam præsumitur. VI. Quando nulla esse præsumptio



præsumptio alicuius causę potest, propter quam cessio facta sit, nisi ut reus uexetur. arg. l. in fundo. ff. de rei uend. Quemadmodum autem ex prædictis & similibus coniecturis contractus simulatio colligitur, ita uicissim alijs coniecturis contractus aut cessionis ueritas præsumitur. I. Vt si pauper sit ille, qui cedit, nec habeat unde actiones competentes sibi prosequatur, talis enim potius uerè quam fictè cessionē fecisse præsumeretur. arg. l. alienationes. ff. famil. herc. II. Item si palam & publicè facta sit cessio. arg. d. l. si. cum in aperto gesta, fraudis suspitione careant. III. Si cedens habeat alia negocia quibus occupatus & astrictus sit, ut liti adesse & uacare non possit. arg. l. non existimo. ff. de admi. tuto. IIII. Si reus potens sit, & Actor ab eo Ius suum consequi non queat. arg. l. ordo. C. de execu. rei lud. V. Si actionem suam etiam alijs redimendā aliquoties obtulerit, & à nemine amplius habere potuerit. VI. Si fiat inter cohæredes. VII. Si fiat creditori pro debito. VIII. Si fiat possessori pro munimine seu tuitione rerum quas possidet. IX. Si fiat ab hæredibus Legatarijs. X. Postremo, quotiescunque cedens Ius suum, aut uendens, est homo honestus, & integræ existimationis, qui lites fugere consuevit, ut potius remittere aliquid ex debito suo malit, quàm forum & lites sequi. arg. l. si reus. §. ij. ff. de alie. mut. lud. caus. fact. Prædictę autem in utramque partem coniecturę tunc locum habent, quando ex aliqua causa de cessionis ueritate dubitatur, cum & aliás communis sit regula: coniecturis non nisi in incertis locum esse. l. conntinus. §. cum ita stipulatus. ff. de uerbo. obliga. Si enim certum esset cessionem non esse simulatam, tunc indistincte ualebit, nec ad præsumptiones esse descendendum. Sin uero certum esset eam simulatam esse, tunc omnino non ualeret, & locum haberet Tit. C. Plus ualere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. Hęc breuiter de cessione actionum annotasse sufficiat. Si plura quis requirat, habet Speculatorem in hoc Tit. Docto. in l. pec. & l. si. C. manda. & Ioannis à Grassis de hac materia Tractatum.

Quibus coniecturis ueritas Cessionis præsumitur.

FINIS PRIMAE PARTIS THEORICAE.

## LIBER SECVNDVS.

### DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS.





Ultimarum uoluntatum materia difficillima ferè omnium est, quæ tota Iuris ciuilibus disciplina continentur, idq; tum ob plurimam earum diuersitatē, tum ipsam quoq; incertitudinem. Cum em̄ perobscurum plerumq; sit, quomodo Testator ea quæ scripsit, senserit aut uoluerit, atque ea ipsa uoluntas eius non aliter quàm ex pbabilibus argumentis coniectari potius quàm colligi possit, sepe fit ut benè à Testatore disposita, malè à posteris aut superstitibus intelligantur, & in longe diuersissimas sententias distrahantur. Quæ quidem uoluntatis obscuritas non modo uulgaribus, uerum etiam peritis hominibus nonnunq; imponit, ut diuersimode de eadem quæstione pronuncient, quodq; unus uoluisse defunctum asserit, alter neget. Vt exemplum huius inter cætera uideamus, in hac uoluntatis quæstione, Titium quidam in xij. uncis instituit, Meuium deinde in vi. uncis. quanta portio primo heredi, & quanta secundo debeat. Nam Imperatori Iustiano uisum est, in hoc casu manifestam esse testatoris uoluntatē, qua uidelicet à priorē uoluntate recedere, eamq; in sex uncis minuere, utriq; aut æquam partionē, hoc est vi. uncias relinquere uoluerit. l. cū quæstio. ibi cum enim manifestū. C. de legat. Aliter aut uisum fuit Iureconsulto Vlpiano, qui in l. interdum §. sed si alter. ff. de here. Instit. ita tradit. Si excesserit quis in diuisione xij. uncias, æque p rata decrescere, ut puta me ex xij. uncis heredē, te ex vi. scripsit. ego hereditatis habebō bese in, tu Trientē: ex hoc aperte cognoscis quā diuersam uoluntatis rationē inierint Iustinia. & Vlpiani, ut si nobis etiam hodie iudicare liceret uter uerisimiliorē interpretationē attulisset, nō facile de hoc pronunciare possemus, citius fortasse Vlpiani, quā Imperatoris rationē secuti. Hæc aut ppter ea dicere uolui, cū difficultas oīs in ultimis uoluntatib. ex ipsius uoluntatis obscuritate, q̄ uel in uerbis uel sententijs sita est, potissimū p̄fiscatur, ut singulari cura & studio notarius qui testamentis adhibet, caueat, & omittat oīa ea quæ aliquando uel nō intelligi satis, aut dubie interpretari possunt: genuinū aut & ipsum uerū testatoris sensum ita exprimat, ut quā maximè fieri potest clarum & manifestū sit quid ille uoluerit, quid senserit. Quanquā ut etiam obscura sit defuncti uoluntas, tamen benigna interpretatione semper ita accipienda est, ut si ullo modo potest sustineri & ualere, sustineatur & ualeat, quapropter etiam regulariter dicimus, plenius uoluntates testantium esse interpretandas. l. in Testamentis. ff. de reg. lu. Et singulariter ultimis uoluntatibus fauendum esse, cum nihil sit (ut rescripsit Impe. Constantinus in l. i. C. de Sacro Eccles.) quod magis hominib. debeat, quàm ut supræ uoluntatis, postquā iam aliud uelle non possunt) liber sit stylus, & licitū quod amplius nō redit ar.

Fauor ultima  
rum uolunta  
tum.



dit arbitrium. Neque tam id humanitatis intuitu fieri debet, quam etiam Reipublicæ, nam & Paulus I C. ait, Publicè expedit suprema hominum iudicia exitum habere l. uel negaret. ff. quemad. testa. a. perian. Istarum uerò ultimarum uoluntatum, tres sunt Species, Testamentum, Codicilli, Donatio causa mortis: quibus omnis Testati materia continetur. Nos hoc secundo libro, breui atq; simplici tractatione singulas exequemur, omissis anxioribus & intricatioribus questionibus: quum ille ad Iure consultos potius quam Notarios pertineant. Nonnullas tamen usu frequentiores inferemus, cum hoc nobis iam inde ab initio institutum sit, tam imperitorum, quam peritorum rationem habere, eaq; de causa nonnunq; libuerit difficilia leuioribus commiscere.

DE TESTAMENTO SCRIPTO, ET  
Solenni. CAPVT II.

**T**estamentum est uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod post mortem nostram fieri uoluerimus, l. i. ff. eo. Iustam uero sententiam intellige solennem, non perfectam, ut cõmuniter intellexerunt: cum ea ratione & Codicilli (qui & ipsi iusta sunt sententia) Testamentum dici possent, idq; Zuiche mus, uir Iuris prudentia hæc ætate longè præstans nulliq; secundus, admonuit in doctiss. commentarijs suis Instit. eo. in prin. per l. i. ff. de iniusto rupto. Eius duæ sunt Species. Solemne siue scriptum, & Nuncupatum, siue non scriptum. Testamentum scriptum siue solenne magna apud ueteres cura obseruabatur, quæ postea tamen in nimiam subtilitatem scrupulositatemq; (ut Vlpianus dicit in l. posthumus. ff. de iniusto rupto.) abiit, ut non immerito Iustinianus plus uno in loco has fraudem & perniciem Testatorum fuisse, impiasq; differentias induxisse quærat, proptereaq; reprobet. l. si quis in fi. C. de Instit. & Substit. l. Sancimus. C. ad Trebell. l. lege xij. Tabularum. C. de legit. hæred. Quis enim totis illis titulis. De Testamentis. De hæredibus instituendis. Legatis. Caducis tollendis, & similibus, non uidet quàm anxia olim in Testamentis fuerit Iuris & solemnitatum obseruatio? ut non iniuria ille scripsisse uideatur: Lucius Titius hoc meum Testamentum scripsi, sine ullo Iuris perito, rationem animi mei potius secutus, quàm miseram & nimiam diligentiam; & si minus aliquid legitime, minusue perite fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis sani uoluntas & c. l. pe. §. Lucius de leg. ij. Quanquam autem in multis correctæ sit, illa nimia testandi subtilitas, & ex diuersis iuribus una tandem & certa testandi forma constituta, (de qua inferius dicetur) tamen eadem illa forma ita etiam ipsa solemnitatibus suis circumscripta est, ut ob me



tum, ne rite expediatur, similiter in defuetudinem ferè abierit, cum ut Iason scribit in l. si ita ascriptum. de lega. i. rarissimè aut quasi nunquam testamenta fiant in scriptis. Et sanè uidemus uulgo Nuncupatium propè solum in usu restare. Sed ut rem propius aggrediamur, in primis dicendum est, qui Testamentum conficere possint. Et quidem cum nihil magis hominibus debeat, quam ut supremæ uoluntatis liber sit stilus, & licitum arbitrium. l. i. C. de sacros. ecclie. omnibus testamenti factio permessa est, nisi quibus Specialiter lege interdictum est, uel quòd lure ciuili inhabiles sint, uel aliquo defectu laborent interno externoue, uel in poenam denicq; prohibeantur. Ut autem singulos enumeremus: in primis testari prohibetur Filius familiars ad huc in sacris, id est, Potestate patris constitutus, adeo ut ne permittente quidem patre & uolente, possit. l. qui in potestate. ff. de testa. Excepto castrensi & quasi castrensi peculio, in quo testari potest. Instit. quibus nō est permiss. fa. testa & præter hos: Quancq; autem testari non possit Filius familiars: donationē tamen causa mortis facere potest, patre permittente, l. tam is qui & i. ff. de dona. caus. mor. Item, prohibetur Impubes, id est, minor xiiij. annis, si masculus sit: aut xij. si foemina. Instit. eo. tit. quibus non est per. qui tamen non computantur de momento ad momentū, cum in fauorabili simus materia, sed sufficit ultimum diem saltem attigisse, per gloss. in l. 3. & minorem, in uerbo. momentum. ff. de mino. prohibentur autem, quòd nullum huius ætatis homines Iudicium habere consueuerunt. Eadem ratione prohibetur etiam Furiosus, & quicumque mente captus, quamdiu scilicet furor aut morbus durat, nam si ad mentem redierint, licitè testantur. Instit. eo & Item furiosi. Item, prohibetur prodigus, cui scilicet à Iudice bonorum suorum administratio interdicta est. Instit. eo & item prodigus. Nam etiam si quis manifeste prodigus esset, nec tamen illi bonorū administratio interdicta, nihilominus posset cōtrahere, alienare, testari, ac si prodigus non esset, omneq; id quod ante Iudicis interdictum gessit, ratum firmumq; manebit, gloss. in l. is cui, in uerbo. interdictum. ff. de uerb. oblig. & gloss. in l. si quis cum sciret. in uerb. luxuriose. ff. pro empto. Quid autem e contra? puta interdictio erat cuidam facta à Iudice, qui reuera prodigus non erat, an talis testari possit? Gloss. in d. & item furiosus, in uerb. ratum, concludit quòd nō possit, etiam si enim sit contra lus litigatoris (inquit) tamen non est contra lus legis, & hoc secutus est Ioan. Andr. in ad. Spe. in tit. de Instr. edit & compendiosæ. col. i. ibi. Tertio Prodigus tamen cui interdicta etiam esset bonorum administratio, inter liberos suos testari posset, ita consuluisse fertur Bald. Consil. ccxxxv. lib. i. Item prohibetur Mutus, & Surdus, utique qui reuera tales sunt, idque à natura.

Illi enim

Qui Instru-  
mentum face-  
re possint.

Filius fami-  
liars.

Impubes.

Furiosus.

Prodigus.

Mutus &  
Surdus.



Illi enim qui tardè difficulterque uel loquuntur uel exaudiunt, pro mutis aut surdis non habentur. Cæterum qui casu aliquo muti surdiue facti sunt (ut & literatis aliquando uiris accidit) testari possunt, hoc modo, si quidem scribere ipsi norunt, sua manu Testamentum conscribent: Sin autem nesciant, per alium: facultate tamen eius à principe prius impetrata. l. mutus. ff. eo. Item Cæcus testari nequit, nisi seruata forma l. hac consultissima. C. eo. nempe ut coram *Cæc.* Testibus & Tabellione, uel alio, loco eius, si Tabellio non inueniatur, uoluntatem suam exprimat, nomina hæredum Specialiter, cum dignitatibus eorum & alijs indicijs, recitet, tum partes ex quibus singulos sibi succedere cupit: item quæ legata uel fidei commissa relinquere uelit. Quibus omnibus peroratis uno eodemque loco & tempore, & conscribi illa per Notarium, & subscribi per hæredes, atque etiam consignari per utrosque tale Testamentum debet. Quæ forma non solum in Testamento Cæci, uerum etiam in Codicillis quibus legare uel Fideicommittere intendit, obseruanda est, d. l. hac consultissima & quæ in eundem. Item, prohibetur testari qui Captiuus apud hostes detinetur, quia pro seruis aut qua *Captiuus* si, reputantur & si, cum gloss. Instit. eo. Hostes autem sunt, qui Imperio Romano, aut quibus Imperium Rom. publicè bellum decreuit. Ceteri enim latronum aut prædonum loco habentur. l. hostes. ff. de uerbo. signif. quam legem ibi Alcianus uir Doctiss. ita interpretatur: ut cum Antonini constitutione, omnes qui in orbe Romano erant, ciues Romani effecti sint, & ita omnes Christiani hodie sint populus Romanus, quod consequenter illi pro hostibus iudicari debeant qui fidem Christi non agnoscunt, quales Turcæ, Sarraceni & alij infideles sunt, cum quibus indictum nobis bellum est. Inter Christianos autem ipsos quæ bella mouentur, ciuilia potius sunt, quàm publica, quare qui utrinque in partibus existunt, neque pro hostibus habentur, neque iura captiuitatum, aut postliminiorum inter hos locum obtinent, ut de hoc clarus est textus, in l. si quis & in Ciuilibus. ff. de capti. Quapropter cum qui in nostris regionibus Christiani à Christianis captiui tenentur, libertatem minime amiserint, sequitur etiam eos testari pleno Iure posse. Item, prohibentur obsides, pro captiuis populi Romani *Obsides.* dati. l. obsides. ff. de Testa. quod similiter intellige secundum prædicta de obsidibus, qui apud hostes & infideles sunt, & econtra, non autem de his qui apud nos uulgò principia à principe, aut ciuitati à ciuitate dantur, per nota, in d. l. obsides, & Panor. in Rubr. de Testam.

Item prohibetur Monachus, & quilibet Regularis, cum ex uo. *Monachus et Regularis.* to à se omnium rerum proprietatem abdicauerint, & nihil suum



possideant, xij. q. i. non dicatis, & ingressu monasterij, se suaq; Deo  
 dedicauerunt, Auten. ingressi. C. de sacro. Eccles. Monachus au-  
 tem quis dicitur, nō statim atque ipsum monasterium ingressus est,  
 habitum, uestesq; monasticas sumpsit, sed tunc demum, quando uo-  
 uit, & in ea religione perstiturum se solemni ritu professus est. c. ad  
 apostolicam, de regula. & c. i. § qui uero eo. tit. lib. vi. Ad hanc  
 professionem faciendam, habet ingressus annum integrum, in-  
 tra quem deliberat, & sui iuris remanet: quapropter etiam id tem-  
 poris adhuc testari posset. Cæterum si intra hunc annum delibe-  
 rationis seu probationis professus fuerit, quanquam citius neque  
 profiteri, neq; ad profitemdum anniti debeat, d. c. ad apostolicam,  
 tamen si professionem fecerit, deinceps uere monachus est censen-  
 dus, & ad omnē regularem obseruationem astrictus est. d. c. ad apo-  
 stolicam. Cum multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta tenent,  
 ut ibi dicitur.

Quid de reliquis clericis? an illi testari possint?  
 Et scias posse eos in omnibus rebus suis, quas alicunde quàm ex Sa-  
 cerdotio suo acquisuerunt, liberè testari, quales sunt quæ ex dona-  
 tionibus, legatis, hereditatibus, successioneibus, & similibus causis il-  
 lis obuenerunt, Auten. licentiam. C. de Episco. & cler. & fa. c. i. ex. de  
 testa. ubi Panor. De rebus autem & fructibus beneficij sui testari  
 non possunt, secundum Panor. in c. i. & c. si. de pecu. l. clerici, & ple-  
 nissimè in repet. c. cum essent. in uers. ij. de testa. Cæterum Ioan.  
 Andreæ in c. presentio, & gloss. uerbi, reseruari, de off. ordina. lib.  
 vi. tenuit personaliter & simpliciter beneficiatum comparari usufru-  
 ctuario tam in uita quàm morte, & quòd propterea de fructibus per-  
 ceptis & iam reconditis licitè testari possit. Et dicit eam distinctio-  
 nem, quam posuit Hostiensis, in c. si quis sanè, de pecu. clerici, inter  
 clericum habentem administrationem, & non habentem, sed sim-  
 pliciter beneficiatum, ut uidelicet de fructibus ab ecclesia perceptis,  
 hic testari possit, ille non possit, consuetudine generali quasi ubiq;  
 esse approbatum, & sanè rationem habere uidetur. Vbi autem in  
 dubio sumus quomodo bona Clerico sint acquisita, ibi præsumitur  
 de bonis Ecclesiæ & sacerdotio suo illi obuuisse, per nota. in. d. au-  
 ten. licentiam.

Prohibiti in  
 pœnam.

Porro testari quidam in pœnam prohibentur,  
 quales sunt condemnati de crimine famoso, l. is cui § si. & l. cum le-  
 ge. ff. de testa. Item Rei perduellionis, id est, Reipublicæ, & lese  
 Maiestatis rei. l. si quis, & l. si. C. ad l. Iuliam maiest. Item Hæretici,  
 tam ipsi quàm receptatores, defensores & fautores eorundem. l. cre-  
 dentes § sit etiam intestabilis. C. de hæret. Specialiter autem Ana-  
 baptistæ, quæ pestis hominum nec dum sopita satis est his tempori-  
 bus, per l. si. C. de sanct. bapt. reiter. Et Apostatæ. quibus omnes  
 alienationes & contractus interdicti sunt, l. Apostatarum. C. de  
 apostat.



apostat. Item incestas nuptias contrahens. l. si quis incesti. C. de Incest. nupt. Item, publicus usurarius, nisi prestet cautionem secundum formam. c. quanquam de Vsu. lib. vi. uidelicet, quod de restituis usuris sufficienter caueat illis quibus facienda est restitutio, si preesto sint: uel eis absentibus. loci ordinario, uel uicario, uel parochiano, idque coram aliquibus fidedignis uiris de eadem parochia: & si manifesta sit usurarum quantitas, semper illam in cautione exprimat, quae alias in recipientis cautionem moderatione erit. Item damnatus ad mortem uel naturalem uel civilem, testamentum facere prohibetur. l. eius qui §. i. ff. eo.

Usurarius.

Quid de damnato ad perpetuos carceres? Panor. in d. rub. extra de testa. (prout eum refert Gerardus Mulert in utilissimis additionibus suis ad Rolandinum) dicit communiter teneri. Si de Laico queramus, intestabilem uideri, per nota. in l. ij. ff. de pub. Iud. Si uero de Clerico queramus, dicit uariè consultum fuisse. Quosdam enim constituisse quod non posset Testari, cum talis poena equiparetur poena mortis, seu deportationis secundum Inno. in c. qualiter & quando de accusa. Alios autem consuluisse, quod possit testari, ea ratione moros, quod ius Canonicum perpetuum carcerem clericis imponit, non ad poenam, sed ad poenitentiam. c. nouimus in fi. de uerbo. signif. c. quamuis de poenis, lib. vi. quapropter ex poenitentia non inducenda sit haec poena inhabilitatis testandi, & ibi tandem Panormitanus concludit, posteriorem hanc opinionem mitiorem quidem esse, priorem tamen sibi ueriores uideri, quum negari non possit quin ibi sit quasi mortuus. Porro autem quid de Excommunicato, uel Bannito iuris est hoc casus? Dic

Damnatus ad perpetuos carceres.

excōmunicatum testari posse secundum Panormitanum in d. Rubr. de test. ubi dicit hoc hodie tenendum esse. Similiter etiam Bannitus testamenti factionem de iure cōmuni habet, licet secundum iura & statuta eius ciuitatis unde relegatus est seu exbannitus, testari non possit: quare secundum ius cōmune rectè testabitur. Bar. l. eius qui §. fi. de testa. & late in Dispu. sua quae incipit, Lucanę ciuitatis statuto.

Excōmunicatus.  
Bannitus.

Enumeratis personis quae testamenti factionem actiue non habent, id est, testari non possunt, uideamus quae porro testamenti factionem passiuè non habeant, i. testes in testamento esse non possunt. Et puto hanc loquendi formulam, uidelicet testamenti factionem habere, propterea tam passiuè quam actiue in iure usurpari, quod plerumque personae quae testari prohibentur, eadem etiam testes in testamento esse prohibentur. Quapropter neque Seruus, neque Impubes, neque Furiosus, neque mutus, surdus, Cui bonis interdictum est, improbus intestabilisque, testes esse possunt §. Testes aut. Instit. de testa. Sunt tamen quaedam personae quae etiam si testari possint, tamen testes in testamento esse non possunt. Nam nec mulier nec heres scriptus neque is qui in potestate eius est, neque pater qui in potestate

Quae personae testes esse possunt.



potestate eū habet, aut fratres in eiusdē patris potestate constituti, testes adhiberi possunt. His adde de iure Canonico, usurariū manifestum, per d. c. quanquā in fi. de usu. lib. vi. Econtra filius familiās pubes, hæretici leuioris notæ, & multo magis Monachi, testes in testamento esse possunt, licet testari non possint. Miror autem de Monacho quosdam dubitare, quum etiam hæreticis talia testimonia propter utilitatem necessarij usus, sine ulla distinctione ( ut inquit Lex) permitta sint, ne facultas probationum angustetur. l. pe. C. de hæret. Sed & Legatarius & Fideicommissarius singularis testes in testamento esse possunt, in quo ipsis legatur & fideicommittitur. l. tit. eo §. legatarijs, multo magis igitur illi qui in eorū sunt potestate. Mulier quoq; in njs testamentis quæ citra iuris solemnitatem confici possunt, pro teste admittitur, Sunt autem, militare testamentū, inter liberos, ad pias causas, in ditione pōtificali & alijs municipijs, ubi iuris ciuilibus solemnities abrogata sunt, confectum. Similiter & in donatione causa mortis, & Codicillis, in testimonium adhiberi posset. per. not. in l. fi. C. de Codic. Omnia autem quæ in Testamento interueniunt aut solemnitatem respiciunt, aut substantiā & tenorem ipsius ultimę uoluntatis. Solemnitas fidem atque probationem Testamenti, Tenor uero uoluntatis declarationem continet. Solemnitatis autem sunt, quæ ad præscriptam Testamenti formam pertinent, quæ quidem forma ex diuersis iuribus ( ut supra dixi) composita atque constituta est. Testes enim, & eorum præsentia, & unus contextus testamenti celebrandi à iure ciuili, Subscriptiones autem testatoris, & testium, ex sacris constitutionibus; numerus deniq; testium, & oblationes eorundem ex edicto Pretoris sumptæ sunt, quibus illud per Iustinianum postremo adiectum est, ut ad omnem fraudem excludendam, manu Testatoris uel alterius amanuensis nomen hæredis uel hæredum Testamento inscribatur aut subscribatur. Solemnities igitur Testamenti hæc sunt: ut adhibeantur septem Testes rogati, & puberes, ac coram illis presentibus Tabulæ testamenti, uel conscribantur, uel antea conscriptæ, proponantur, quas suum esse Testamentum Testator profiteari, testesq; ut subscribant & signent, rogare debet. Postea manu sua coram ipsis testibus ipse Testator subscribet sese, (si quidem sciat literas: aut si nesciat scribere, alium octauum subscriptorem adhibebit. Cum autem subscribet Testator, debet simul & hæredis uel hæredum noīa quos instituit, exprimere, nisi testamentum ab ipso scriptum esset, & in alia quadam parte, dicta nomina expressisset, tunc opus non esset repetitione hac in subscribendo. Deinde subscribent singuli testes, quilibet pro se, non unus pro alio: qui postremo Sigilla quoq; sua Testamento apponent; quæ si ad manum non habeant,

Mulier quando Testis esse possit in Testamento.

Solemnities Testamenti.



beant, alieno uti, adcoq; uno etiam annulo omnes signare possunt.

Hæc autem omnia uno eodemque tempore, uno contextu, nullo extraneo actu intercurrente fieri & confici debent, nisi forte necessitas nature paululum ab hoc actu diuertere cogat: tunc enim intermittere quidem aliquantisper licet, ceterum expedito eo, statim ad testationem est redeundū, prout hæc singula præscribuntur in. l. hac consultissima. l. cum antiquitas. l. iubemus, cum autem. ibi. C. de Testa. & Instit. eo. tit. per totum, Ex quibus facile colligere licet quantæ obseruationis, quantiç; negocij sit solemniter & in scriptis testari, de quo tamen infra latius dicemus:

Porro quæ substantiam tenoremque Testamenti respiciunt, ea sex capitibus à Rolandino includuntur, quorum priora tria doctrinæ causa præcipit nunquam esse omittenda, tria uero postrema arbitraria esse dicit, & Testatoris uoluntati libera. Sunt autem hæc: Progenium, Heredis institutio, Clausula generalis uel codicillaris, Legata, Substitutiones, Generales Testatoris dispositiones & prouisiones. His enim sex capitibus omnis testamenti materia, quæ quocunque casu incidere potest, continetur. Quamquam autem si propriè loqui uelimus, ex istis capitibus Institutio sola sit de substantia Testamenti, cum ut dicit I. C. in l. i. ff. de hære. instit. quinq; omnino uerbis Testamentum quis facere possit, ut si dicat: *Lucius Titius mihi hæres esto*, uel etiam tribus uerbis, ut *Lucius hæres esto*; & ita appareat reliqua quinq; capita non esse necessaria: tamen sequendam Rolandini sententiam atq; doctrinam censeo, ut si secundum Testatoris conditionem posteriora tria capita (quæ sanè arbitraria sunt & accidentia) etiam omittantur, priora tamen tria, uidelicet progenium, Institutio heredis, Clausula Codicillaris, semper inserantur Testamento, maximè quando & scripturæ decor id ita exigere uidetur, & generali consuetudine ita semper hæcenus obseruatum fuit. Nam citra omnē præfationem ultimam dispositionem exordiri, hois inconsideratis in eadem porro citra solemnem prouisionem desinere, temerarij etiã uidetur. Alioqui de ordine parū refert, quo loco quis instituat, leget, præcipiat, aut aliquid disponat, cum omnē ordinē testandi, (ueterū scrupulositate & anxia subtilitate reiecta) uerborumq; itē solēnitatem etiã Principū constitutiones testatoribus liberum reliquerunt: q; inciuile uideret scripturæ quidē ordinem sequi, sperni autē testatoris uoluntatem. Inst. de lega. §. sed q; inciuile. l. ambiguitatē. l. preposterij. l. quoniã indignū. C. de testa. Retissimè tñ faciet, qui ordinis quã maxime obseruans atq; studiosus fuerit, cū ille & plurimū lucis inferat testamento, & omni in re summè sit cōmendatus. Neq; em̄ ineptū est illud Horatij præceptum: *Singula quæq; locū teneant sortita decenter*. Quare Rolandino uisum fuit ut

*Substantiam uel tenorem Testamenti respicientia seu partes illius.*

*Ordo Testamenti.*



fuit, ut hic ordo in ultimis uoluntatibus conscribendis obseruetur. Primo ut ponatur præfatio. Secundo Legata. Tertio institutio. Quarto substitutiones. Quinto reliquæ Testatoris dispositiones, (inter quas & exheredationes referas.) Sexto & ultimo clausula generalis, quem ego sanè commodissimum semper iudicari, & à peritis Notarijs obseruari etiam passim animaduerti. Quare non temere ab hoc recedendum esse puto. His igitur generaliter dictis, singulorum capitum declarationem aggrediamur.

## DE INSTITVTIONE HAEREDVM.

## CAPVT III.



Institutio hæredis caput & fundamentum est totius testamenti, sine qua illud inutile est, qualecunq; tandē sit. Inst. de fidei. heredit. §. in primis. Instituire autem heredem nihil aliud est quàm aliquem iuris successorem nobis nominare atq; constituere, qui post mortem nostram omni in re nostra, rerumq; nostrarum plenè potiatur. Hæres enim dicitur quasi herus (ueteres enim hæredes pro dominis appellabant. Instit. de hæred. quali. & diff. in fi.) successor uidelicet iuris & uniuersorum bonorum qui deinceps eiusdem omnino potestatis iurisq; est, cuius defunctus fuit. l. hæredem. ff. de regu. iur. Hæreditas uero est successio in uniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis. l. hæreditas. ff. eo. tit. quæ uerba non intelliguntur de hærede succedente, sed de iure quod statim post defuncti mortem iuris intellectu succedit & surrogatur, quod interim donec hæres a deat, locum defuncti representat, cui accrescunt & decrescunt ea quæ postea accidunt. Vnde dixit Caius I C. in l. non minus in fi. ff. de hæred. insti. creditū est hereditatem Dominam esse, id est defuncti locū obtinere. Itaq; dicit diffinitio, successionem esse hereditatem, non ius succedendi defuncto, quod ad hæredem referri posset. Hęc igitur hereditas, uel hoc ius uniuersale succedens, in intellectu maximè atq; separatis etiam singularibus consistit: Quare licet nihil corporale sit in hereditate, tamen hereditas est iuris intellectu, ut dicit. l. hereditas. ff. de petit. hæred. & l. iij. §. hereditas. ff. de bono. possesso. neq; enim res hereditariæ hereditas sunt, sed ius ipsum. l. bonorum. ff. & l. regulariter. ff. de petit. hæred. quapropter appellatione hereditatis neq; legata neq; fideicommissa continentur. l. si Titius. de lega. iij. Quelibet tamen pars hereditatis, est hereditas, cum sint Homogeneæ ipsius partes, ut per Dominum Zasium, in §. bonæ fidei. Instit. de actio. & fa. gloss. in l. hæres. ff. de acqui. hæred. & l. i. §. item si cum. ff. si pars hæred. peti. & nos in commentario de Iuris & facti ignorantia, copiosè tractauimus. Huius igitur iuris postea suc-

Hæres.

Hæreditas.



Hæc successores sunt hæredes, qui si plures instituantur, diuidi inter eos ius oportet, dicit I C. in l. quotiens & hæredes. ff. de hæred. Inst. His pro terminorum declaratione præmissis, quomodo institutio fiat uideamus. Et olim quidem certa erant & solemnia uerba quibus Institutionem facere necesse erat, quæ hodie tamē sublata sunt, *Quomodo fiat institutio* licet enim quibuscumq; uerbis uoluntatem animi clarè exprimentibus, certumq; significantibus hæredem facere, seu instituere, nec interest si dicatur: hæredem facio, uel instituo, uel uolo, uel mando, uel cupio, uel esto, uel erit. l. quoniam. C. de testa. Satis em̄ est quacumq; forma uerborum de uoluntate Testatoris constet, quòd & hæredem instituere uelit, & quem uelit. Hæredis enim declaratio uel demonstratio certa esse debet. l. quotiens & heres autem, ff. de here. Instit. Si enim erratum fuerit in corpore, aut non constet quis institutus sit heres, nulla est institutio, nisi ex alijs apertissimis argumentis colligi possit de quo testator senserit. d. l. quotiens, in prin. Quæ causa fuit Iustiniانو, cur præceperit in Testamento cæci (ubi maius periculum timetur) non solum exprimi deberi nomina heredum, uerum etiam dignitates singulorum, ne sola ( inquit ) nominum cōmemoratio quicquam ambiguitatis pariat. l. hac consultissima. C. de qui testa. face. poss. quam sanè cautelam in alijs quoque omnibus Testamentis obseruare ualdè consultum fuerit. Hæc institutio pro arbitrio Testatoris uel purè fieri potest, ut puta: Titius mihi heres esto. uel sub conditione, una uel pluribus, coniunctis aut separatis, possibilibus tamen: ut Titius mihi heres esto si nurum meam in uxorem duxerit, uel Titius mihi heres esto si illud & illud, uel si illud aut illud fecerit, in quo hæc est differentia, quòd heres ex coniunctis omnes, ex alternatiuis autem, uel separatis alterutram tantum implere tenetur & si plures, Instit. eo. tit. Cæterum ex certo tempore, uel ad certum tempus non potest fieri institutio, ut si quis ita uelit instituere: Titius mihi ex Calendis Augusti & in posterum heres esto, uel Titius mihi usq; ad viij. annum proximè uenientem heres esto, neq; enim rectè sic substituitur, sed uitio temporis sublato, manet institutio, id est, perinde habetur ac si purè facta esset institutio. l. hereditas. ff. de here. Instit. Si tamen institutio fieret ad tempus incertum, put: auxorem meam quàm diu uixerio, & ea mortua, Seium hæredem instituo. ualet talis institutio, & in hoc quidem proposito casu quando Testator sibi in euentum illius incerti temporis de alio hærede prospexit, trahetur institutio ad causam fideicommissi. Sin uero de nullo alio hærede in eum euentum sibi prospexit, tunc prior institutio est perpetua & transmissibilis, ne uidelicet pro parte Testatus pro parte uero intestatus decedat. De quibus uide in l. filius à patre ij. responso, ff. de liber. & posthu. & Bald. in l. ex



traneum. C. de hære. Instit. Fieri autem institutio potest, uel in omnibus bonis, uel certa aliqua parte bonorum. Imò in re quoque certa, uel quantitate certa, ut Titium in fundo Tusculano, uel in C. libris heredem instituo. Sed diuerso iure censentur huiusmodi instituti. In uniuerso enim institutus, in uniuersum quoque subit onus æris alieni quod in hæreditate inuenitur: in certa autem parte institutus, pro ea tantum parte in qua institutus est, tenebitur. l. ij. C. de hære. actio. Verùm in re uel quantitate certa institutus, loco legatarij habebit, nec subit onus æris alieni. l. quotiens. C. de hære. instit. Quamquam si in Testamento nemo alius hæres scriptus esset, eo casu qui alias loco (ut dictum est) legatarij censeretur, erit hæres in uniuersum, idque ne Testator pro parte testatus, pro parte uero intestatus decessisse inueniatur & non autem utique. Instit. de hære. Instit.

Similiter unum uel plures instituere Testator potest, etiam usque in infinitum ut tex. dicit. Instit. eo & unum. Et quidem si plures instituat, ex æquis uerò partibus hæredes esse nolit, tunc necesse erit definire ipsum, in quanta parte singulos succedere uelit, puta, Titius mihi ex Semisse hæres esto, Seius ex Triente, Meuius ex reliquo sextante, commodioris enim explicationis gratia apud ueteres Romanos, Hæreditas quoque per Asses, eiusque partes diuidebatur, ita ut singulæ portiones in Testamento illis proprijs nominibus, quæ sub Assis continentur appellatione, hæredibus ascriberentur. Sic namque tum usus erat, quòd Asses & partibus eius omnes omnino res, & omnia corpora quæ pondere & mensura constabant, metirentur, atque distinguerent: unde & ad latitudines longitudinesque, similiter temporum quoque sectiones, unciarum & assis uocabula usurpata uidemus. Sic apud Plinium, quadrantes, trientales, quincuntiales herbas aliquoties legimus. Item sub Diuo Claudio Principe, Gabbaram quendam ex Arabia aduectum ix. pedum & totidem unciarum longitudine; Et alibi lydium lapidem, quaternas uncias longitudinis, binasque latitudinis non excedere. Et rursus, lucere Lunam dodrantes semiuncias horarum &c. Quare falluntur qui hæc propria lurreconsultorum, & familiæ herciscundæ peculiaria uocabula opinantur, cum ea non magis hæreditatis, quàm omnium aliarum rerum mensurabilium partibus conueniant. Hæreditas igitur ut reliquæ res uel corpora, commodè diuiditur per duodecim uncias, quæ Assis appellatione continentur, Instit. de hære. Instit. & hæreditas. Assis autem partes & nomina sunt & significant ut sequitur.

Assis & partibus eius declaratio.

Lib. 7. c. 10.

Lib. 33. c. 8.

Lib. 2. c. 14.

AS.



AS.

I.

XII.

I.

Vncia, quanq̄ à Sescunce ordiantur  
Iureconfulti, obscurū qua ratione,  
cum tamen unciam & dimidiam  
significet.

Deunx. xi. uncia.

II.

II.

Sextans. ij. uncia.

Dextans. x. uncia.

III.

III.

Quadrans iij. uncia.

Dodrans. ix. uncia.

IIII.

IIII.

Triens. iij. uncia.

Bes. viij. uncia.

V.

V.

Quincunx. v. uncia.

Septunx. vij. uncia.

VI.

VI.

Semis. vi. uncię.

Semis.

Ex his igitur duodecim Assis partibus facile inire licet supra cita-  
torum locorū rationem. Si enim loquimur de rebus numeralibus,  
tunc tot partes significamus quot uncias ipsa uocabula significant.  
Sin de mensurabilibus loquimur, ubi longitudo & latitudo conside-  
ratur, singulae uncię singulos pollices significant, idque supputatio-  
ne facta ad pedem Romanum, cui perinde inerant xij. pollices, ut in  
Asse, uel Libra, uel pondo (hec enim tria idem significant) xij. un-  
cia. Similiter quoque dies in xij. uncias, id est, horas: ipsa hora rur-  
sus in xij. uncias, id est, horę partes diuiditur. Quare posterior Pli-  
nij locus supra adductus intelligendus est ita, Lunā tres horę quar-  
tas, & uigesimam quartam horę partem lucendo adijcere &c.  
Sed curiosius fortasse hec de uaria Assis & eius partium significatio-  
ne tractamus: uerum hoc iam antea quoque professus sum, me hac  
opera illis potissimum inseruire constituisse, quibus neque libri in  
promptu satis sunt, neque talia excutiendi ocium suppetit. Ut igitur  
ad rem redeamus, ubi Testator ex diuersis & inæqualibus par-  
tibus Hæredes instituere cogitat, partietur hæreditatem in xij. par-  
tes, & eas postea pro ut uolet intra hæredes diuidet, potest tamen  
etiam plures uncias constituere, & Assen usque ad alterum Assen,  
quod tum uocatur Dupondium, uel ad tertium Assen, quod Tri-  
pondium dicitur, excedere: uerū inanis hec est magnificentia, cum  
ipsa Dupondia & Tripondia semper ad Assen ipsum reuocentur.  
¶ et si plures. Instit. eo. tantumque hæredibus in ipso Assen dece-  
det ratione calculi, quantum Dupondio uel Tripondio As excel-  
sus fuit. l. ex uncijs sex. ff. de hæred. Instit. Sed desino, cum hec  
magis ad intellectum Iuris ueteris, quam consuetam Testandi for-

Dupondium.  
Tripondium.



nam pertineant. Hodie enim defuetum est, (imperitia Notariorum credo, & ignorantia Latini sermonis) Assis aut partium eius uocabulis in Testamento uti, quarum loco partium designationes ponuntur. Puta, Titium in tribus partibus, Meuium in una instituo. quod idem est ac si dixisset Titium ex Dodrante & Meuium ex Quadrante instituo. Ceterum ubi pluribus heredibus institutis, nulla mentio partium esset facta, tum ex equis partibus heredes eos esse scriptos, sine dubio colligitur, Instit. eo § si plures.

Est autem quemadmodum in uniuersum testandi, sic etiam instituendi facultas libera, ut possimus, & quotquot, & quoscunque, etiam ignotos homines, instituere heredes. Quapropter hac parte nihil refert utrum filiusfamilias, seruus, mutus, surdus, furiosus, prodigus, aut similes fuerint qui instituuntur. Sed & fiscus, Imperator, Augusta, Ecclesia, & Respublica heredes institui possunt nostro iure, quamuis Plinij tempore nec institui Respublica, nec precipere poterat, ut ipse ad Caluissium Iureconsultum lib. v. Epistolarum testatur. Sed hoc postea correctum fuit, ut ex rescripto Impe. Leonis uidemus, l. hereditatis. C. de here. Instit.

Qui non possunt heredes institui.

Quamquam autem regulariter hæc ita habeant, tamen certæ quædam personæ sunt à Iure exceptæ, quæ institui non possunt, e contra, quæ plane instituendæ sunt, & præteriri nequeunt. Institui igitur prohibentur, Deportati in Insulam, Hæretici qualescunque, Collegia prohibita, Improbi intestabilesque, læsæ maiestatis rei, & eorum filij. Fratres minores, c. exiui de paradiso, de uerbo. signif. in cle. Spuriij, quos intellige ab patre ipsorum institui non posse. auus enim ex legitimo filio nothum, aut ex notho nepotem instituere posset. per nota. in l. gallus § quid si is. ff. de libe. & post. multo magis igitur alij. Peregrini quoque, hoc est, qui Ius Romanæ ciuitatis non habebant, olim inutiliter instituebantur, arg. l. i. C. de hære. Instit. Hodie tamen cum alia sit rerum facies, hæc prohibitio non consideratur, nisi fortè Iure aliquo municipali ciuibus ex integro esset prohibitum, ne peregrinos & non ciues instituerent, quò uidelicet hæreditates in municipio permanerent.

Qui omnino sine heredes instituendi.

Econtra sunt, ut dixi, personæ quæ omnino institui debent, & præteriri à Testatoribus, nisi ex causis, non possunt. Tales sunt, primo quidem liberi nostri, ex iustis nuptiis nobis procreati, neque precreati tantum, uerum etiam futuri, ut posthumi, id est, qui in utero adhuc tempore conditi Testamenti geruntur. Instit. de libe. ex here § nostra uero. Et posthumi quidem semper instituendi sunt, cum non possit ulla ratione erga parentem ingratitude in simulari, l. si quis § i. C. de inoff. testa. Filij autem iam nati interdum ex

Non sicut heredes



dum exheredari possunt, quando uidelicet ingrati in parentem ex-  
titerunt, easque ingratitude causas commiserunt, quæ in Auten.  
ut cū de app. cognosci & aliud uero. & inferius in Capite de exhere-  
datione referentur. Vbi uero nulla extat ingratitude, aut non eius  
generis, qualis in d. Auten. enumerantur, tunc omnino instituendi  
sunt liberi, alioqui Testamentum non ualeret. Quamquam

Liberi secun-  
di gradus:

autem taliter institutis liberis iustum & firmum habeatur Testa-  
mentum, nec opus sit ulterioris gradus liberos, nepotes aut neptes  
puta, instituere: tamen quia casu fieri potest ut uiuo Testatore auo,  
filius moriatur, & tum nepos in eius locū succedens suus inueniatur  
Testatori. cū uero præteritus sit quasi agnascendo testamentū rum-  
pat, consultū est ut auus ex Galli & Vellei lege hūc quoq; instituat.  
Et dicit, Titū filium meū, & eo præmoriēte, nepotē uel neptem ex  
eo heredes instituo & posthumorū. Instit. de exhere. lib. & l. Gallus,  
per totum. ff. de libe. & posthu. Hæc autem similiter etiam in  
nepotibus ex filia locum habent, quia hodie nouissimo iure per-  
inde succedunt & præteriti Testamentum rumpunt, ut nepotes ex  
filio. in d. Auten. ut cum de appella. cognosc. & aliud quoque.

Quid autem de Naturalibus liberis? Dic patrem nullo iure teneri  
ut tales instituat, si nolit, maximè si alios habeat legitimos. l. ult.

Naturales li-  
beri.

C. de natu. libe. Si tamen cupiat Pater eos aliquo instituere,  
tunc distinguendi sunt casus. Aut enim legitimos & naturales li-  
beros habet, tunc naturalibus tantum, non potest amplius uncia,  
hoc est, duodecima bonorum suorum parte relinquere. Sin au-  
tem non habeat legitimos descendentes, sed parentes aut alios ascen-  
dentes, tunc cogitur illis Trientem, hoc est tertiam partem bono-  
rum suorum pro legitima portione relinquere, & in reliquo Natu-  
rales instituere potest. Si uero neque descendentes neque ascen-  
dentes habeat, tunc in tota hæreditate ipsos naturales instituere po-  
test, Vt in Auten. quibus mod. nat. eff. sui. Et hæc quidem  
patri obseruanda sunt. Mater autem & ascendentes lineæ ma-  
ternæ perinde tales liberos instituere tenentur ac si essent legitime  
nati, nisi mater esset Illustris, aut essent isti non naturales, sed in-  
cestuosi potius. Sequitur ergo eos qui Spurij generali uoca-  
bulo dicuntur, id est, ex incestuoso damnatōue congressu, stu-  
pro aut adulterio fortè natos, non modo heredes institui non de-  
bere, sed ne quidem posse, etiam in minimo, cum tales ne matri  
quidem succedant, imò etiam alendi non sint, ut dicit Auten. ex  
complexu. C. de Incest. nupt.

Cæterum cum in medio non sunt Descendentes, sed ascenden-  
tes fortè, tum proximè illorum Testatori habenda est ratio, quos



eodem omnino modo instituere tenetur, quo liberos, si habuisset, debuerat. Nisi fortè iusta aliqua ingratitude causa interueniat, quam propter eos exhæredare meritò queat. In d. autè. ut cum de appell. cog. §. Et hæc quidem.

Vsq̄ue adeo autem necessariò instituendi uel liberi, uel parentes sunt, ut si etiam altero tanto plus legati titulo, illis à Testatore relictum esset, tamen nihilomags Testamentum ualeret: econtrà, si institutionis nomine multo etiam minus debita sibi legitima portione habeant, nihilominus Testamentum ualeret, quanquam eo casu ad supplementum ipsius legitimæ portionis actio competere. Sola enim (inquit Iustinianus in d. Auten. ut cum de appella §. hæc autem.) est nostræ serenitatis intentio, à parentibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre. Ex quo notauerunt Doctores legati titulum munificum quidem, institutionis autem honorificum uideri. Debetur uero ille honor in primis liberis & parentibus nostris, ut ipsi potissimum Testamento nostro ad uniuersale illud omnium bonorum nostrorum Ius (quod hæreditatem appellamus) uocentur, inque eo à nobis cæteris extraneis non postponantur.

Sed quærat aliquis in quanta hæreditatis parte sint illi uel liberi uel parentes instituendi? Dic in legitima ad minimum, institui debent: nam etsi, ut supra dictum est, Testamentum ualeat etiam si in minori quàm legitimæ partis portione sint instituti, tamen cum omne illud quod minus est legitima, reliqui hæredes supplere teneantur, consultius est eam gratiam inire atque promereri Testatorem ipsum, & id parentibus aut liberis largiri, quod antea leges illis concesserunt.

Legitima autem pars olim quidem quarta erat totius hæreditatis: hodie uero nouissimo iure Autenticorum, tertia est. tum uidelicet, Si quatuor sunt uel pauciores liberi. Sin autem plures sint, Semis est, hoc est dimidia pars omnium bonorum quæ citra omne grauamen libera & salua esse liberis debet. Aut. nouissima. C. de inoff. testa. quod hoc ueteri disticho continetur.

Legitima  
quæ fit.

Quatuor aut infra dant natis iura Trientem.

Pluribus aut supra dant natis iura Semissem.

Hæc legitima consideratur ex tempore mortis Testatoris, nempe quantum facultatis illius tum ualebant. I. cum quæritur. C. de inoff. testa. Et fit eius æstimatio deducto ære alieno, & funeris impensa. I. Papinianus §. quarta. Auten. ff. eo. tit. Vide Philipp. Cor.



Cor. Consil. ccij. col. vi. uol. ij. & Philipp. Dec. Consil. lxxxix. in fi.  
& Communis ccxxxi. cum locis concordantibus ibi per eos addu-  
ctis, in quibus diffusè legitimæ supputatio declaratur.

## DE SVBSTITVTIONIBVS.

## CAPVT IIII.



Atissimus est Substitutionum campus, in quo multi me-  
hercules uiri clari atque docti decertarunt, sed tam ua-  
ria fortuna, ut perpauca contigerit illo, qui nimirum  
quàm maximè lubricus est, non aliquando lapsos esse.

Ego uero qui me pro ingentij mei imbecillitate inter illos pancracia-  
stes immiscere non cogito, præsentem materiam ita breui atque  
simplici uia percurram, ut eandem uulgaribus quoque Notarijs  
apertam atque planam efficiam. Quapropter in præsentia non  
disputabo, quæ tamen quibusdam contrauerti poterant, neque tam  
mea, quàm aliorum: in primis autem præceptoris Zalsij, sum allatu-  
rus & docturus, maximè uero cum Notarium deceat non hic tan-  
tum sed & in reliquis omnibus receptas sequi sententias, & iuris  
obseruatorem nõ inuouatorem esse, quod aliàs de Iudice dixit Ma-  
rius Saloninus.

SVBSTITVTIO igitur est secunda heredis institutio, dicit I C.  
in l. i. ff. eo. hoc est sequenti loco hæredis facta subordinatio. Et ea  
duplex est. Directa & Obliqua. Directa est cum hæres directè uel  
immediatè, suo iure, succedit Testatori. Obliqua est, cum is ad  
quem pertinet hæreditas, non ex se ipso succedit, sed hæredita-  
tem ex manu alterius accipit. Quæ quidem obliqua rursus du-  
plex est. obliqua à principio, cum Testator substitutum Titium  
grauat restituere hæreditatem Seio. Iste Seius est obliquè institu-  
tus, quia capit hæreditatem per mediantem Titium, hæcque est  
quam ab initio dicunt fidei commissariam. (Quamquam non igno-  
rem quosdam hanc Fideicommissariæ speciem inter substitutiones  
non admittere, cum, ut inquit, notabilis differentia inter substi-  
tutionem & fideicommissum sit, nos tamen, uti paulo ante sumus  
præfati, communes Doctrinas in hoc tractatu sequemur) Altera  
obliquata dicitur, quæ continetur in compendiosa: ut quando Te-  
stator instituit filium impuberè, & ei quando cunque decedenti sub-  
stituit Flaccum. Nam talis substitutio post pupillarem incipit obli-  
quari in fideicommissariam, quod infra suo loco declarabitur.

Supradicta uero differentia inter Directam & Obliquam sub-  
stitutionem ex uerbis dignoscitur, quibus conceptæ sunt sub-  
stitutiones. Ipsa namque uerba in triplici sunt differentia.

Directa sub-  
stitutio.

Obliqua dicitur  
duplex.



verba directa.  
Et.  
Obliqua.

Quædam enim sunt Directa, ut hæres esto, Dominus esto, hæredem instituo, & similia, quædam obliqua, quibus scilicet per mediam personam, & ministerium alterius succedimus, ut cum Testator dicit, Rogo, iubeo, committo, mando. Restituantur bona mea, diuidantur bona mea, describantur, partiantur &c.

Communia.

Quædam denique communia sunt, quæ utrique significationi conueniunt. Et in his regula dicitur: Communia uerba adiecta uniuersitati bonorum, directa sint: adiecta autem rei certæ, sint obliqua, ut si dicat Testator, Titius hæreditatem meam accipiat, uel, hæreditas mea ad Titium perueniat: hic uerbum Accipiat, perueniat, directa intelligimus. Sin autem dicat: fundum capiat, hortus ad Titium perueniat. tunc obliqua censentur, & hoc quidem regulariter.

Verba communia numerantur multa, ut substituere, capere, accipere, peruenire, pertinere, remanere, reuerti, deuolui, deferri, decurrere, habere, consequi, &, Deputo, relinquo, uolo, competat, cum similibus.

Sunt autem Substitutionum quinque species, secundum communem doctrinam. Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Breuiloqua, Compendiosa. Quamquam si proprie loqui uelimus, tres tantum sint species, uulgaris scilicet, Pupillaris, & Exemplaris. Reliquæ enim quantum ad materiam nihil differunt à prioribus, sed tantum quo ad modum introducendi, & formam. Neque etiam ob id quod posteriores, Reciproca nempe & Compendiosa, duas aut tres interdum substitutionum species continere in se possunt, propter mixturam tertia seu distincta species constituitur. Cum oporteat (secundum Fumeum) ad hoc ut specierum coactio uel confusio tertiam aut nouam speciem conficiat, suam quæque naturam speciem perdidisse, atque ita confusas esse, ut ad se integræ redire non possint. In his uero substitutionibus non mutatur inclusarum substitutionum natura, sed semper uel uulgaris uel pupillaris est, licet non eo modo, quo per se sola esset. Qualitatem aut per se solam non constituere separatam speciem, notum est. Doctrinæ tamen gratia expedit illas quinque substitutionum formas, tanquam separatas species distinctim tractare, quapropter communi more retento, singulas illas species ex ordine explicabimus.

Expressa &  
tacita uulgaria.  
vis.

VULGARIS igitur substitutio est subrogatio quædam hæredis in locum prioris hæredis, si ille deficeret, facta, ideo uulgaris dicta quod uulgo à quolibet idoneo, cuiuslibet idoneo fieri potest. Ea duplex est. Expressa & tacita. Expressa est quæ uerbis exprimitur, qualiacumque tandem illa sint, generalia, specialia, singularia. Tacita autem est, quæ uel ex uerbis (& sic ex uoluntate Testatoris) colligitur,

cum ui-



sum uidelicet uerba hoc non dicunt, significare tamen uidentur, ut in l. Titius, cum l. seq. ff. de here. Instit. Titius & Scius, uterue eorum uiuet, heres mihi esto: hic inest tacita, ex significatione uerborum. Vel ex presumpta tantum mente Testatoris, non aliquo modo ex uerbis sumitur, ut in l. iam hoc iure ff. de uulga. Pater instituto pupillo, alium quendam substituerat, si intra pupillaria is moreretur, pupillus non fiebat heres, & decedebat intra pupillaria, hic substitutus ex presumpta mente Testatoris admittitur. Et fit uulgaris substitutio huiusmodi ferè uerbis. Titium heredem instituo, & si heres non sit: uel, si hereditatem non adierit: uel, si <sup>Verba Vulgaris</sup> nolit adire hereditatem: uel, si non possit adire: uel, si Titius me uiuo moriatur, uel, si filius mihi non nascatur, tunc substituo Caium, uel Caius heres esto, & similia. Itaque duo hic sunt extrema. Primum est negatiuum, & respicit heredem, cui substituitur, ut si Titius heres non erit, Si filius mihi non nascatur. Alterum est affirmatiuum, & heredem substitutum respicit, ut, tunc Caium substituo, Flaccus mihi hæres esto. Huius autem uulgaris potissimum septem effectus numerantur à Zasio. I. Quòd uulgaris in uno casu expressa, trahitur ad alium casum non expressum, <sup>Effectus uulgaris qui sunt.</sup> ut, si Titius heres esse nolit, trahetur ad hunc etiam, si non possit. II. Quòd per substitutionem uulgarem de suo & necessario, fit uoluntarius, iura tamen suitatis non tolluntur. III. Quòd ista uerba heres non erit, comprehendant non solum ipsos institutos, sed etiam alios qui ex eorum persona descendunt, ut subintelligatur, & alios hæredes non fecerint. IIII. Quòd suus uel minor repudians hereditatem poenitere potest, & intra tempora restituitur, excluso substituto: quod intelligendum est, si omnia adhuc essent integra, nec hereditatis status esset immutatus. V. Quòd Testamentum si destituatur primo gradu, uires accipiat à secundo gradu, scilicet substitutionis, nisi fiat ruptum per agnationem, aut nullum per exheredationem aut præteritionem. VI. Quòd uulgaris expressa contineat pupillarem tacitam. Quæ tamen regula quinque casibus fallit. I. Si mater pupilli, uel Pater, uel auia, <sup>fallentia, quando in expressa uulgaris non ueniat tacita pupillaris.</sup> sint in medio, quia tunc non presumitur Testatorem extraneos sue posteritati præferre uoluisse. Quidam dicunt hic esse quidem tacitam pupillarem, sed nihil operare. II. Si Testator uteretur uerbo aliquo Taxatiuo, puta, duntaxat, aut tantum, ut, instituo Amodeum impuberem, & in eo tantum casu quo heres non erit, substituo Caium. III. Si ex alijs qualibuscunque rationalibus coniecturis appareat, Testatoris uoluntatem refragari. IIII. Si Testator utrumque casum præuidisset. Sic: Instituo Ti-



tuo Titium, & si non erit, substituo Meuium. Sin heres fuerit & intra pupillaria moriatur, substituo Sempronium. V. Si inæqualibus personis facta sit substitutio, puta maiori & minori filio. Quemadmodum enim tacita pupillaris non potest locum habere in maiori filio, ita nec in minori locum habebit. I. quamuis. C. de impub. & alijs sub. & hoc propter inæqualitatem euitandam, quæ moribus & lege exosa est. Septimus effectus est, quod per uulgarem expressam succedit substitutus Testatoris, per tacitam uero pupillarem pupillo cui facta est substitutio, si decedat is intra pupillaria, nondum heres factus. Postremo sciendum est hanc uulgarem substitutionem, siue tacita sit, siue expressa, expirare seu finire statim adita hereditate, ut deinceps substitutus non admittatur, quam hoc dictum in expressa, quibusdam in casibus fallat, quos hic tamen breuitatis gratia non refero. Habes iam summariam ipsorum capitum huius uulgaris substitutionis explicationem. Sequitur.

**PUPILLARIS** Substitutio est quæ à patre fit filio impuberi, in potestate sua constituto, in eum euentum, si is impubes decesserit. Et ea similiter duplex est, Expressa & Tacita. Expressa est quæ fit uerbis expressis. Tacita quæ in expressa uulgari continetur, non ui uerborum, sed legis potestate, talem Testatoris uoluntatem præsumere. Hæc substitutio ita concipitur: Instituo filium impubere, et si is hæres erit, uel hæres non erit, & intra pupillarem ætatem moriatur, Seius hæres esto. Instit. eo. Potest & alijs similibus modis concipi. Nam pro regula traditur, ubicunque in substitutionibus mentio fiat pupillaris ætatis, eam esse substitutionem pupillarem, quibuscunque tandem uerbis fiat, nisi fortè demonstratiue potius quàm dispositiue mentio pupilli facta esset, puta filio meo impuberi substituo Seium. Bald. in l. precibus. C. de Impub. & alijs sub. Vitanda sunt tamen omnia illa quæ uel obscuritatem uoluntatis, uel ambiguitatem sententiæ generare possunt, qualia sunt si moriatur intra legitimam ætatem, maturam uel iustam ætatem, & similia, qualis etiam apud nos Germanos est illa communis loquendi formula, *Vnnder seinen/ odder/ irenn on mündigen Jaren* / Hic enim dubium est de qua ætate senserit Testator, utrum de xij. anno, an uero xxv. & memini hanc ipsam clausulam ob id magna controuersia superioribus annis in patria mea disceptatam fuisse. Habet autem hæc Pupillaris substitutio certa & singularia quædam requisita, quorum octo enumerantur à Bartolo & alijs. I. Ut sit de liberis ille cui fit substitutio, sub liberorum autem uocabulo & Nepotes & Pronepotes intellige, imò etiam filios naturales tantum, legitimatos tamen.

Verba pupillaris.

Requisita ad pupillarem substitutionem.



II. Quòd liberi sint impuberes, id est, nec dum xiiij. annorum, quos plenè computamus. III. Quòd liberi sint in potestate substituentis: quare exbanniti, Hæretici, atq; alij similes, qui patriam potestatem non habent, substituere pupillariter non possunt. Eadem ratione neq; mater neq; auus maternus potest, quibus uulgaris eo loco concessa est. l. si mater. ff. de uulga. IIII. Quòd pupillus cui substituitur, talis sit, qui post mortem Testatoris sui iuris fiat, nec in ullius potestatem recidat. V. Quòd is non deserit esse in potestate ante mortem substituentis. l. coheredi & cum filio. ff. de uulga. VI. Vt Pater sibi ipsi faciat Testamentum antequam faciat filio pupillo. l. ij. & prius. ff. eo. Quid uero si illud patris Testamentum minus solemne sit, an ob id uitiatur etiam pupillaris substitutio? Distinguitur, aut enim Pater inter liberos testatus est, & tunc ipsum sustinetur. l. hac consultissima & ex imperfecto. C. de testa. aut immiscuit etiam extraneas personas, substituit extraneum aliquem pupillo, & eo casu Testamentum pro non facto habetur. d. & ex imperfecto. VII. Quòd pupillus cui instituitur, sit à patre uel institutus uel exheredatus. VIII. Vt ex Testamento adeatur patris hæreditas, cum hæreditate non adita, nihil ualeat quod in Testamento scriptum est. l. i. ff. eo. Effectus autem huius Pupillaris substitutionis sex numerantur. I. Pupillaris expressa continet in se uulgarem tacitam, ut sic casus ad casum extendatur, ex præsumpta mente Testatoris. II. Quòd per hanc substitutionem succeditur ipsi pupillo in omnibus bonis illi undecunque acquisitis, etiam alicunde quàm à testatore, quod tamen pauculas limitationes habet, nec admodum memorabiles. Et circa hunc effectum Nota quòd substitutus non potest separare hæreditatem pupilli ab hæreditate paterna, cum factum sit unum patrimonium utrorumq; & iuncte hæreditates: quod intellige per aditionem paternæ hæreditatis à pupillo factam, aliàs enim secus est. Cæterum si hæres substitutus grauatam ere alieno paternam hæreditatem inueniret, tunc ex persona pupilli, qui improvide adiuuit, restitutionem petere posset, cum beneficium restitutionis perinde successoribus minorum, atq; ipsis minoribus sit concessum. l. non solum. ff. de in integ. rest. Et hoc modo separationem substitutus facere posset. III. Quòd potest facere filio impuberi substitutum heredem necessarium, sicut ipse sibi fecit, uide. l. etsi plures & quos possum. & l. ij. & interdum. ff. de uulga. IIII. Quòd testamentum patris & tabulæ pupillares, dicuntur & sunt idem & unum testamentum, quod uerum est quo ad causam efficiètem, id est, testantem. Item quo ad solènia, quæ sufficit testamentum patris esse clausum, & similia. Sed quæ ad hæreditates, sunt duo testamenta. V. Quòd annulla

Effectus substitutionis pupillaris.



annulato Testamento paterno quo ad institutionem ex causa exheredationis uel præteritionis, nihilominus substitutio pupillaris manet firma, tenet Bar. in l. ij. §. interdum. ff. eo. VI. Substitutio pupillaris expressa excludit à successione matrem pupilli, etiamsi prorsus extraneus substitutus esset. Nec posset mater queri de inofficio. So, cum pater fecerit illud testamentum filio. Sed quæstionis est an per tacitam pupillarem mater excludatur? Et omnis opinio est per tacitam pupillarem, matrem non excludi, similiter nec auiam, nec patrem. l. precibus. C. eo. Frater tamen contra tacitam pupillarem, non admittitur, secundum Bar. quem & Zasius sequitur. Sunt nihilominus certi casus quibus etiam mater per tacitam pupillarem excluditur.

*Mater quando per tacitam pupillarem excludatur.*

I. Si Pater aliquando inter alios dixisset, nolle se ut bona sua ad matrem peruenirent. Et ita præsumptio esset contra matrem. II. Quando reliquit aliquid matri, & eo contentam esse iussit. III. Si Pater reliquisset aliquid annuum matri, donec uitam uidualem ageret, nam hoc casu perinde ut legatum perdit si ad secundas nuptias transierit, ita & bona pupilli amittet. IIII. Si ipsa Mater indigna uideretur tali successione, nec ita merita quòd præsumptio esse possit, uoluisse maritum ut contra tacitam succederet, puta quòd illi rebellis erat, conuersabatur cum hostibus ipsius, aut alias cum personis inhonestis. V. Vbi contraria sumitur præsumptio fauore cognationis, ut si pupillo substitutus esset frater, nam hic mater contra tacitam non admitteretur, propter contrariam Testatoris præsumptam uoluntatem.

*Quibus modis finitur pupillaris.*

Finitur pupillaris sex ferè modis. I. Si Pater deportetur. II. Si Pater fecerit aliud Testamentum, quia tunc primum cecidit cum talibus pupillaribus. III. Si non adeatur hereditas patris ex testamento. IIII. Si substitutus sit ille qui non potest esse capax in toto uel parte, ut filij spurij uel incestuosi. V. Si pubertas adueniat, aut pubes sit factus. Quæ interdum etiam per patrem anticipari potest, si uidelicet ille breuius tempus præfixerit & substituerit. VI. Si ille filius impubes adoptetur uel arrogetur ab aliquo. In quo tamen casu, substitutus sibi hac cautione prospicere potest, ut stipuletur ab adoptante siue arrogante, saluam sibi fore substitutionem suam, quod fieri potest. l. non aliter, cum. l. seq. ff. de adopt.

**EXEMPLARIS** Substitutio, est quam parentes faciunt liberis suis adultis uel etiam perfectæ ætatis, qui propter furorem aut alium morbum ipsi testari non possunt. Inde Exemplaris dicta quòd ad exemplum pupillaris est introducta, & illi in plerisque similis sit.

*Differentiæ Exemplaris & pupillaris*

Sunt aut aliquot capita in quibus istæ duæ substitutiones differunt. I. Quòd pupillaris semper fit à patre, Exemplaris uero etiã à matre. II. In pupillari requiritur patria potestas, & ut in potestate sit sui sub-



Substituatur. In exemplari non requiritur. III. Pupillaris tantum pupillis fit. Exemplaris etiam adultis. IIII. In pupillari potest substitui quilibet quē Pater uoluerit. In exemplari uero non nisi proximi: primo filij, deinde fratres, post quilibet alius. V. Pupillaris expirat tempore pubertatis. Exemplaris uero tempore restitute mentis aut sanitatis.

Fieri autem potest exemplaris substitutio ab utroque parente, tam matre quam patre, quia requiritur, ut dictum est, in ea patria potestas, sed sufficit illa potestas naturæ & generationis, qua liberi parentibus subiiciuntur: quæ cum in reliquis non sit, neque substituere pupillariter possunt. Qua ratione ne à fratre quidem exemplaris fieri posset, qui tamen iuxta parentes est coniunctissimus, Sed nec matri semp̄ exemplariter substituendi potestas conceditur. Si enim inhonestè uiuat ipsa: aut ad secunda uota transeat, (quo casu etiam Tutelam filiorum amittit,) taliter substituere non posset. Sed finge, uterque parens Testamentum condidit, utra substitutio præualebit. Barthol. in hoc ita distinguit, uti Testamentum matris ualeat in maternis bonis, patris in paternis. Ceterum ubi bona distincta non sunt, ut patris tanquam dignioris præferatur &c. Exemplariter substituatur filijs legitimis & naturalibus, uel legitimis tantum, filijs dico furore correptis, aut alio morbo

A quibus fiat exemplaris?

perpetuo (scilicet quo ad habitum, non quo ad actum) affectis, Mentis captis, Fatuis, Item surdis qui uocem clamantis non audiunt, quoniam tales testare nequeunt. l. discretis. C. qui testa. face. poss. Item muto. l. ex facto. ff. de uulga. Item prodigo, quoniam & ille testari non potest, furiosoque comparatur. l. ijs qui. ff. de Tutoda. l. i. C. de Cura. furio. Et hæc omnia uera sunt nisi ipsi antequam morbo afficerentur, Testamentum fecissent, quia illud furore superueniente, non cadit. Quid si concurrat pupillaris & exemplaris substitutio? Dic exemplarem non habere locum, cum ordinarium præferatur extraordinario. l. in causs. ff. de mino. Similiter & illud queritur, an filius patri substituere possit exemplariter? Et communis opinio est post Bart. non posse, cum in hac substituti

Quibus Exemplariter substitui possit.

one superioritas quedam ex generatione consideretur, quæ non est in filio, quo ad patrem, uel in fratre quo ad fratrem &c. Neque uero passim omnes exemplariter substitui possunt, sed primo filij substitui debent, dein fratres, & his deficientibus demum alij quicunque. l. humanitatis. C. impub. & alijs. Requiritur autem ad exemplarem substitutionem, eadem ferè quæ & in pupillari.

Qui substitui possunt exemplariter

I. Ut sit de filijs legitimis & naturalibus: uel legitimis, aut naturalibus tantum, cui substituatur. II. Ne recidat ille in potestatem sui parentis. III. Ut in eo morbo uel defectu propter quem exemplaris facta est, decedat. IIII. Ut Pater sibi ipsi faciat Testamen-

Requi sita exemplaris.

g



tum, quod colligitur ex d. l. humanitatis, in uerbo legitimam, quæ non nisi ex institutione relinquî potest. V. Quòd hæreditas patris sit acceptata, uel adita, secundum diuersitatem defectuum eorum quibus substituitur. Huius substitutionis formula talis est.

*Formula exemplaris.*

Instituo filium meum furiosum, uel fatuum, & si in furore uel demencia, unde testari prohibetur, decesserit, substituo illi & c. Sic & in similibus casibus. Effectus huius Exemplaris est, quòd in ex-

*Effectus exemplaris.*

pressa exemplari continetur tacita uulgaris. Vt, instituo filium meum furiosum, & si in furore decesserit, substituo Meuium. Pone quòd ille in furore decedat, nondum tamen heres factus, iam erit locus uulgari tacitæ, qua tamen mater non excluditur. Alius effectus est, quòd & patris & filij bona (sicut in pupillari) ad substitutum perueniunt. Hæc exemplaris finitur duobus modis. I. Si

*Quomodo finitur.*

morbus aut furor cesset. II. Si ille cui substituitur liberos acquirat: qui casus licet in furioso rarus sit, in muto tamen uel surdo, euenire potest. Quid autem si redeat furor, an tunc substitutio pupillaris reualescat? Dominus Zasius distinguit: aut breui interuallo redijt, & tunc reualescet exemplaris, aut longo multoq; post tempore, & non reualescet, quæ sententia rationem habet.

**RECIPROCA SIVE BREUILOQVA** Substitutio nihil, ut supra dictum est, circa materiam differt ab alijs substitutionibus, cum eas in se contineat, sed quo ad modum inducendi. Vocatur autem propterea reciproca Iureconsulto, in l. iam hoc iure. ff. eo. quod de uno ad alium reciprocè uerificari potest. Vna enim conceptione uerborum plures hincinde instituuntur & substituantur. Eius autem formulæ tales ferè sunt. Instituo Titium & Seium hæredes, eosq; inuicem, uel, & alterum alteri, uel, & eos mutuò & c. substituo. Item, Instituo, T. & S. & uter ex eis superuixerit, alteri substituo. Item, Pomponius, Cicero, Hortensius, inuicem substituti mihi hæredes sunt. Item uos P. C. H. hæredes instituo, & si quis uestrum decesserit, perueniant bona mea ad reliquos superstites, uel alter alteri succedat, ut communiter fit apud nostros homines. Effectus huius

*Formula Reciproca.*

*Effectus Reciproca.*

Breuiiloque, diuersi sunt, secundum diuersitatem Substitutorum. Aut enim personæ institutæ & substitutæ sunt æquales: aut inæquales: aut coniuctæ: aut disiunctæ & coniunctæ simul. In substitutis primi generis, pro ut uariant ipsa reciprocè uerba, ita uarias quoq; substitutiones complectitur: aliquando duas uulgares, aliquando duas pupillares, aliquando duas fideicommissarias, quæ & augeri possunt secundum numerum personarum. In substitutis secundi generis, scilicet, si institutio sit inæqualibus facta, hic non includitur nisi æqualis, id est, quæ in omnibus substitutis uerificari potest, ut in duobus



duobus filijs, impubere & pubere, non uenit nisi quæ in utroque locum habere potest, nempe uulgaris: quia inæqualitas exosa est iuricuiuli d. l. iam hoc iure. De reliquis substitutis doctrina est, quod reciproca tantummodo coniunctos respicit, si in eodem Testamento coniuncti sunt, & disuncti. Quare si sic fiat reciproca ut instituat Titium & Meuium in aliqua quota bonorū, Antonium & Sixtum in alia quota bonorum, in reliquis aut bonis Omnibonum & Decium: (hic tres sunt combinationes) deinde dicat: & uos omnes inuicem substituo. euenit autem casus quod alter ex primis institutis moriatur, certè non omnes reliqui succedent illi, sed coniunctus tantum. Est autem in hoc animaduertendum, quod loquimur de coniunctis facto hominis, non de coniunctis legaliter. Coniunctio enim legalis hoc loco non consideratur, sed illi reuera coniuncti intelliguntur, qui ab ipso testatore in aliqua quota bonorum sunt coniuncti. Quapropter si quis ex una uxore duos habeat filios, ex altera similiter duos, & eos hæredes institutos inuicem sibi substitueret, primus autem moreretur, hic illius frater non haberetur pro coniuncto, nec solus succederet: sed reliqui simul omnes, licet enim legaliter ratione sanguinis & naturæ sint coniuncti, tamen facto hominis non sunt coniuncti. Præterea in hac Reciproca substitutione regula est, quod comprehendat uniuersales hæredes tantum. Singulares aut, item eos quibus specialiter est prouisum, non comprehendit. Exemplum. Pater institutus est cum filio, & inuicem sunt substituti, hæc est Specialis substitutio & prouisio. Deinde instituit, Titium, Florum, & Atticum, & demum dicit: uosq; omnes inuicem substituo, hæc est generalis substitutio. Moritur Titius, certè Pater & filius non admittentur, quum illis specialiter sit prouisum, & per speciem generi derogetur. Postremo effectus reciprocae est, quod in ea substitutiones sunt expressæ. gloss. in l. Lucius. ff. de uulga. quod ad hoc confert, quia per expressam Breuiloquam mater excluditur, d. l. Lucius.

COMPENDIOSA restat, quæ & ipsa à breuitatis uerborumq; quibus concipitur, compendio cognominata est. Differt autem à proxima, quod illa sub breuitate multas complectitur personas, quæ inuicem substituuntur: hæc autem non tam multas personas, quam multa tempora complectitur, sub compendio unius uerbi. Quandoque, scilicet uulgare, pupillare, & quod in fideicommissum extenditur, atque ita illa multas substitutiones in personis, hæc in tempore continet. Est autem compendiosa substitutio (secundum Politi definitionem) quæ per plura tempora tractuque temporis substitutionem continet. Et hæc similiter non est distincta species propriè, & quo ad materiam, sed tantum quo ad modum in



Verba com  
pendiose.

Effectus com  
pendiose.

ducendi. Ad compendiosam requiruntur uerba, quæ apta sint importare plures substitutiones, sub tractu temporis, uidelicet uulgarem, pupillarem, exemplarem, nonnunquam & fideicommissariam. Ut instituo Titium filium meum, & quodocunq; morietur, substituo illi Caium. Effectus Compendiosæ, diuersi sunt, prout ipsa uerba, quibus concipitur, diuersa sunt. Nam compendiosa uel uerbis directis, uel communibus, uel obliquis fieri potest. Si directis facta est, tunc refert utrum pupillo substitutum sit, an uero puberi uel emancipato. Si enim pupillo, tunc intra pupillaria ualebit iure directo, post pupillaria iure fideicommissi, & obliquabitur, quanquam circa hoc magnus sit conflictus Doctorum, qui uideri potest apud Zasium. Si uero sit emancipatio aut puberi substitutum directis uerbis, tunc quia talis substitutio per paganum fieri non potest, mox ab initio uerba ipsa obliquantur & ualent iure fideicommissi, secundum communem opinionem Docto. post gloss. in l. uerbis ciuilibus, ff. de uulga. quam tamen Zasius, post Crotum non sequitur, cum perpetua (ut inquit) sit prohibitio ne substitutio per uerba uerè directa obliquetur, non nisi in casibus certis, per gloss. in c. si Pater, de testa. enumeratis. De quo amplius si uoles uide tex. & Docto. in l. Scuola, ff. ad Trebel. l. uerbis ciuilibus, & l. in pupillari, ff. de uulga. c. Raynutius. & d. c. si Pater extra de testa.

Porrò si compendiosa fiat uerbis cōmunibus, quæ tam obliquè quàm directè intelligi possunt, hic eadē ferè est iuris decisio, quam de uerbis directis proximè retulī. Aut enim extraneis & puberibus, obliquis uerbis substituitur, & tunc quia talis substitutio directè non ualet, statim ab initio oblique accipienda sunt ipsa uerba, & sic compendiosa hoc casu semper erit obliqua, semper quasi fideicommissum ualebit, secundum cōmunem opinionem Doctorum. Aut sit compendiosa impuberibus, & ijs qui in potestate sunt: hic quanquam uariant sententiæ Doctorum, tamen obtinuit, quòd talis compendiosa ualeat iure directo intra pupillaria, postea uero iure fideicommissi. Et in prædictis animaduerte, quòd substitutus ex pupillari succedens accipit bona patris & filij, sin autem ex fideicommissi, puta filio iam pubere facto, tunc bona tantummodo Testatoris ex manu hæredum ab intestato accipiet. Et si Mater in medio sit, ex tali successione per fideicommissum non excludetur: secus si substitutus ex pupillari succedat, cum nimirum pupillaris in compendiosa saltem in genere sit comprehensa. Si autem compendiosa uerbis obliquis fiat, puta: quodocunq; filius meus decesserit, uolo, rogo, mando, quòd bona mea Titio dentur, uel ad Titium perueniant, ea substitutio semper erit obliqua & fideicommissaria, quare siue intra pupillaria, siue ultra moriatur filius, heredes ab

des ab



des ab intestato succedent, & accipiet substitutus hæreditatem ex manu eorum. l. cohæredi §. cum filia. ff. de uulga. Et talis substitutio uerbis mere obliquis facta, nō compendiosa dici potest, sed est merum fideicōmissum, de quo infra dicitur.

Postremo si compendiosa esset facta uerbis directis & communibus simul, ut: Titium filium meum impubere hæredem instituo, cui quocumque decedenti, substituo Caium, quem & hæredem facio, uel: cui uulgariter, pupillariter & per fideicōmissum substituo Caium. Cōmunis opinio post Bartolum est, quod talis substitutio intelligetur uel directa uel fideicōmissaria ad libitum substitui. Politus inter supraposita uerba eleganter distinguit, & ea ad duas regulas reducit. Prima est, si compendiosa una dispositione facta sit, in qua tam directa quàm communia uerba inueniantur, semper intelligendam esse directam, ut in primo membro supra positi exempli. Altera, Si uero prædicta uerba diuersis dispositionibus posita sint, unaqueque dispositio manet in sua natura. Et in hac parte uera erit Bart. & communis opinio. Ista autem omnia quæ hactenus de compendiosa dicta sunt, in paganorum substitutionibus intelligi debent. Milites enim sicut in tota re Testamentaria, ita hic quoque adeo priuilegiati sunt, ut hæredi per eos instituto, siue extraneus ille siue adultus sit, substituere directo possit, etiã post pubertatem, ad quocumque tempus ei placuerit, & capiet substitutus bona iure directo & manu propria. l. Centurio. ff. de uulga.

**RESTAT FIDEICOMMISSARIA**, quæ tamen à substitutionibus rectè separari posset, cum diuersa substitutionum & fideicōmissorum natura sit: substituti enim directè hæreditatem ex substitutione capiunt, fideicōmissarij uero indirectè, & per manum hæredis. Item substituto hæreditas Testatoris non nisi ex euentu debetur: & hæres in substitutione, sibi adit & cernit hæreditatem, non alteri: Fideicōmissario autem hæreditas ex uoluntate Testatoris expressa, statim ab initio debetur, adeo ut cogere possit hæredem adire, sibi que restituere. l. cogi. ff. ad Trebel. Nos tamen, quia huic loco non incōmoda uidetur, & à quibusdam, substitutionibus est annexa, breuiter hic eam perstringemus, & ad modum superiorum: non tamen ut speciem substitutionis, sed ex sese ut fideicōmissum.

Fideicōmissaria igitur est, quæ fit uerbis mere obliquis, quibus Testator hæredem institutum rogat, ut aditam hæreditatem alteri alicui restituat, ut si dicat, rogo, iubeo, mando, grauo, ut hæreditatem Caio restituat. Potest autem in hac ipse hæres ad restitutionem grauari aut rogari, uel purè,



uel sub conditione, uel post mortem suam, uel ad certam diem **L.**  
**Lucius** & heredem, & **ff.** ad Trebel. l. post. C. de fidei & potest  
 aut. Instit. eo. Huius Fideicommissarię memorabiles aliquot effe-  
 ctus sunt. **Vnus** est quod in Fideicommissaria nunquam continetur  
 uulgaris, nisi expressa sit: frustra enim prouisum esset substituto per  
 id quod institutum cogere ad aditionem potest, si ex uulgari posset  
 succedere. Alius, quod in hac heres institutus, & de restituendo  
 grauatus, detrahit quartam Trebellianicam, ne inutiliter nomen he-  
 redis gesserit & sed quia, Instit. de fideicomis. hered. que etiam in  
 una re detrahi posset secundum **Cy.** in l. ij. C. ad l. falcid. & **Bart.** in  
 l. iij. ff. eo. Sed questionis est, si filius grauatur de restituendo, utrum  
 utraq; quartas, legitimam scilicet & Trebellianicam detrahere pos-  
 sit: De hac est elegans gloss. in l. c. Raynutius, in uerb. legitimam  
 ipsam, extra de testa. que dicit utramque quartam de iure & equita-  
 te canonica detrahere filium posse, per d. c. Raynutius, & c. Raynal-  
 dus de testa, quia cum Trebellianicam quilibet institutus extraneus  
 detrahere posset, merito & filius detrahet: legitimam autem detra-  
 het iure nature, tanquam ipse filius. Item, cum in legitima nature  
 grauari non possit, in reliquo grauatus uidetur, & eo nomine Tre-  
 bellianicam habebit. Subdit tamen eadem gloss. contrarias ratio-  
 nes Legistarum, qui partim censeant unam tantum quartam de-  
 trahi licere, secundum leges, partim distinguant utrum pure uel sub  
 conditione filius sit grauatus. Et sane ultimum hoc, scilicet filium  
 sub conditione grauatum posse utramque quartam retinere, ap-  
 probate & communis opinionis est, & in Iudicijs & in scholis, ut  
 dicit Angelus in l. coheredi & cum filie. ff. de uulga. prout eum al-  
 legat, Dec. Consil. ccxxxvi. col. iij. quem uide. Detrahet enim Le-  
 gitimam quidem statim, Trebellianicam uero postea que euenerit  
 conditio siue tempus fideicommissi, ut declarat Salice. in l. scimus  
 in prin. C. de inoff. testa. Neque filio tantum hoc conceditur,  
 uerum etiam heredi eius, ut sunt casus in dd. cc. Raynutius, & Ray-  
 naldus, & Dec. in d. Consil. cxxxvi. Idem Consil. cclvi. & Alex.  
 Consil. clxxxv. per totum. Hoc loco similiter queritur, utrum  
 fructus ante diem restitutionis percepti, in quartam Trebelliani-  
 cam computentur? Et distinguitur. Aut enim eos fructus heres  
 percepit ex uoluntate Testatoris, uidelicet si grauatus est ad cer-  
 tam diem, uel conditionem restituere, & tunc computat in quar-  
 tam. Si tamen ipsi fructus quartam excederent, superfluum re-  
 stituere non teneretur, per not. in l. uxorem & sorori, de leg. iij.

Effectus fidei  
 commissariae.

Dne quarta  
 ut detrahi  
 possint.

Fructus per-  
 cepti quando  
 in Trebellia-  
 nicam compu-  
 tentur.

Hoc autem fallit in filijs primi gradus, qui fructus in quartam  
 Trebellianicam sibi non computant, leg. iubemus. C. ad Trebel.  
 & per



& per gloss. & Doct. in l. in fideicommissaria. ff. ad Treb. Aut per cepit eos fructus ex negligentia fideicommissarii non petentis, & tunc similiter non computet eos in Trebellianicam. l. mulier § si heres. ff. eo. Aut uero eos percepit ex mora propria, quod scilicet tardius restituit quàm debuit, & tunc computat. In fideicommissariam enim restitutionem non uenire fructus constat, nisi autem mora facta est, aut cū quis specialiter fuerit rogatus ut fructus restitueret. l. in fideicommissariam. ff. eo. Quid autem si grauetur hæres restituere quod superfuerit tempore mortis suæ? Dic teneri ad restitutionem earum rerum quæ supersunt, nec tamen ad fructus etiam illorum. Et docet Papiensis in for. libelli quo agitur ex substitutione § ac per fideicommissum. Fideicommissarium compellere posse hæredem scriptum, ut Inuentarium conficiat de bonis hereditarijs, quia de eis & fructibus earum rationem illi reddere tenetur, per l. cum tale § i. ff. de condit. & demonstr. & Cyn. in Aut. sed cum Testator. C. ad l. Falcid. in ix. quest. Quæ tamen secundum diui Marci sententiam intelligenda puto, qui cum de fideicommissaria hæreditate cognosceret, his uerbis, Quicquid ex hæreditate mea superfuerit, rogo Titio restituas, boni uiri arbitrium inesse eredit. Quare quicquid medio tempore alienatum uel diminutum fuerit non interuertendi fideicommissi gratia, peti non poterit. l. Titius rogatus. ff. ad Trebellia. Cæterum si in perniciem fideicommissi alienata fuerint, ea non remittuntur. l. penul. in fi. ff. eo. Ut autem certus sit fideicommissarius, cautionem ab hærede fideicommissi nomine exigere debet, prouidereque ut fideiussores habeat eius quantitatis quam ex fideicommissio sperare poterat. d. l. Titius rogatus in fi. & d. l. cum tale § i.

Gratuus restituere quid quid superfuerit tempore mortis sue.

Postremo in hac materia nota, quod quanquam regulariter pendente conditione restitutionis, nihil alienare possit hæres ex rebus restitutioni subiectis, in fraudem fideicommissi, (cum huiusmodi alienata adueniente die uel conditione fideicommissi reuocarentur, ut habetur per nota. in l. serio. legato § i. de leg. i. l. si fundum. ff. de condit. & demon. l. si § sin aut. C. communia de lega.) tamen Dotis & Donatiouis propter nuptias, item alimentorum causa alienare tales res liceret, ut in Auten. res quæ. C. eo. tit.

Alienatio ex Fideicommissio quibus casibus sit concessa.

## DE EXHAEREDATIONE ET PRAETER

ITIONE. CAPVT V.

Exhe-





**H**eredare est eum, qui ad successionem nostram, uel ad hereditatem nostram legibus uocatur, ab eadem expressè excludere, & alienum constituere. Præterire uero est, neq; admittere neq; excludere eum qui alioqui iure nobis erat successurus, sed silentio omittere, ex quo ea ferè præsumptio colligitur, cum Testator eum inter ceteros heredes ad hereditatem suam non uocauerit, quòd neq; uoluerit heredem sibi fieri. Ex hereditatio autem & præteritio utraq; liberos tantum, & parentes respicit, hoc est, eos quibus iure omnino nature, hereditas nostra debetur, & qui ob id contra testamentum etiã ad hereditatem admittuntur. Quapropter remotiores agnati uel cognati, cū ad hereditatem nostram contra Testamentum non uocentur, & propterea nullum in ea ius contra tabulas sibi uendicare possint, eo ipso alieni à successione constituuntur, quòd Testator alios hæredes (quod iure potest) sibi elegit, & agnatis singulari iudicio prætulerit. Quare in huiusmodi personis que extraneæ Testatori habentur, inepta oculos est exhereditatio. l. quidam cum filium §. in eo aut. ff. de uerbo. oblig. Tollit igitur exhereditatio, uel cum causa præteritio, in liberis quidem continuationem Domini: sunt enim illi uiuo etiam patre quodammodo domini rerum paternarum, nec tam hereditatem accipere uidentur, quàm administrationem bonorum. l. in suis. ff. de liber. & posthu. In parentibus autem, naturalem & legitimam succedendi facultatem. Ad hanc autem uel exheredationem uel præteritionem non nisi ex maximis dignissimisque causis est descendendum, cum odiosa omnino, & naturali officio planè contraria sit. Vnde sanctissimè dixit Augustinus, Quicumq; uult exhereditato filio heredem facere ecclesiam, querat alterum qui suscipiat, nõ Augustinum: imò Deo propitio neminem inueniet. c. quicumq; xvij. q. iij. Similiter & Scæuola, institutiones benignè accipiendas, exheredationes autem non esse adiuuandas. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. Ut igitur exhereditatio ualere possit, hæc obseruanda sunt. Primum ut nominatim, & expresse fiat exhereditatio. Instit. eod. §. i. Secundum, ut purè fiat, l. iij. §. i. ff. de liber. & posthu. Tertium ut uniuersalis non particularis sit exhereditatio. Postremo ut ex causa legitima, eaq; testamento inserta fiat. Autem, ut cum de appella. cog. §. aliud quoq;. Legitimæ autem causæ propter quas liberi exheredari possunt xiiij. tantum in d. Autem, enumerantur. I. Si quis parentibus suis manus intulerit. II. Si grauem & inhonestam iniuriam eis ingesserit. III. Si in criminalibus causis eos accusauerit, quæ tamen non sint læsæ maiestatis aut perditionis. IIII. Si cum maleficis hominibus ut maleficus conuersetur, ita uetus habet translatio. Vbi legi debet, cum ueneficis, ut ueneficus. di.

Exhereditatio  
non esse  
adiuandas.

Requisita ad  
exhereditatio  
nem.

Causæ pro  
pter quas libe  
ri possunt ex  
heredari.



cus, dicit enim textus. ἢ μετὰ φαρμάκων ἢ φαρμάκῳ σιωνάσφεται. V. Si uita parentū ueneno aut alio modo insidiari conatus fuerit. VI. Si filius nouerca sua, aut patris concubina rem habuerit. VII. Si calumniator (συκοφάντης) contra parentes extiterit, & ob id grauia eos dispendia sustinere fecerit. hic, delator, habet uetus translatio. VIII. Si pro parentibus carceratis, uel pro persona uel debito eorum fideiubere, cum idonei fuerint, noluerint. Hoc tamen de masculis tantum liberis est sancitum. IX. Si Testari parentes prohibuerint. X. Si præter uoluntatem parentum filij inter arenas uel mimos uersentur, inque ea professione permaneant, nisi fortè & parentes eiusdem professionis fuerint. XI. Si parentes filia uel nepti maritū, & dotem pro facultatibus suis obtulerint, & dare studuerint, ipsa uero turpem uitam elegerit, & hoc, si intra xxv. annum sit ætatis. uerum si parentes xxv. annum excedere illam patiantur, tum si quid peccat, culpa parentum uidetur peccare, qui in tempore ipsius pudicitia consulere debebant: propterea eo casu exheredari non potest. XII. Si parentes furore occupatos, liberi non obsequio & cura sua prosecuti fuerint. XIII. Si parentes captos liberi non festinauerint redimere. XIII. Si liberi non sint Catholicæ fidei, neque in sacrosancta Ecclesia communicent.

CAUSAE uero propter quas liberi parentes suos exheredare possunt in d. Auten. & Sancimus, vij. enumerantur. I. Si parentes liberos suos ad interitum uitæ tradiderint, in quo tamen perduellionis crimen excipitur. II. Si uenenis aut ueneficio liberorum uitæ insidiati fuerint. III. Si cum nuru, uel concubina filij rem habuerint. IIII. Si filios suos Testamentum facere prohibuerint. in rebus de quibus habent testandi facultatem. V. Si liberos furiosos neglexerint. VI. Si liberos captiuos in uinculis emori sinant. VII. Si non sint ipsi Orthodoxi, aut Catholicæ fidei. Ex his igitur causis siue una uel plures commissæ uel à parentibus uel liberis fuerint, possunt illi qui testantur, ob eas exheredationem facere, ita tamen ut simul exprimant eam uel eas, quò constare de illis possit.

Quid autem, an ex causis quæ similes sunt enumeratis illis, aut fortè maiores, fieri possit exhereditatio? Hæc quæstio uariè per Doctores disputatur, maximè Iaso. in Auten. licet. C. de liber. præteri. communiter autem consentiunt, & maiores & similes causas exheredationem sustinere. Contra quam opinionem nemo tenuit (ut dicit Iaso. in d. Auten. licet) præter unum Martinum Laudensem.

Ceterum ex recentioribus sunt qui dissenserunt, in primis Curtius Papiensis in eadem Auten. & Viglius Zuichemus in si. cōmentarij Instit. de exhere. liber. & de inoffi. test. similiter in fine. qui negant ultra enumeratas, ullam aliam ingratitude causam esse ad-

*Cause ingratitude propter quas parentes exheredantur.*

*An ex similibus causis possit fieri exhereditatio.*



mittendam. Quorum quidem sententiam ego semper probaui, cum  
 expressa contra hæc dubiū sit dicti Autentici uerba, ( id quod etiam  
 Alexan. negare non potuit ) dum ait imperator. Quia causas in-  
 gratitudinis dispersas in legibus & non apertè declaratas inueni-  
 mus, quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitude[m] uisæ sunt:  
 aliquæ uero cum dignæ essent, prætermisæ sunt, necessarium esse  
 perspeximus eas nominatim præsentī lege comprehendere, ut præ-  
 ter eas nulli liceat ex alia lege ingratitude[m] causas opponere, nisi  
 quæ in huius constitutionis serie continentur.

Filia inscio  
 uel inuito pa-  
 tre an exhere-  
 dari possit.

Itaque si Imperator non quaslibet causas ( etiam dignas ) sed eas  
 tantum quas ipse diffiniuit, ad exhæredationem sufficientes esse uo-  
 luit, quare dubitamus quin præter illas, nullæ aliæ admitti debeant?  
 Nam quid profuisset illa certa determinatio Imperatoris, si ad maio-  
 res uel similes propè in infinitum extensionem facere liceret. Ex  
 prædictis colligi potest decisio illius etiam quæstionis, An filia quæ  
 inscio uel inuito patre nupsit, ob id exhæredari ab eo possit? Nam  
 cum inscio uel inuito patre nubere, non sit ex enumeratis xiiij. cau-  
 sis ingratitude[m], sequitur talem ingratitude[m] ad exhæredationem  
 non sufficere. Item quia necessitas paterni consensus remissa  
 est iure Canonum, quare ob eum neglectum puniri à patre hoc mo-  
 do non potest, ut latè per Petrum Anchota, Consil. xix. Incip. pro  
 solutione dubiorum. Alexan. Consil. xcviij. uol. i. Philipp. Deci.  
 Consil. cccxxi. Vbi latè hoc asserunt, & adeo quidem, ut si statuto  
 caueretur ne liberi citra consensum parentum nubant, sub pœna  
 priuationis dotis uel simili, quod etiam ipsum statutum nihil ua-  
 leret. Et hæc quidem in exhæredatione intelligenda sunt.

Præteritio  
 cum causa in-  
 ferta, quid o-  
 peretur.

Quid autem si quis prætereat filium cum adiecta causa ingrati-  
 tudinis, an huiusmodi præteritio ualeat, & exhæredationem operetur?  
 Vt si dicat: Titium filium nec instituo nec exhæredo, insidiatus est  
 enim uitæ meæ, aut: Titium pro præteritio haberi uolo, quia apo-  
 stata est. Azo in summa, de libe. præteri. tenuit exhæredationem  
 præsumi. Bald. autem in præfatione Decretalium in fi. scribit quòd  
 si Pater maledicat filio adiuncta iusta causa exhæredationis, quòd  
 per hoc non uideatur filius exhæredatus. Quod dictum Iason in  
 aut. licet. C. de lib. præter. singulariter extollit. Ego utramq[ue] sententiã  
 in suis terminis uerã esse puto. Vt em̄ exhæredatus nõ est, cui etiam  
 ex causa ingratitude[m] maledicẽt, ita negari non potest eũ ex causa  
 præteritum esse, qui dicta & inserta causa hæres non est scriptus, &  
 certum est præteritionem cum causa ualere. d. §. aliud quoq[ue].

Non solū uero ex eo præteritio uel exhæredatio sustinetur, si legit-  
 ma causa ingratitude[m] sit testamento inserta, uerum etiam si exhæ-  
 redatus



redatus uel preteritus filius abstineat, non contradicat, legatum agnoscat: quia tunc uidetur confirmare patris uoluntatem, l. filio. ff. de iniusto rupto. Item si patris exhæredantis Testamento se subscribat, quod fit nonnunquam in fauorem fratrum, l. non putauit & sua manu. ff. contra Tab. Item si exhæredatus post patrem moriatur, quod gloss. in d. l. filio. de æquitate non de iure procedere dicit, & uerè.

Casus in quibus exhæredatio ualeat.

In exhæredatione autem & præteritione singulariter est animaduertendū Testatori, an exhæredatus, habeat liberos. Et si habeat, tūc illos nepotes cautè instituere debet, ne mortuo exhæredato succedentes illi, rumpant Testamentum. Neque enim exhæredato filio, exhæredati simul sunt & nepotes, cum priuatio filij non sit priuatio nepotis. l. Gallus & quid si tantum. ff. de libe. posthu. l. qui in aliena & interdum. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. maximum uicium. C. de libe. & posthu. Similiter ingratitude matris non est ingratitude nepotum, l. Diui fratres. ff. de iure patro. l. emancipatum. ff. de Sena. & l. iij. & emancipatus. ff. de contra Tabel. Cum

em̄ duo sint succedendi modi, unus per priuationē seu remotionem, alter per transmissionem: per priuationem quidem, quando dicitur in locum alterius non ex illius persona, sed ex propria, illo tantum è medio ueluti obstaculo remoto: per transmissionem uero, cum quis ueluti surrogatus ex persona alterius succedit, ut habetur per Docto. maximè Bald. in iij. oppos. & Sali. cir. med. in l. si auus tuus. C. de liber. præteri. ueniunt in nostro casu ipsi nepotes per primum succedendi modum, & ita ex persona propria, ut per tex. in d. l. si auus, quare & ipsi sunt in euentum securiorem instituendi.

Duo succedendi modi.

Neque hæc in illis nepotibus solum qui ex filio nati, nobis sui aliquando fieri possunt, locum habent, Sed etiam in nepotibus ex filia natis, quanquam tales nunquam sui fieri possint Testatori, idque per Ius nouissimum, in d. & aliud quoque, ubi dicitur, Sancimus igitur non licere penitus patri uel matri, aut uel auia, proauo uel proauia, suum filium uel filiam uel cæteros liberos præterire uel exhæredes facere in suo Testamento &c. Idem dicit Bal. in l. si quis filium, col. ij. C. de inoff. testa. & Decius Consil. ccxxxvij in prin.

Hoc autem uicium exhæredationis uel præteritionis, de quo hactenus differuimus, testamentum reddit nullum quo ad institutionem tantum, cæterum legata, fideicōmissa, aliaque Testatoris prouisiones Testamento insertæ, nihilominus firmæ ualidaque consistunt. Auten. ex causa, C. de liber. præter.

h ij





Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda & i. Instit. eo. quod quanquã simile in ple-  
 riscq; sit Donationi causa mortis, tamen in quibusdam  
 differt. Nam legatum semper ab hærede traditur. Dona-  
 tio à quocunq;. Item in donatione obligatur donans, secus in lega-  
 to, quod quando cunq; reuocari potest. Item donans in annos sin-  
 gulos unam facit donationem, secus qui legat. l. Senatus in fi. ff. de  
 dona. cau. mor. Item accusans Testamentum ut falsum, amittit le-  
 gatum, non donationem. A Fideicommissis aut nihil differt,  
 cum hodie legata & fideicommissa per omnia legatis sint adæquata,  
 adeo ut quod desit legatis, ex natura fideicommissorum repleatur &  
 sed non. Instit. de Lega. Genera legatorum quatuor olim erant.  
 Sed hodie sublatis illis una omnibus legatis natura indita est & no-  
 stra autem, cum præced. Instit. eo. Species autem legatorum variæ  
 sunt, quædam enim pura sunt, quædam temporalia, in diem, uel ex  
 die, ut sunt menstrua, annua & c. quædam conditionalia, quædam ge-  
 neralia, ut lego tibi hominem, seruum, domum, cum plures testator  
 habeat, & tunc in dubio electio est penes hæredem, qui dabit quod  
 nec optimum nec pessimum est, sed mediocre, l. legato generaliter,  
 de leg. i. in homine tamen legato electio est penes legatarium. l. ij. ff.  
 de opt. lega. Generalissima aut legata, ut substantiæ animalis, non  
 ualent. Quædam specifica sunt quæ fiunt per istud pronomen qui,  
 quæ, quod. Vbi notabis aliquando esse demonstratiua legata per hoc  
 pronomen, aliquando conditionalia. Demonstratiua quidem quan-  
 do purè adduntur: ut quod habeo in cista, quod reposui. quæ de-  
 monstratio si falsa sit, nihil debetur. l. si seruus legatus & qui quinq;  
 ff. de leg. i. Conditionalia uero quæ respiciunt tempus, plerunq; futu-  
 rum, ut fructus quos habiturus sum, quod ex Arethusa mihi nascet.  
 Legare potest idem qui & testare potest. ff. eo. l. ij. similiter e con-  
 tra illi soli legari potest, qui & institui potest. Cæterum in legata-  
 rijs & donatarijs mortis causa, capacitas uno tantum tempore, uideli-  
 cet mortis, consideratur. l. in mortis, ubi uide gloss. ff. de dona. cau.  
 mor. l. si deportati seruo. ff. de leg. iij. Legari autem potest non so-  
 lum à nobis, sed etiam ab hærede nostro, ex Testamento, uel ab inte-  
 stato uenienti. l. si ita fuerit, de leg. iij. Item ab hærede hæredis no-  
 stri, uel legatarij nostri. d. l. si ita fuerit. Item ab omni ad quem ali-  
 quid uenturum est post mortem nostram. l. i. & sciendum de leg. iij.  
 Qui uero non honoratur, nec oneratur. l. ab eo. C. de fideius. & de-  
 ganter dicit I C. in l. sed & si sic, fi. de leg. iij. non recipiendum est, ut  
 cui nihil dederis, eum rogando obliges. Porro legari possunt res  
 omnes quarum saltem commercium est, & à priuatis adipisci possunt.  
 deriq; possunt.



deri q̄ possunt & non solum. Instit. eo. Neque distinguitur hoc loco, nostræ ne sint an aliæ. Siquidem utræque perinde legari possunt, d̄ & non solum. In alienis tamen rebus legatis differentia est. Si enim Testator sciuit esse alienas, legatum ualeat, cum uideatur hæ redem grauari uoluisse, ad illas redimendas, aut saltem ad æstimationem eorum. Sin ignorauit, neq; res neque eius æstimatio debetur. d̄ & non solum, quod uerum est, nisi ex alijs circumstantijs aut coniecturis de contraria Testatoris uoluntate appareat, ex qua colligi possit æstimationem ad minus eum præstare uoluisse l. si quis inquilinos, de leg. i. Item legari possunt non corporalia tantum, sed & in corporalia, ut sunt, seruitutes, iura, actiones, liberatio debiti. Similiter repræsentatio eius quod nos debemus: quod ita intellige, Testatorem posse id quod debet sub conditione uel ad diem, purè, ueliter legare. Ut illas aut legati est in repræsentatione, quod creditor postmodo etiam ante diem uel conditionem agere potest. Quotiescunq; in aliquid amplius ex legato habemus aut præc̄ij aut iuris aut alterius commodi, quam alijs eramus habituri, quantumuis exiguum sit illud, tunc utile ipsum legatum censetur & si quis debitori. Instit. eo. tit. l. cum res legata & si Titio, de leg. i.

Item legari possunt res futuræ, ut fructus in Tusculano prouenturi. Ea uero quæ neque sunt, neque erunt: aut quæ fuerunt, & esse desierunt, neque futura sunt, legata non ualent.

Item legari possunt res hostium, quæ ue nobis hostes ui abstulerunt. ff. eo. i. l. id quod, & l. seruus ab hostibus.

Item legari possunt facta, ut hæres meus damnas esto illi ædes reficere, illum are alieno liberare & sed & tale. Instit. eod. uel damnas esto, Titio uendere domum suam ad forum, tunc enim tenebitur hæres uendere uero precio: uerum si exprimat & taxetur ipsum precium à Testatore, puta damnas esto pro cc, Titio uendere, tanti uendere hæres cogitur, quãto dānatus est, l. si fideiussor & si de leg. i. Similiter legare quis possit, ut hæres suus talem rem à tertio emeret iusto precio. l. & si quo, de leg. i. Et breuiter omnia illa legari possunt, quæ iure expresse non prohibentur. l. cetera, de leg. i. ut sunt, que in cōmercio non sunt, alienari uel adipisci non possunt: puta, porticus, theatra, stadia, & similes. Et huiusmodi rebus legatis, nec ipse, nec æstimatio earum debetur. l. idem Iulianus & constat, de leg. i. Legari potest quibuscunq; uerbis, modo aptis, & sensum Testatoris significanter exprimentibus. i. ij. C. cōmunia de lega. satis enim est si de uoluntate cōstat. Et ideo error nominis, pronominis, agnominis, non uiciat legatum, dummodo in rerum nominibus nō erremus, quæ immutabilia ferè sunt. ff. eo. l. iij. Instit. eo & si quis in noie. Suprà dictum est legari posse uel purè, uel in diem, uel ex die,



completis enim temporibus redit ad heredem legatum, qui de eo cautionem à legatario exigere potest. l. si. C. eo. Item conditionaliter legari potest: conditiones autem possibiles esse debent, cum impossibiles pro non scriptis habeantur. l. si post diem. ff. quā. dies leg. ced. Similiter & turpes pro non adiectis aut scriptis habentur l. turpia, de leg. i. Conditionum tamen superuacue quędam sunt, ut est illa: Titius heres esto, & si Titius hereditatem adierit, lego Meuius x. quia debetur etiam si Meuius ante aditam hereditatem decesserit. l. si Titio §. i. ff. quan. dies lega. In summa ut ualeant legata, necesse est, ut certa sint, certam speciem, quantitatem, factum contineant, nisi in casu l. si cui de lega. iij. ubi annuum certum sine summe adiectione relinquitur. Item ut persona legatarij sit certa. Item ut ualeat ipsum testamentum in quo data sunt: corruente enim illo (nisi ex causa id exheredationis nel præteritionis fiat) etiam legata ruunt. Idem de Codicillis dicemus, si fortè in Codicillis relicta sunt legata. Postremo ut ea legentur, quę legari possunt, ut supra dictum est. In legatis autem singulari diligentia Notarius animaduertet, ut ipsa legata proprijs certisq; descriptionibus sumptis ex forma & signis eorum ita exprimat, ut à reliquis possint discerni, & indubitanter sciri de quibus Testator senserit. Dicit igitur: legat Titio scyphum argenteum talem, cum istis pediculis, sigillis &c.

Hęc ex plurimis pauca de legatorum, quę dari & non dari possunt, & quomodo, cognitione sufficiant. Nam reliqua legatorum iura, quando scilicet illa caduca fiant, quando cedant, quando peti possint, & alia similia, non tam ad Notariorum quàm Iureconsultorum pertinent peritiam.

## DE VARIIS TESTATORVM DISPOSITIO

nibus, præceptis, Prouisionibus, & Clausula Codicillari.

### CAPVT VII.



**M** unicuiq; rerum facultatumq; suarum constitutio melius quàm ulli alteri nota sit, iuxta quam alijs atq; alijs considerationibus extremam de illis ordinationem suam conficere & stabilire potest, meritò leges non modo liberum hoc cuique fecerunt, ut ex animi sui iudicio disponere de rebus suis possit, (l. i. C. de sacros. Eccles.) uerum etiam alia quęcunque ipsius benè concepta consilia attendi obseruarique uoluerit, dicitur enim in l. Lucius in fi. ff. de here. instit. Prudens consilium Testantis attendi debet. Cum igitur uoluntas sit quę utramq; (ut in prouerbio est) paginam faciat, in Testamento exprimet Testator non solum quę circa institutionem substitutionemq; heredum, aut legatorum dationem erunt necessaria, uerum etiam quę in uniuersum



uersum circa rerum suam successionem, adeptionem, & retentionem, obseruari uoluerit. Quæ quidem uoluntatis expressio non Enunciatiue, sed Dispositiue ab eo facienda est, cum non sufficiat ita Testatorem uoluisse, nisi etiam disposuerit, per tex. in l. quidam cum filiam. Vbi Bal. & Inno. ff. de here. instit. imò ne quidem uoluisse presumitur, quod non disposuit, ut notat Bal. per illum tex. in l. i. §. si autem ad deficientis. C. de ead. tollē, & ideo dicitur quòd uoluntas tacita Testatoris retenta in corde, non attenditur, sed ea demum quæ expressa cohæret, pro expressa habetur. Bal. in c. mandatum, extra de rescript. Quicquid igitur præterea erit quod curatum obseruatumq; circa rerum suarum successionem Testator uolet, liberè expressimq; disponere & potest & debet. Sunt autem uaria ea capita quæ iuxta institutiones & legata in dispositione testatorum ueniunt. Nonnunquam enim præcipiunt, nonnunquam interdiciunt, nonnunq; mutant, derogant aut reuocant, nonnunq; alias disponunt, pro ut cuiusq; Testatoris ratio conditioq; tulerit. Præcipere igit in testamento Testator potest quæ post mortē suam ab hærede uel legatario uult obseruari. ut si præcipiat filios ad certū tempus in cōmune manere, certū aliquod opus fieri, monumentum sibi extrui. Est aut in ipsis præceptis hæc differentia, quod illorū quædam iuris habent auctoritatem & necessitatem, ut sunt præcepta de restituenda hæreditate, de legatis præstandis, de implendis conditionibus &c. quædam iuris necessitatem non habent, sed arbitraria perinde sunt hæredi, ut Testatori fuerunt, nisi pœnam ille apposuerit, qua mediante ad parendum hæredem inducit. Talia sunt, ut filiam suam certo alicui collocet, ut ære alieno tertiam liberet, domum illius reficiat (nam ad hoc caput præceptorum, referendas puto illas damnationes hæredum.) Item ut monumentū splendissimè, funus magnificentissimè curent, in cappa Franciscana se sepeliant, & similia. Cum enim huiusmodi dispositiones nulla speciali lege seruari præcipiantur, Testator pœnam adijcere debet, uel pœnæ nomine ab hærede legare, quo uidelicet magis eum ut aliquid faciat uel non faciat, coërceat. Instit. de lega. §. Pœnæ quoq;. Hac forma: Item uoluit, mandauit & disposuit, quòd filij sui simul & cōmuniter habitent, & ad diuisionem bonorum communium non perueniant usq; ad decimū annum: quòd si contrà factum fuerit, uel si quidam ex illis ad diuisionem reliquos prouocauerint, damnauit pœnæ nomine, siue causa, eum uel eos qui contrà fecerint, aut reliquos ad diuisionem prouocarent, in C. libris tali personæ, uel monasterio legati nomine persoluendis, & sic in similibus.

Talia igitur præcepta quæ pœna sunt uallata, ualent: dum tamen præterea & legitima sint & possibile. Quæ enim pietatem, existima.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

exstimationem, uerecundiã nostram ledunt, id est contra bonos mores, derisoria, aut inepta sunt, pro non scriptis habentur. l. conditio nes, cum l. secus, ff. de cond. Instit. d. §. pœne nomine, in fi. Quare elegantet Modestinus respondit, Laudandum esse heredem, qui reliquias Testatoris non in mare secundum uoluntatem eius abiecit, sed in memoriam humanę conditionis, sepulture tradidit. Erat enim tale p̄ceptum non sobrię sanęq; mentis. E regione ineptas uoluntates defunctorũ circa sepulturam, ueluti uestes, uel si qua alia superuacua, ut in funus impendantur, non ualere Papinianus li. iiii. Digestorum, scripsit. l. si quis inquilinos §. si. de leg. i. Quam Papi niani sententiam ego iuxta ipsa omnino uerba accipiendam puto, scilicet quatenus ineptię sunt circa sepulturam uoluntates Testato rum: ceterum si aliquid pietatis huiusmodi p̄cepta haberent, stan dum Modestini responso crederem, qui, cum Meuia quædam dece dens hæredibus suis p̄cepisset, monumento suo alteris mensibus, lucernã accēdere, & solemnia mortis peragere: officio Iudicis com pellendos eos dixit, testatricis iussioni parere. l. Meuia decedens, ff. de manu. testa.

Interdicunt quoq; Testatores nonnunquam, ut cum prohibent Falcidię deductionem, Rerum ex hereditate sua hæredibus obuenu turarum alienationem. Item ne certa quadam seruitute in po sterum utatur, ne ædes suas alius tollat, & similia. quorum exemplo rum breuiter quædam declarabimus. Quarta Falcidia est qua drans totius hæreditatis, uel quarta pars hæreditatis, quæ heredi in stituto salua retinetur ex lege Cani Falcidię, qui tamen Tribunus ple bis fuit, si Eusebio in Chronicis credimus, cuius primo capite ad do drantem usq; legandi liberã facultas datur. Secundo uero, modus legatorum constituitur, dodrans egredi uetatur, & quarta pars hæ redibus salua conceditur. l. i. ff. ad L. falcid. Hæc differt à quarta Trebellianica, quod Trebellianica heredi datur de tota hæreditate restituenda grauato, & ex uniuersali hæreditate detrahitur. Instit. de fidei cohære §. sed quia stipulationes, imò in una etiam re sola detrahi posset, secundum Cy. in l. ij. C. ad l. falcid. sed falcidia datur hæredi legatis ultra dodrantem præstandis grauato, quæ non ex uniuersa hereditate, sed singulis rebus pro rata deducit. l. ij. l. plauti us. ff. ad Treb. & Bal. in l. quartã. ff. ad l. falcid. Huius igitur quar tæ Falcidiæ deductio per Testatorem prohiberi potest, ita ut coga tur heres contentus esse eo quod superest post legata, & ipsa legata integra persoluere: nisi quidem hereditatem repudiare maluerit. In Auten. de hære. & falcid. §. si uero expressim, & auten. sed cum Testator. C. ad L. falcid. Procedit autem hæc prohibitio ita de mum, si prohibens non ignoret uires patrimonij, quod in hoc casu in dubio

Prohibitio de  
deductionis Fal  
cidie.



in dubio præsumeretur, glo. in d. Auten, sed cum testator in uerb. non ignarus. Et ut tollatur dubium, consultū est, ut dicit ibi Bar. quod Testator prohibere uolens Falcidiæ detractionem, inserat ista uerba: Sciens uires patrimonij sui, & non ignorans, quæ doctrina notanda est Notarijs. Eodem modo, & quartæ Trebellianicæ detractionis prohiberi per Testatorem potest, cum ferè similes sint effectū, tenent communiter Docto. Bar. Saly. et alij in d. Auten. sed cum Testator. & Bar. in l. Marcellus. §. q̄ aut. ff. ad Treb. Ego tamen hic non excutio. Rarior sanè hæc prohibitio est superiore, minusq; frequentatur. Prohibetur etiam alienatio interdum à Testatore. Refert autem utrum talis prohibitio fiat ad tempus, an perpetuò. Simpliciter an ex causa. Si enim ad tempus fiat prohibitio: puta, item dicto hæredi meo interdico ne proximis x. uel xx. annis tale prædium alienet, tunc ualet ut aliud præceptum, si pœna esset adiecta, quæ omitti non debet. Cæterum si prohibitionem in perpetuum fecisset, siquidem simpliciter & sine causa, tunc ipsa prohibitio non ualet, imò hæres hac non obstante alienationem facere, & rei dominium transferre posset. Ratio est, quia non apparet persona quæ ex uoluntate Testatoris ius habeat rei uendicandæ. Sin autem prohibitio fiat cum causa expressa, quæ respiciat fauorem aliquarum personarum, puta descendendum, agnatorum, familiæ, apud quam uelit bona sua perpetuò remanere, tunc ualet talis prohibitio, & quamdiu supererit aliqua ex illis personis, quarum consideratione & respectu talis prohibitio facta esset, ea poterit rem illam uendicare, si res testatoris fuit. l. filiū familiæ. §. Diui. de leg. i. l. Lucius Titius. in pri. de leg. 3. Destinata est enim ea res uoluntate testatoris, cuicumq; de familia superstiti, etiam nondum nato. Ne tamen infinitas ex eo sequatur, hæc prohibitio etiam generalibus uerbis facta, ultra quartum gradum extendi non solet. §. i. in aut. de restit. fidei. Dec. consil. cclvi. Fauore autem aliquarum personarum factam esse prohibitionem præsumitur, quotiescunq; prohibitio facta commodum illarum personarum, non hæredis aut legatarij continet, etiam si expressum non est. Bar. & alij in d. §. Diui. Interdum et in ipsam rem cadit ille fauor prohibitionis, ut cum eius interest, ne alienetur, ne mutet dominos. ut si testator prohiberet alienari uasallos. l. generaliter. §. petitum. ff. de fidei. liberta. hic enim hoc agitur, ne ignotis & asperioribus dominis illi subiiciantur. Ex prædictis igitur obseruabit Notarius, quod cuiq; prohibitioni temporali pœnam, perpetuæ uero causam certarum personarum, uel rei ipsius fauorem continentem, apponat, alioqui enim tanquam nudum præceptum, non ualebit. d. l. Lucius Titius. Dictæ prohibitionis formam Ro

Prohibitio  
detractionis  
quartæ Tre  
bellianicæ.

Prohibitio  
alienationis



landinus talem præscribit. Item dicto uel dictis hæredibus suis prohibuit talis domus uel prædij alienationem, & longi temporis locationem, uel concessionem, quousq; compleuerit xxv. annum suæ ætatis, uel usq; ad x. uel xx. annos, post obitum ipsius testatoris: c. si contra fecerit, ipsum uel ipsos heredes poenæ causa damnauit in c. libris, præstandis ab eo tali monasterio uel personæ iure legati. Si uero in perpetuum prohibeat, tunc erit assignanda persona, cuius gratia fiat prohibitio, hoc modo. Item prohibuit omnino & in perpetuum talis domus uel turris, siue talium rerum alienationem, distractionem, longi temporis locationem, concessionem, et omnem cōtractum & actū, ex qua alienatio sequeretur, uel quæ in fraudem alienationis præsumptis fieri uel præsumi posset. Et hoc ideo quia uoluit rem uel res ipsas in posteros & liberos eius mares, ex linea masculina, ex eo uel eis in perpetuum descendentes, peruenire.

Mutant porrò, reuocant, uel derogant Testatores ultimis uoluntatibus suis, uel præteritis, uel futuris. Vt si cuidam in principio Testamenti cc. legauerunt, sub finem uero adimant c. aut è contra, si c. legauerunt à principio, sub finem iubent illi præstari adhuc cc. Item quando Testamentum antea conditum abolere, & quod in præsentia conficiunt, omni (etiam futuræ) eorum ultimæ uoluntati præualere uolunt. Et quidem de reuocatione planum est, quòd fieri possit, cum ambulatoria sit uoluntas hominis usq; ad mortem. l. 3. §. si. ff. de adi. lega. quare posteriore Testamento iure perfecto prius rumpitur & posteriore. instit. quibus mod. Testa. infir. Hoc saltem in dubium & quæstionem uocauit, Si prius Testamentum clausulam haberet derogatoriam, an in posteriore reuocari posset generalibus uerbis, puta: non obstante quocunq; Testamento, uel specialibus, sed non obstante tali clausula derogatoria, prioris mei Testamenti: Bar. in l. si quis in principio, per illum tex. de leg. 3. docuit specialibus uerbis reuocandum esse prius Testamentum: quam doctrinam communem esse dicit Nicolaus Boëtius in add. ad Cy. in regula. Quòd semel. de reg. Iu. lib. vi. ubi multa circa hanc quæstionem cumulat. Sciendum est igitur Notario differentiam esse maximam inter hæc uerba: hoc Testamentum meum firmum mansit, quod deinceps mutare & eius poenitere posse me nolo. Et hoc Testamentum meum adeo firmum esse uolo, ut si in posterum aliud fecero, illud ualere, & ei stari nolim. Priora enim uerba facultatis testandi abdicationem continent, quæ iure non ualent, cū nemo sibi ipsi legē imponere possit, cōtra quam uenire ei nō liceat: & bonis moribus repugnet sibi auferre liberam testamenti factionem. l. stipul. hoc modo. ff. de uerb. obliga. Posteriora uero uerba, non facultatis abdicationem, sed uoluntatis derogationem  
conti.



continent. Disponit. n. ne suo testamento posteriori stetur, quasi defutura sit illi uoluntas sua, & ita priori dispositioni derogat, et in dubium constituit posteriorem uoluntatem, quæ abesse præsumitur propter ipsam præambulatoriam derogationem. Quapropter ut appareat adesse uoluntatem secundo testamento, expresse et specialiter reuocanda est prioris testamenti clausula derogatoria. Sic enim inquit: Suprema uoluntas potior habetur. Nemo enim eam sibi legem potest dicere, ut à prioris uoluntate ei recedere non liceat. Sed hoc ita locum habet, si specialiter dixerit prioris uoluntatis se poenituisse, & uoluisse, ut legatarius plura legata accipiat, d. l. de rogationem quæ sit sequenti testamento ualere, quatenus, s. uoluntatem ipsam præiudicare potest. Libere autem facultati uoluntatis derogare uel præiudicare, si quis in prin. Ex quibus sequitur repetit. illi enim neminem posse. Quæ benè notanda sunt Notario, ut sciat quib. uerbis reuocationem & derogationem scribere debeat.

Dispositiones præterea uariè testamentis aliquando inseruntur, ex quibus aliquot potiores hic annotabo. Accidit interdum quòd Testator liberos habet impuberes, quib. Tutores ipse ordinare & constituere cupit: hoc potest in testamento uel codicillis. Et huiusmodi tutores Testamentarij dicuntur, plusq; reliquis sunt priuilegiati. Nam & omnib. alijs tutorib. tam legitimis quàm datiuis præferunt, & non satsdant, & confirmatione non indigent, nisi quantum ad administrationem, cum decretum administrationis necessarium sit in quolibet genere tutorum, secundum Bar. in l. legitimis in prin. ff. de le. Tuto. Potest tamen etiam ipse Testator illis Testamento decernere administrationem ut sua autoritate incipiãt administrare l. cui eorum. ff. de post. sicut aliàs legatario concedere potest licentiam accipiendi legati autoritate propria. l. Titia cum testamento. §. i. de leg. ij. Et tunc non opus est iudiciali decreto. Nec administrationem tantum liberè potest tutori remittere, uerum etiam Inuentarij confectionem. l. si §. illo. C. arbit. Tutel. sine qua nemo alioqui tutor uel curator ad administrationem admittitur, sed ut suspecti repelluntur. d. §. illo. Scies tamen quòd si iudici ex aliquibus causis & coniecturis uisum fuerit expedire pupillo, ut inuentarium conficeretur, quod nihilominus non obstante hac patris dispositione, tutorem cogere possit, ad inuentarij confectionem secundum Bar. in l. in confirmando. ff. de confir. tuto. Quæ autem huc usq; de datione tutorum, concessione administrationis, & remissione Inuentarij diximus, de patre intelligenda sunt, cui ob patriam potestatem (quæ inestimabilis est) talia conceduntur. l. i. ff. de confir. tuto. Aliæ uero personæ etiam coniuncte, ut mater, auus maternus, patruus & similes regulariter non possunt Tutoris in testamento pu

Datio tutorum

Administratio  
tionis à testa-  
tore concessioRemissio In-  
uentarij confe-  
ciendi



illis dare. Si enim dati sunt, non aliter administrare possunt, quā si à iudice sint cōfirmati, & satisdederint. d. l. i. cum l. seq. & l. tutores à patruo. ubi gl. eo. ti. A talibus igitur personis tutores dari non possunt, dati tamen per iudicem confirmantur. Sed & si quicumq; alius extraneus aliquem heredem pupillum scripserit, & eidem tutorem dederit, si ex ea nihil pupillus habeat in bonis, talis tutor similiter confirmatur, non malè enim dicitur (inquit I C) iudicium eius sequendum esse, qui & personam eius quem tutorem dare uoluerit, nouerit, & impuberem ita dilexerit, ut eum heredem institueret. l. si patronus. ff. eo. tit. Hæc aut̄ omnia in Tutoribus datis obseruantur.

Curatoris in  
testamēto da-  
tio.

Cæterum curator indifferenter, siue à patre, siue extraneis personis testamento datur, non rectè datur, sed confirmandus est à iudice. d. l. i. in fi. ff. de confir. tuto. uel cura. Huiusmodi datio Tutoris ad certum tempus, uel ex certo tempore, uel sub conditione, prout uoluerit testator, fieri potest. §. ad certum tempus, instit. qui Testa tuto. da. qua ratione etiam post mortem unius tutoris prouisionem facere de alio testator posset, ut dicat: Titium filij mei tutorem esse uolo, quem si ante pubertatem filij mei mori contigerit, tum eius loco tutor sit Meuius. Et notandum est ex prædictis Notario, si Tutores dentur in testamento, à personis quæ dandi ius nō habent, uel Curatores indifferenter à quocunq;, ut pro cautela apponat: Rogate testatricem uel testatorem, ut huiusmodi dati, iudiciali decreto confirmentur, & ad administrationem admittantur. In summa qualescunq; pias & utiles prouisiones & dispositiones Testator circa hæreditatem suam facere potest, imò ex honestate debet etiam, cum uiri boni sit, modis omnibus prospicere, ut in omni pace successio eius permaneat, nec altercationis cuiusdam (maximè inter fratres) oriatur occasio. l. cum oportet. §. Sin aut̄. C. de bon. quæ libe.

Clausula co-  
dicillaris.

l. non dubium  
§. illud. l. si  
unus. c. de te-  
sta.

Postremo cum uariè accidere possit, quòd testamentum propter defectum aliquem substantiæ ipsius, aut requisitarum solemnitatium nullum uel esset, uel fieret, atq; ita omnis ultima uoluntas testatoris concideret, consultum est adeoq; consuetum, Clausulam finalem, hoc est, codicillarem, testamento subiungere. Cuius formam Rolandinus ita præscribit. Et hanc suam ultimam uoluntatem asseruit esse, quam ualere uoluit iure testamēti: aut si sic non ualet, saltē iure codicillorum, uel alterius cuiuscunq; ultimæ uoluntatis ualere eam uoluit, & teneri ipsam, & omnia singula quæ in eadem continentur ab omni herede aut successore suo. Vel sic itaq; prædicta omnia & singula suæ ultimæ uoluntatis disponē asseruit esse uelle: quam ut testamentum ex testamēti iure ualere mandauit: & uoluit quòd si ex aliqua causa præsentis uel futura testamenti iure non ualet, saltē eam ius & effectum codicillorum habere uoluit, siue al-  
terius



alterius cuiuscunq; ultimæ uoluntatis inuiolabiliter obseruari, & efficaciter adimpleri mandauit.

Si igitur Testamentum

defectu uel substantiæ, uel solemnitatis alicuius laboret, tunc ultima uoluntas neque iure Testamenti, neq; iure Codicillorum ualeat: ut Testamentum non ualeat propter defectum, ut Codicilli non ualeat, quia de uoluntate Testatoris non apparet, quod Codicillos facere uoluerit. l. i. ff. de Codicill. Quare semper exprimenda est illa Clausula: Si non ualeat iure Testamenti, ualeat iure Codicillorum. tunc enim propter expressam uoluntatem Testatoris resurgit Testamentum in ius Codicillorum. d. l. i. l. fi. C. eo. dum modo tamen tot & tales solemnitates adsint, quæ in Codicillis requiruntur: puta quod assint ad minimum v. Testes &c. Hæc autem Clausula Codicillaris operatur aliquot notabiles effectus. Primus, quod legata & fideicommissa ex Testamento ualeant, Instit. de cod. in prin. Secundus quod institutio in Testamento scripta, licet directa sit, conuertatur in causam fideicommissi. l. Sequola. ff. ad Trebell. Tertius quod dicta clausula posita in secundo Testamento inualido, tollit primum Testamentum quo ad legata, ut not. Bart. in l. si iure. de leg. 3. Quartus, quod operatur repetitionem legatorum à uenientibus ab intestato. glo. & Docto. d. l. i. ff. de iur. Codicill. quod tamen restringitur ad eos tantum qui sunt in primo gradu, non ad ulteriores. Quare si prior in gradu ab intestato repudiaret hæreditatem, qui consequenter illi succederet, non teneretur ex dicta Clausula ad legata. gl. in l. non iustam. C. ad Trebell. quam Ange. Areti. singulariter commendat, Instit. de Cod. in prin.

Effectus codicillaris clausula.

Quid autem si ommissa planè sit hæc clausula, an nihilominus Testamentum aliquo modo possit iure fideicommissi uel Codicillorum ualere? Bald. in d. l. i. ff. de iur. Codi. distinguit, aut uerba Testamenti mere directa sunt, uel ea inserta sunt quæ Codicillis non conueniunt, puta exhæredatio, tunc eo casu Testamentum non ualeat ut Codicilli, cum certum sit ipsum Testatorem Testamentum facere uoluisse. l. nec Codicillos. C. de Testa. l. i. & l. illud. §. tractari. ff. de iure Codi. aut uerba Testamenti sunt communia, quæ cum reliquis insertis fideicommissi uel codicillis, perinde conuenire possunt directe institutioni uel Testamento. hoc casu putat ualere posse ut Codicillos. Vlpianus tamen tradit sæpissimè rescriptum & constitutum esse: scriptum in Testamento quod non ualeat, licet quasi in Codicillis potuerit ualere, tamen non deberi. d. l. i. Itaq; hæc quæstio ex facti potissimum qualitate & circumstantiis disceptari posset.





Codicilli plurali numero semper proferuntur, sicut et pugillares, & liberi, l. ceterorum. ff. de uerb. signi. quancp singulari quoq; numero (parum latine tamen) in quibusdam constitutionib. leganeis. Continent aut ipsi ultimę uoluntatis nostre testationem, simplicem tamen & minimę solemnem. Differunt codicilli à testamento multis modis. I. Quod in codicillis hæreditas neq; dari, neq; adimi potest, sed um per fideicommissum, quare & substitutio facta in Codicillis non aliter quam ex causa fideicommissi ualet. l. diui. ff. eo. idq; ne ius Testamentorum & codicillorum confundatur. II. Quod exheredatio similiter non fieri potest in Codicillis. Instit. eo. §. Codicillis. III. Quod in Codicillis non potest adijci conditio hæredi, qui purè in testamento scriptus est, nec heres eidem parere tenetur, d. l. diui. IIII. Quod in Codicillis v. testes etiam non rogati sufficiunt, inter quos mulier quoq; admittitur. l. si. C. eo. cū gl. ibi. V. Quod Codicilli nullam solemnitatem, nullam ob signationē aut subscriptionem testiū requirunt, d. l. diui. §. codicillos etiam §. si. Instit. eo. q; secus est in Testamento. VI. quod nemo pōt decedere duob. testamētis cōfectis, quorū utrū que ualeat, cū posterius semper tollat prius. l. ff. de iniust. rup. Codicillos aut plures quis relinquere potest, qui omnes & singuli ualent nec sese inuicē tollūt, nisi quatenus cōtrarij sunt, tunc em posterioribus statur. l. cū pponatis. C. de cod. Ratio differentię est, q; in testamētis fit heredis institutio, que est dispositio uniuersalis, de omnib. bonis, quæ non potest diuersificari quin posterior priorem tollat. Codicilli aut dispositionem de re certa, & singulis bonis cōtinent, ut mirum nō sit si facile multiplicari aut diuersificari possint. In reliquis aut fere omnib. testamenta & codicilli conueniunt, nam & ille demū codicillos facere potest, qui iure testari potest. d. l. diui. §. codicillos. Item infirmantur eodem modo Codicilli, quo & Testamentū, q; uerum est si fiant à testato. Sin fiant ab intestato, tū agnatione posthumi non infirmantur. l. si quis eum. ff. eo. capitis quidem diminutione perinde irriti fiunt, sicut & ipsum testamentū. Dupliciter aut fiunt Codicilli, à testato, id est cum testamentū uel p̄cessit quo confirmati sunt: uel subsequitur, quo confirmantur. ad testamentū .n. quod quoquo tempore factū est, codicilli pertinent. l. ab intestato. ff. eo. tit. Aut ab intestato, id est cum nullum Testamentum factum est, & intestatus paterfamilias mortuus est, hoc enim casu nihil desiderant Codicilli, sed uicem Testamenti exhibent. d. l. ab intestato, & .l. non idcirco. C. eo. Et ita intelligo prædictas leges. Ceterū quod Azo & alij dixerunt codicillos tam sine scriptis quam in scriptis, ad instar Testamentorum confici posse, de hoc ego dubito

Codicilli à testato & intestato.



bito: quanquam l. si. C. de bo. libe. quam adducunt, ita ferè loqui uideant: *Codicilli autem possunt fieri sine scriptis.*  
 Mihi enim hæc sententia cum ipsius uocabuli significatione & natura pugnare uidetur: & absurdum planè si eum qui nuncupauit aliqua legata, codicillos fecisse dicamus, nec etiam aliorum quam scriptorum codicillorum Iureconsultos (quod ego quidem sciam) passim in legibus meminisse uidemus. Et si ulla est inter Testamentum & codicillos differentia, hæc mihi uel præcipua uidetur quòd Testamentum tam in scriptis quam nuncupatiuè fieri possit: codicilli autem ex sui natura scripturam semper exigant. Et ueluti Tabulas semper de Testamento scripto intelligimus, ita codicillos de scripta tantum circa legata & fideicommissa ultima uoluntate intelligendos puto: quod insuper ex usu quoque, propter quem inuenti admissique sunt, magnæ scilicet ac longæ peregrinationes, quæ apud ueteres erant, colligi potest. Quapropter eum locum qui ab illis ex d. l. si. adducitur & singularis est: nempe uero, uel in his quæ ex Testamento uel codicillis scriptis, uel sine scriptis habitis proficiuntur &c. ita legere malim, ut pluralem numerum potius ad Testamentum & codicillos simul, quam codicillos tantum contra uerbi naturam, referam. Denique Iureconsultus Paulus quatuor tantum modos, quibus codicilli conficiuntur, recenset, in l. conficiuntur, nec tamen codicillorum nuncupatiuorum meminuit. Ex supra dictis colligitur præter Institutiones & Substitutiones directas, & quæ contraria illis sunt, exheredationes, ademptiones, aut saltem conditionales aggrauationes, omnia ferè reliqua codicillis rectè mandari posse. Fideicommissa, prælegata, legata, ademptiones legatorum, Tutorum quoque dationes, qui quidem tutores etiam ipsi Testamentarij dicuntur. l. Testamento. ff. de testa. tute. Est tamen quædam in his per codicillos dandis differentia. Nam si ipsi codicilli Testamento confirmati sunt, ualet datio Tutorum. d. l. Testamento. Sin autem codicilli Testamento confirmati non sunt, tunc non tenet quidem datio: confirmandi tamen nihilominus sunt decreto iudicis. l. i. ff. de confir. Tuto. Non minus igitur Codicilli (dum modo rectè sint confecti) ualent ipso testamento, sed eorum ius singulare est, ut quæcunq; in his scriberentur, perinde haberentur, ac si in Testamento scripta essent. l. si. Codicillorum. ff. eo. tit.

## DE TESTAMENTO NUNCUPATIVO.

## CAPVT. IX.



Væ sunt testandi uia, ut supra dictum est, una in scriptis, altera per nuncupationem. Nuncupatiuum Testamentum dicitur quod sine scriptis fit, ubi Testator septem testibus adhibitis uoluntatem suam coram eis uia uoce nuncupat. *Instit. de test. ord. si.* Quanquam autem ex com-  
 mu.



inuni more ( qui sanè laudandus est ) talia quoque Testamenta plerumq; soleant in scripturam redigi, tamen ea scriptura de substantia non est, cum nihil operetur ad Testamenti confirmationem, sed tantum ad probationem ipsius certiolem, clariolem & durabiliolem, ut & alijs in contractibus solet, contrahitur. ff. de pigno. l. cū te transegisse. C. de pact.

Hoc Testamentum eundem numerum testium, quem testamentum solemne, requirit, nempe vij. eandem porrò eorum conditionem: item ut rogati sint. Sufficit autem à Notario saltem rogatos esse. glos. in Auten. rogati. C. de Testib. ubi Bald. & Iason in l. hac consultissima, in i. col. C. de Test. imò etiam post conditum Testamentum sufficeret esse rogatos, dum tamen in continenti fieret, ut dic. Iason in l. serui electiorne. cir. fi. de leg.

Item unus testandi contextus peculiariter in hoc Testamento nuncupatio exigitur. Et in summa, omnia quæ de substantia scripti testamenti esse suprà retulimus.

Reliquæ autem solemnitates quæ in subscriptionibus, obsignationibus, & similibus consistunt, in Nuncupatio non requiruntur.

Si quis igitur Nuncupatiuè testari uolet, adhibebit vij. legitimos testes, aut plures ( cum consultius semper sit plures adhibere, in eū euentum si fortè quidam ex illis vij. non satis essent idonei, ut legitimus tamen ex habilibus numerus superesset ) coram quibus ipse uiua uoce omnem uoluntatem suam circa hæredes, legata, & alias Testamentarias dispositiones exprimet & nuncupabit, et postremo præsentem illos in testes rogabit.

Hæc tota forma est Testamenti Nuncupatiui, in quo sola ipsa nuncupatio solemnis est, & de forma requisita.

Si autem tutius testari uoluerit ille, eadem omnia coram Tabellione in Testium præsentia faciet, qui talem nuncupationem & omnem uoluntatem suam excipiat, in scripturam fidedignam & autoritate sua comprobata redigat, ita ut communiter etiam ac passim fieri consueuit.

Quid autem si Testator ex aliqua fortè causa in hoc nuncupatio Testamento, nomen hæredis celatum cupiat, an aliquo modo legere possit, cum hic palam sint omnia nuncupanda? Dn. Viglius Zuichemus, ex Bartolo annotauit hoc modo posse, si dicat: Eum hæredem esse uolo, quem in epistola scripsi apud Vestales uirgines deposita, hanc enim hæredis nominationem, tametsi obscuram aut demonstrationem potius sufficere, & hanc Bartholomæi sententiam cæteros quoque approbare scribit. Similiter & hoc quæstionis est, cum nuncupatio uiua uoce à Testatore fieri debeat, an ille Testamentum antea conscriptum, iubere possit per alium prælegi testibus; & an satis sit si perlectum coram illis denique approbet?

Fieri enim potest ut nonnunquam multuari-

*F. in i. si ita scripsero. ff. de codit. & de.*



uarięque sint dispositiones, quas longum illi esset & impossibi-  
le fortę tam exactę dispositęque referre, ut in scriptura præme-  
ditatę concepit. Nam & meipsum aliquando ut testem in Nun-  
cupatio testamento multorum adeo foliorum, interfuisse me-  
mini, quod Senex Testator ( quanquam sanus adhuc ) prælegi  
nobis per Tabellionem iubebat: perlectumque cum esset, suum  
Testamentum esse debere & se uelle, ipse peroratione sua pro-  
fitebatur: tum hæredum institutiones nominatim repetebat,  
reliqua capita omnia, prout prælecta erant, communiter compro-  
babat: nosque imprimis, & inde Notarium in huius prælectę  
uoluntatis suę, quam iubebat Notarium de uerbo ad uerbum  
Instrumento inseri, Testes rogabat. Et ex nobis quidem  
nemo erat, qui Testatorem rectę uoluntatem suam Nun-  
cupasse dubitaret. Et quod hæc nuncupationis forma de iure  
sustineatur, communiter etiam à Doctoribus tenetur, secundum  
Iason. in l. iubemus. C. de Testa. Sunt tamen quidam, inter  
quos etiam est clariss. Iureconsultus Dn. Viglius Zuichemus, qui  
dubitabat an satis rectę nuncupauerit, qui dictatam uoluntatem su-  
am à Tabellione prælegi testibus fecit, & ita genuinam Nuncu-  
pationis formam omisit, qui tamen in ea tandem sententia conqui-  
cuit, ut communi opinioni subscribat, si hæc uoluntas Testato-  
ris coniecturis quibusdam adiuuetur, & absit suspitio suggestam  
hanc esse scripturam. Cui sententię & ego facilę acquiesco.  
Si enim ea uoluntatis enarratio quę prælegitur, ab aliquo ter-  
tio esset concepta, testatore ipso ægritudine iam propę cõfecto,  
ut non satis sciret quid ageretur, & tamen ne planę in testatus de-  
cedat, annuat, nulla præcedente iusta deliberatione, aut substi-  
tente solido iudicio: nemo dubitabit, huiusmodi prælectionem  
non sufficere pro uera nuncupatione.

Sin autem testator aut ipse uoluntatem suam omnem ex ordi-  
ne iam antea conscripsit, aut à prudentibus sibi conscriptam, re-  
cognouit, & deliberato animo firmoque consilio coram testibus,  
alio prælegente ( cum ipse fortę per ægritudinem minus posset )  
publicauerit, insuper etiam uoce sua esset protestatus, omnia &  
singula ea ita se uelle, iubere, disponere: tum non uideo quid am-  
plius disceptemus, cum clara atque manifesta sit testatoris uolun-  
tas, quam impium esset nimis anxia subtilique iuris ratione subuer-  
tere, cum & publicę intersit suprema hominum iudicia exitum  
habere. l. uel negate. ff. quemad. test. aperia.

Porro autem si quis rogaret, utra commodior esset & securior  
testandi uia, solemnne, an uerò Nuncupatiui Testamenti respon-  
deri posset, si quidem uoluntatis suę arcana propalata alijs Testa-



tor nollet, debere illum in scriptis testari, ut antiquitus ferè omnes testabantur. Habet tamen hoc genus testamenti præter uariarum solemnitatum molestias & curam, eam quoq; difficultatem, quòd mortuo Testatore in iudicium aliquando productum, aliter non probat, nisi coram iudice compareant testes, & subscriptionem sigillaq; sua recognoscant. ff. l. si. quis ex signatoribus. ff. quemadmod. test. aperi.

Sæpenumero autem testes commodè haberi non possunt, interdum & mortui sunt, quo casu testamentum tanquam priuata scriptura nihil probaret, & porrò probationibus destitutum esset. Quare Bartolo periculosum uisum fuit in scriptis testari: & pleriq; consuluerunt, nuncupatiue coram Tabellione, & vii. testibus esse testandum. Tunc enim nihil opus erit, testes amplius sistere, sed ipsa Notarij scriptura tanquam autentica plenè rem gestam omnem probabit, etiam mortuis testibus. Barto. in l. tabularum. ff. quemad. testa. aper. ubi dicit hoc de consuetudine obseruari. Imò & iure cautum est instrumento semper dari, donec contrarium probetur. l. optimam. C. de contrahen. stip. Et ita quoque Angelus Aretinus consuluit, in tracta. de testa. in uers. Suum testamentum Nuncupatiuum. cir. med. Gloss. & Docto. in l. i. C. de testa.

Postremò circa hunc Tractatum omittere non possum, de quo aliquando apud me, cum quidam testari uellet, quæsitum est. Nempe uero, An consultum esset, quòd testator pro maiori cautela siue confirmatione, Testamentum suum Nuncupatiuum per Tabellionem in scripturam redactum, ipse manu sua subscriberet, & sigillis porrò Testamentum consignari faceret? Et respondi mihi hoc non probari. Hanc enim cautelam cum minimè necessaria sit, etiam obesse testatori facile posse: eò quòd faceret totum actum dubium & obscurum, utrum uidelicet in scriptis, an uerò Nuncupatiue testari uoluisset. l. Codicillum. C. de Testa. præsertim cum hoc esset contra stylum Notariorum, & communem morem, quæ uarietas pareret ambiguitatem, ut dixit Bald. per illum text. in Constitutione cordi. C. de emen. Iustini. Cod. Item quòd tam insolita clausula argueret suspicionem ipsius Testamenti, ut dixit Barto. Socci consil. xxij. col. vi. post glo. & Docto. in l. ij. ff. de condit. & demonstr. Vbi etiam ipse tandem concludit in simili ferè puncto, quòd tum talis mos testandi sit in usu, improbam esse superstitionem cum inuenire. in d. cons. col. ix. per cjs. extra de transa. præla. & alia plura allegata.



## DE DONATIONIBVS CAUSA MORTIS.

## CAPVT X.

**R**eliquum est ut de donatione quæ mortis causa sit, tractemus: est enim ea tertia species ultimarum uoluntatum. Si quis igitur consideratione mortis siue instantis, siue futuræ aliquas res donat, ea intentione ut si ipse superueneret, aut se uiuo donatarius mortem prior obiret, eas ad se redire uelit, mortis causa donare dicitur, & censetur ultima quedam uoluntas. l. si. C. de dona. caus. mor. & legatis ferè per omnia adæquantur. Instit. de dona. §. hę. mortis causa. Huius causa donationistres species recenset IC. in l. ij. ff. eo. Prima est, cum quis nullius periculi metu conterritus, sola cogitatione mortis donat. Altera, cum quis imminente periculo commotus, ita donat ut statim res accipientis fiat. Tertia si quis periculo mortis non sic dat ut statim fiat accipientis, sed tunc demum cum mors fuerit insecuta. Donationem mortis causa facere possunt omnes qui de iure testari possunt. arg. l. diuus. §. si. ff. eo. excepto filios familiās, qui licet testari cum consensu etiam patris non possit, donationem tamen causa mortis facere potest. l. tam is. ff. eo. Similiter etiam omnibus causa mortis donari potest, quibus iure legari potest l. omnibus. l. senatus. ff. eo. capacitas autem ipsorum donatariorū tempore mortis tantum inspicitur, non tempore donationis l. in mortis. ff. eo. Hęc donatio qualitercunq; hodie, etiam pacto nudo fieri potest: gloss. in l. cum Pater. §. Meuius. de lega. ij. Bart. in l. i. ff. de donat. causa mort. dummodo fiat præsentis & acceptanti, aut alteri nomine illius recipienti. l. inter mortis. ff. de donat. caus. mort. quemadmodum & in alijs donationibus hoc requiritur. l. illud. Vbi Paul. Castren. C. de sacro. Eccles. Dicit tamen posset, quòd inter absentes, saltem iure fideicommissi (ad quod qualiacumq; uerba sufficiunt. l. fideicommissa. de lega. iij.) ualeat huiusmodi donatio, uide gloss. in l. i. C. eo. Item fieri debet expressis uerbis, de consideratione mortis uel alterius periculi, ut dubium non sit quo animo donatum sit, neque enim eo ipso quod quis moriens donat, mortis causa donare uidetur. l. sena. §. si. ff. eo. Caterum si mentio mortis habita sit in ipsa Donatione, semper præsumitur mortis quoque causa facta esse, nisi ex alijs argumentis de contraria uoluntate appareat. Bart. in l. si. C. de pact. Item fieri potest in quantacunque summa, neque hic requiritur insinuatio. l. ulti. C. eo. quod notandum est. Postremum, fieri debet quinque testibus præsentibus. l. si. C. de donat. caus. mort. tot enim ad quamcunque ultimæ uoluntatis speciem, excepto testamento, requiruntur l. si. C. de Codicill.

Quomodo sit  
facienda hæc  
donatio,



Donatio  
quando reuo  
cari possit.

Cæterum hoc peculiare est huic donationi, quod postea quan-  
docunque licitè reuocari potest, potissimum autem ex tribus cau-  
lis. Prima, Si quis æger donauerit consideratione & causa mor-  
tis, postea uerò ab ea ægritudine conualuerit. Secunda si dona-  
torem factæ donationis pœniteat, siue sanus ille siue æger sit, cum  
ambulatoria sit hominis uoluntas. Tertia, si prior decefferit is  
cui donatum est, ut hæc colliguntur. Instit. eo §. mortis causa.

Item quia de natura omnino huius donationis est, quòd dona-  
tor ea quæ causa mortis donat, se potius habere uult, quàm eum  
cui donat, illum deinde potius quàm hæredem suum. l. Senatus §.  
sed mortis, ff. eo. Et hæc uera sunt nisi donator dixerit irreuoca-  
bilitè sese donare, tunc enim nullo casu fit repetitio. d. l. Senatus §.  
mortis causa, in fi. quod notandum est Notario, ne temerè hanc  
Clausulam inserat, Et irreuocabilitè uoluit & c. nisi sit de mente &  
sententia donatoris.

An ueniant  
fructus cum  
reuocatione.

Quæritur autem, an in hoc casu quo reuocarentur res donatæ,  
simul etiam fructus inde percepti reuocentur, & restituendi sint.  
Et dicitur, fructus etiam uenire. l. cum quis mortis causa, ff. de con-  
dit. caus. dat. licet secus sit in reuocatione donationis inter uiuos,  
Ratio autem diuersitatis est, quòd donatio causa mortis perfecta  
non est, sed in euentum mortis suspensa, ut mirum non sit, si fru-  
ctus interea temporis non faciat suos donatarius: cum nec res suæ  
sint absolute, uerum donatio inter uiuos statim ab initio perfecta  
est & ualet, & rerum dominiū in donatarium translatum est, quare  
fructus quoque suos facit, nec illos restituit, etiamsi res ex aliqua in-  
gratitudinis causa restituere cogeretur. ita intelligitur. glos. in l. ge-  
neraliter §. plane si minus, ff. de fideicommiss. liber.

## DE SVCCESIONIBVS AB INTESTATO

### Periocha. CAPVT XI.



Mnis hæreditas duplici nobis iure defertur, uel ex Te-  
stamento, uel ab intestato. Potior autem semper est  
causa Testati, quare omnibus illa modis ut ualeant,  
interpretationibus largioribus alijsque modis adiuua-  
tur. Et regula est, quòd quamdiu hæreditas ex Testamento adi-  
ri possit, ab intestato non deferatur. l. quam diu, ff. de acqui. hære:  
l. antequam. C. cōmunia de success. Vbi uerò hæreditas ad cau-  
sam intestati recidit, id quod quadupliciter fit, uel nullo planè Te-  
stamento condito, uel condito quidem, sed non iure: uel iure con-  
dito sed postea rupto, agnatione & similibus modis; uel iure abso-  
luto qui



luto quidem Testamento: uerum hæredum aditione destituito: his inquam modis ubi hereditas in causa Intestati peruenit, certa in eunda est eorum ratio qui uolunt succedere, quatenus scilicet attineant defuncto, aut ex quo capite sibi hereditatem illius uendicent.

Quum autem in personis, quæ nobis attinent, magna sit differentia quibusdam sanguine nobis coniunctis, quibusdam affinitate, Sciendum principio est ius solos agnatos cognatosue (inter quos hodie nulla est in successione ab intestato differentia) considerari: affinitatis autem rationem nullam haberi, l. affinitatis iure, C. cõmunia de success.

Veniamus ergo ad consanguineos, agnatos & cognatos eorum, quæ iura excutiamus. Tres autem sunt horum ordines, Primus ascendentium, nempe parentum: alter descendentium, ut filiorum & suorum hæredum: postremus collateralium, ut consobrinorum.

Descendentium semper prima causa est, quapropter reliquis omnibus præferuntur. Hæc enim hereditas illis iure nature debita est, adeo ut uiuis parentibus quodammodo paternarum rerum domini uideantur, l. in suis, ff. de libe. & posthu. Sunt autem Descendentes, id est, filij (sub his complector & reliquos, qui eiusdem sunt iuris, cuius fuere parentes eorum) in quintuplici differentia.

Primo legitimi & naturales, & illi succedunt in totum, uel ex partibus uirilibus, si plures sint.

Secundo sunt Legitimi tantum, Et illi similiter ab intestato succedunt, patri tanquam sui, l. penult. §. Sed si quidem, C. de adop.

Tertio naturales tantum, & illi succedunt patri in duabus uncis (si neque soboles ciuilibus, neque coniunx superstit legitima) ut matri inter eos uirilibus portio (si superest) detur. Testamento uero posset Pater naturalis, si sine liberis decederet, totam substantiam illis relinquere: parentibus tantum, si extarent, legitima relicta. Auth. quibus mod. na. effi. legit. §. si uero filios, & §. si coll. vii. Filij tamen aut nepotes filiorum naturalium non succedunt auo aut proauo paterno, l. si. in si. C. de natu. libe. Matri uero pariter cum alijs filijs naturalibus & legitimis succedunt, l. si quæ illustri, C. ad Sena. Orph.

Quarto sunt Spuriij, ἀπαρτοί, qui cum non habeant patrem, non nisi matri succedunt & alijs ascendentibus per lineam fœmininam, §. nouissimè. Instit. ad S. C. Orph. etiam si sit illustris, dum tamen alij non extent liberi legitimi.

Postremo sunt qui nati dicuntur ex damnato coitu, uel nephario: multo quidem deterioris conditionis, quum nec patri nec matri succedant



omni legi beneficio indigni, adeo exosi iuri ciuili, ut nec ali debeant. Auten. ex complexu. C. de Incest. nupt. Iure tamen canonico, extra de eo qui dux. in matri. &c. Statuitur ut communibus expensis alatur. Legari quoque eis posset alimentorum & dotis nomine &c.

Sed quid si legitimentur huiusmodi filij? Et certum est, si consentiente uolenteq; patre legitimentur, iure legitimationis, ut suos succedere & tunc nobis. Auten. de nupt. Idem est si Pater uel in Testamento disposuisset, in his enim duobus casibus non requiritur agnatorum citatio. Auten. idem si quis. C. de na. libe.

Sin uero post mortem patris legitimentur, non ualere legitimatio in præiudicium agnatorum, quibus iam Ius ab intestato quæsitum est, nisi citarentur. Bart. l. Gallus & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. ait etiam hoc principem absolute posse, si de certa scientia faciat. In hac Descendentium successione duo sunt peculiaria. Primum, successio in locum patris in infinitum, quæ uocatur in stirpes. Alterum quod hic non inspicitur graduum prioritas, nec remotior per propinquorem excluditur.

Proxima ratio habetur Ascendentium. Nam illis ubi nulli sunt Descendentes, defertur hæreditas. Auth. de hæred. quæ ab intest. & i. & nulla. Nisi in casibus, quando parentes ob delictum suum excluduntur à successione. Sunt igitur Ascendentes uel pari gradu: ut Pater & Mater: aut altius, tertio aut quarto gradu: & tunc pariter succedunt æqualibus partibus. Hoc tamen obseruato, quod in bonis quæ à patre uel alio ascendente paternæ lineæ ad filium peruenerunt, solus Pater uel agnati: in bonis uero quæ à matre, uel ex materna linea peruenerunt, soli cognati succedant. Bart. in l. quod scitis. C. suc. & legit. her. ubi dicit casum esse ad hoc singularem. Vel sunt dispari gradu: & tunc proximior excludit remotiorem. Vnde mater excludit auum paternum, etiam quo ad bona paterna & consequens. Auth. de hære. ab Intest. Vel concurrunt cum Ascendentibus fratres uel sorores utrinque coniuncti, aut filij fratrum, & tunc hæreditas diuiditur in capita, frater tamē ex altero tantum parente coniunctus non admittitur cum ascendentibus, ut d. & consequens. Item remanent cuique lineæ si qua per eandem ad defunctum deuenere &c.

Priuilegium quoque datum fratrum filijs utrinque coniunctorum, ut cum ascendentibus succedant, aut, ut in sui parentis locum succedant patruo, non extenditur ad nepotes fratris defuncti. Aut. de hære. quali. & diff. & si igitur.

Postrema



Postrema ratio habetur collateralium. In istis hoc ordine proceditur.

Primo uocantur fratres consanguinei, utrinque coniuncti, in capita.

Secundo his non extantibus, fratrum filij, in stirpes. Si uero sint fratrum filij utrinque coniunctorum, succedant secundum Azonis sententiam, in capita. Hoc quoque notandum est, filios fratris defuncti, præferri patruo suo, quanquam eiusdem gradus sit. Ratio est quòd natura successionis procliuior est ad uocandum descendentes quàm ascendentes.

Tertio his cessantibus, uocantur fratres uterini tantum, nam duplicitas uinculorum in fratrum filijs eos excludit, quare post eos demum uocantur. Ista tamen duplicitas in fratribus tantum, fratrumque filijs, non ulterioribus, spectatur. glo. in Auten. post fratres. C. de legit. hæred.

Postremo loco post fratres fratrumque filios, uocantur Agnati & Cognati, absque differentia, secundum ordinem gradus sui, & qui prior est, excludit remotiorem; Si plures sunt pari gradu, pariter succedunt, & sit successio in capita. Auth. de hæred. ab Intest. Si uero neque fratres. Auten. post fratres. C. de legit. hæred.

Deficiente uero omni parentum, liberorum, propinquorum legitima uel naturali successione, Maritus & uxor inuicem sibi, ex ædicto, Vnde uir & uxor. succedunt. l. i. C. unde uir & ux. Quòd si matrimonium sit absque dote, coniunx præmoriens locuples, superstes inops succedet cum liberis communibus, alteriusue coniugis, in quartam, si tres sint, uel pauciores; si plures sint, in uirilem portionem. reseruata tamen proprietate eiusdem matrimonij liberis, si extiterint; sin minus, & dominium nanciscetur. Auth. si. C. eo.

Postremus omnium si nemo succedat, Fiscus est, uid. nota. in l. i. C. unde uir & uxor.



## DE IVDICIALIBVS.



VOD ab initio diximus, Tabellionis officium circa tria potissimum genera consistere, Contractus, ultimas uoluntates, et iudicia: cū priora duo ut cunq; à nobis explicata sint, reliquum erat Iudiciorum quoque iura, ordinem & obseruationes exponere. Verum ab eo opere, cum tēporis angustia excludimur, tum ea quoq; de causa libenter abstinemus, quòd nihil uulgatius hoc tempore iudicialibus (quos uocant) Processibus est, ex quibus quicquid ad iudiciorum iura attinet, facillè quiuis petere potest. Et alioqui res ita se habet, quòd in hoc tertio genere, Iudiciorum .s. nihil certum Notarijs prescribi potest: cum singula propè fora suas habeant proprias consuetudines, suaq; quasi peculiaria iura, ut non ordine solum & processu, uerum etiam stylo ipso Notariorum inter se differant. Quæ quidem non ex uno aliquo libro Notarium haurire posse, sed uario multoq; rerū usu, tum ex ipsius fori, cui se parat, more consequi, non difficile est iudicare. Itaq; superuacaneum fore hunc laborem meum puto: quanquam ille ne in alijs quidem necessarius admodū fuit, à quo etiam supersedissem, si meo potius iudicio, quàm aliorum uoluntati acquiescissem. Rogo autem doctissimum atq; candidissimum quemq; huius operis lectorem, ut qualescunq; hos labores meos, quibus Tabellionibus gratificari atque commodare propositum sanè habui, bonam in partem accipiat, candideq; interpretetur. In quo tamen ego non istud sentio, ut si perperam aliqua à me tradita sint, ea liberè ab alijs corrigi nolim: sed solummodo maleuolentiam, quæ à liberalibus animis esse quàm alienissima debet, etiam atque etiam deprecor.



SEQVUNTUR DIVO-  
rum Justiniani et Maximiliani Imperatorum  
de officio Tabellionum Nouellae constitutio-  
nes, cum variarum Quaestionum, solita-  
rumque clausularum tractatibus, ad  
vberiore[m] Notariorum instru-  
ctionem huic operi insertae.

DIVI IMPERATORIS IVSTINIANI NO-  
uella, de Tabellionibus.

DE TABELLIONIBVS, ET VT PROTHOCOLLA  
relinquant in chartis Constit. XLIII.

Imp. IVSTINIANVS A. Iohanni praefecto, iteru[m] exconsule & patricio.



Ra[ti]o sentilegi[ti]s quaedam, quam paulo antea uidi[m]us, oc-  
casionē prebuit. Proferebat em̄ a p[er]sona muliebris instru-  
mentū, q[uo]d tamen si literas eius nō habebat (erat enim lite-  
rarū imperita) absolutū tamen a tabellione & tabulario,  
continebat subscriptionē eius, et testiū p[re] se ferebat p[re]-  
sentiam. Cumq[ue] de co[er]pso fortē nonnihil oriretur cōtro-  
uersiā, mulierē dicente, non demandata esse a se ea, quae  
charta diceret: querebat is, qui causā accommodarat audi-  
entiam, rei ueritatē a tabellione perdiscere. At is literas quidē se cōpletionis  
instrumētū dicebat agnoscere, nescire autē, quae undiq[ue] cōsecuta essent, neq[ue] em̄  
omnino id se principio cōposuisse, sed cōfectionem eius demandasse cuidam e  
suis, neq[ue] post modū cū compleretur, se interfuisse, sed rursus alteri id mu-  
nus delegasse. Inde cum is, qui completioni adhibitus erat, uenisset: dixit & ip-  
se nihil se scire, nam neq[ue] is instrumentum cōscripserat, atq[ue] unum hoc docuit,  
se p[re]sente absolutum fuisse: neq[ue] sanē, cui id munus initio fuerat delegatū,  
inuentus fuit. Vnde nisi per testes iudex causā ualuisse insistere: planē peri-  
culū fuisset, ne omnino totius negocij noticiā intercidisset. Atq[ue] illud quidem  
quo cōuenit modo, tam examinationem, q[uam] iudicationem meruit. Verum nos  
toti uniuersitati ex eo opem ferendā, & in cōmune legem ad omnia pertinen-  
tem perficiendam esse putauimus: ut tabelliones, qui ei officio p[re]sident, ipsi  
per se omnib[us] modis & instrumētū conficiendi mandatum accipiant, & cū  
absoluitur, inter sint: neq[ue] aliter sumā chartae manus imposita intelligatur, nī  
si haec ita confecta sint: quo magis ipsi de facto aliquam habeant noticiā, pos-  
sint q[ui] aliquando a iudicibus interrogati & recogitare ea, quae undiq[ue] consecu-  
ta sint, & respondere: & maximē, si literarum imperiti sunt, qui de hoc man-  
datum dant, quibus promptum est & citra redargutionem negare ea, quae re-  
uera sunt consecuta. Vt ergo haec omnia prohibeamus: propterea & p[re]-  
sentem legem describimus, & prorsus obseruari eam a tabellionib[us] uolumus,  
siue in alma hac urbe, siue in prouincijs sint: compertum habentibus, quōd si  
haec contra quid fecerint, penitus stationibus (quas uocant) excident, & ab ip-  
so missus, ut instrumentum iniungeretur, adhibitus sc[ilicet], ipse dñs & cum aucto-  
ritate in statione erit: & res talem cōmutationem parietur, ut iste quidem de  
caetero in statione eū locū obtineat, quem prius is, qui primatū in illa gessit, ha-  
bebat: hic uero eam amittat, ut unus sit ex illius amanuensibus. Ex quo enim



ipse id facere dedignatus est, quod eius curæ erat commissum, ille uero ex eius sententia hoc cõfecit: propterea & nos hanc eis pœnam inducimus, ut huius metu iustiores & certiores circa instrumenta se præbeant, neq; dissolutis delicatisq; moribus suis aliorum substantias subuertant. Si uero is cui post præsentem legem contra nostra constituta instrumentum iniungitur, dignus fortè nõ sit, ut cū autoritate stationẽ suscipiat: nihilominus tñ tabellio quidẽ omnib. modis hac excidito, alius uero in eius locũ pmouetur: neutiq; stationis dño (si extraneus aliquis, nõ ipse tabellio sit) ex ea causa mulctando, aut illinc puenientib. excidente lucris, sed solo uenustulo illo, & qui exequi officium suum dedignatus est, præsentiam amittente: omni alio iure, qd per causam stationis dñis ipsis competit, circa Tabelliones talia perpetrantes illibato conseruando. Neq; Tabelliones prætextus fingunt, quasi propter morbum fortè aut alia eiusmodi negocia secedant. Nam si quid tale existat: integrum illis erit eos accersere, qui ista iniungant, ut per se ipsos rem expediant: cum aliàs, tum uero maximè, quòd uniuersalibus impedimentum non pariant ea, quæ rarò accidunt: quando nihil in rebus humanis sit usq; adeo semotum ab omni controuersia, tametsi maximam cum iusticia coniunctionem habeat, quod dubitationem & controuersiam nõ recipiat, si subtiliter animi curas intendas. Neq; causa est, cur propter iniungentium cõtinuitatem ac frequentiam census in hoc sibi prætendant deminui: cum multo præclarus sit, pauca elaborare absq; frustratione, qm in multis uersari cum periculo. Ne tamen eis ultra modum dura lex esse uideatur, nos intentis in humanam naturã oculis, conformes illi & commensuratas nostras, etiam leges proponimus. Propter eiusmodi em ipsoꝝ ex æquo controuersias, unicuiq; licentiam damus, ut unũ aliquem ad hoc subactorum monumentis apud clariss. magistrũ census huius alme urbis more solito conficiendis promoueat: qui plenam potestatem habeat, ut conscribendorum instrumentoꝝ mandata à contrahentibus in statione ipsoꝝ suscipiat: cũq; ea absoluuntur, inter sit, neq; ulli alij eorũ omnino, qui in ea statione consistunt, licentia sit, ut uel in initio conscribendorũ mandata in se recipiat, uel absoluendis inter sit, præter Tabellionem, qui summam in statione auctoritatem habet, aut eum, qui ab ipso ad hoc promotus est. Quòd si quid hæc contra fiat, & alius ad hoc mandata accipiat: tunc Tabellio, qui cum auctoritate stationẽ obtinet, in pœnam ante à nobis definitam incidito: ipsis tamen instrumentis, ppter utilitatem contrahentium nõ infirmandis. Scimus aut, quòd metu legis in posterũ tam ipsi, quæ à nobis sancita sunt, custodient, qm instrumenta collocabuntur in tuto. **ILLVD** præterea præsentis legi apponimus, ne Tabelliones in aliam chartam mundã instrumenta cõscribant, quam quæ præpositum (ut uocant) protocollũ recipit, præferens gloriosiss. pro tempore committis sacrarũ nostrarũ largitionũ appellationẽ, & tempus, quo ea charta præparata est, & quæcũq; in talib. prenotari solent: neq; id protocollũ abscindant, sed chartis insertũ relinquunt. Multas enim ex eiusmodi chartis falsitates reuerutatas nouimus, cũ olim, tũ etiam hoc tempore. Vnde & si charta aliqua (si quidem & hoc modo uidimus) protocollũ loco sit, nõ ita perscripta, sed aliam quandam scripturam continens, neq; illũ aut illũ præparasse, proijciunt eam tanq; adulterinã, & ad huiusmodi parũ idoneã: sed in id genus tantummodo chartam, qualem prædiximus, instrumenta cõscribunt. Hæc aut, quæ de chartarũ qualitate à nobis definita sũt, et de abscissione (ut uocãt) protocollorũ, in gloriosiss. hac urbe ualere uolumus, ubi & ingens cõtrahentium multitudo & magna chartarũ existit copia, & in manu est legibus recepto modo rebus uti, neq; ansam aliquib. porrigere, ut falsi crimẽ cõmittant, qd semp se obnoxios fore ostendent, si quid cõtra hæc facere præsumperint. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea studeto excellentia tua effecty & fini tradere.



## DIVI IMPERATORIS MAXIMILIANI SV

per officij Notariatus exercitio, Constitutio.

**M**aximilianus diuina fauente clementia: electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lothoringiæ, Brabantiæ, Stiriac, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ & Geldriæ. Land grauius Alsaciæ, Princeps Sueuiæ, Palatinus in Habsburg & Hannoniæ. Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Goriciæ, Arthesij, Hollandiæ, Selandiæ, Sorretis in Kiburg, Namurcij, & Dusburgij. Marchio Sacri Romani imperij super Amasum et Burgoniæ, Dominus Phrisiæ, Marchiæ Sclauonicæ, Mechliniæ Portusuaonis & Salinarum. Gloria Reipublice, decusq; totius Romani imperij, & Subditorum utilitas: in quorum prosperitate utiq; prosperamur, Nos, qui superna prouisione, & non nostris meritis, ad culmen Imperialis seu Cæsareæ dignitatis, & plenitudinem potestatis sublimati sumus, inducunt, ut non solum ad ea, quæ ad augmentum & sublimationem Imperij, sed & ad ea quæ ad reformationem deformitatum, correctionem errorum & defectuum emendationem pertinent, ac periculorum submotionem, quæ in republica aliquando contingunt, & subditis quotidie imminet, aciem nostræ considerationis dirigamus. Hinc in incipio regiminis nostri, & susceptæ administrationis in Imperio, pro iusticiâ & pace conseruanda, quæ tunc quodammodo in finibus imperij exulauerunt, certas, per quas celerius causæ in iusticiâ expendantur: & illi qui pacem turbare conantur, arctius quàm antè coherceantur & comprimantur, edidimus ordinationes. Verum quia nedum pro iusticiâ & pace manu tenenda: sed etiam alijs, quæ quotidie in republica & subditis occurrunt, Tabellionatus seu tabellionum officium perutile & necessarium existat, per quod placita, uota & gesta hominum (ne memoriæ labilitati seu obliuioni subdantur) per scripturam ministerium, certè & perpetuè memoriæ traduntur, publicisq; firmanentur documentis. Et quàm plurimi Notarij seu Tabelliones, & se saltem officio Notariatus ingerentes in Imperio (ut per experientiam didicimus, multorumq; accepimus clamore) defectuosi & indigni inueniantur: tum ratione conditionis & qualitatis personæ, cum ratione defectus etiam scientiæ & morum: ac qui alias multipliciter inutiles existunt, ut puta aliqui seruili conditioni ascripti: alij de falsi, præsertim etiam circa tale officium Notariatus commissi: aut etiam alijs criminibus irretiti, seu publicè diffamati, alij negligentes, nonnulli indocti & imperiti, ex quorum imperitiâ, negligentia & maliciâ innumeros homines defraudari, negligi & grauari, non est dubium. Ad obuiandum igitur huiusmodi periculis & defectibus, necessarium etiam putamus desuper fieri prouisionem, utriusq; doctrina & harum rerum experientia suffultis mandauimus: qui nostra auctoritate præsentem ordinationem complauerunt. Quam cum nobis obtulissent, eamque diligenti studio perlegissemus, animaduertissemusque multiplicem eius fructum & utilitatem: ipsam nostra Imperiali auctoritate, de nostrorum, ac sacri Romani Imperij electorum Principumque et statuum aliorum consilio confirmamus, approbamus, eiq; plenissimum robur attribuimus, atq; per uniuersum Romanum Imperium diuulgari præcipimus.

Hanc igitur saluberrimam reformationem & ordinationem studeant Notarij publici, ad quos præcipuè pro Notariatus officiorum exercitio & practica, ipsa porrigitur, humili deuotione amplecti, summaque diligentia seruare, ac iuxta eandem, & alia quæ suis in iuramentis super huiusmodi præstitis, uel etiam à iure communi, uel locorum laudabilibus consuetudinibus tradita



## ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

introducendaque sunt officia sua legaliter, fideliter & sincerè exercere, pro ut ultra damna & interesse, atque alias partibus à se neglectis, uel defraudatis, tenebuntur, nostræ imperialis Maiestatis seueram euitare uelint correctionem.

In primis igitur ordinamus: Quòd circa personas approbandorum uel de nouo instituendorum, habeatur ratio conditionum & qualitatum earundem, ne approbentur, uel instituantur prohibiti: utpote infideles, serui, infames, præsentis ordinationis, & aliorum requisitorum non informati: Item uel ex communicatione maioris, uel imperialis Banni censuris innodati. Et in summa, qui à testimonio iure repelluntur, cum testium uice fungantur. Et cum sit de iure, communique usu, practica & consuetudine introductum, ut seruetur circa publica instrumenta, eorumque solennitates, talis forma, ut uidelicet, à principio inuocato diuino nomine, à quo cuncta bona progrediuntur, imponatur Annus salutis, Indictio, Nomen, ac annus Principis, dehinc Mensis, dies, hora, locus, loci locus, deinde facti seu actus gesti series, hinc testium adhibitio, quorum singulorum nomina & cognomina clarè designentur, & finaliter Signetum, subscriptioque Notarij, qui semper debet de hoc rogari seu requiri, & de rogatu suo attestari.

Mandamus ergo, præcipimus & ordinamus huiusmodi formam ulterius seruari, saluis non minus alijs de cuiusuis loci consuetudine seruandis: Ita tamen ut saltem in terris sacri Romani Imperij, Nomen & Annus regiminis, seu imperij Romanorum imperatoris, uel regis, pro tempore existentis, nullo modo, sicut hæctenus à nonnullis, & malè, neglectum est, de cetero omittantur.

Deinde mandamus, ut quiuis Notarius studeat omni modo habere, & quidem summa cum custodia conseruare, ac post se relinquere: Vnum Prothocollum, in quo per se ipsum, non alium, singuli actus coram se gesti, & de quibus rogatur ordine inscripti, redigantur, Instrumentorumque, quæ inde ædita fuerint, Copias, de uerbo ad uerbum concordant, registratas retineat & conseruet, ut deperditis antea æditis instrumentis, siue ante siue post mortem suam, quando & quotiens alia instrumenta de nouo fuerint ædenda uel prætextu æditorum suspitio, error, dubium, uel altercatio occurrat, ad tale prothocollum, registrumque possit haberi recursus: hoc autem usque adeo seruetur, ut huiusmodi Prothocollata, etiam partibus, quæ contraxerunt, uel egerunt consentiènt, uel pro infectis, nullisque haberi uolentibus, seu deleri ex libro, uel cancellari petenti, non saltem pro tanto deleantur seu cancellentur quin non minus legibilia maneant & retineantur. Quid enim si alterius tertij siue Fisci, siue priuati inter sit, seu interesse cœperit, rem sic esse gestam, & ex prothocollo ueritatem apparere posse?

Caueant etiam Notarij: Ne quis ad quantumcūque fidedignam relationem quicquam aliud plus uel minus, quàm quod coram se & testibus ad hoc adhibitis, actum, gestumue, atque de quibus tempore actus huiusmodi non antea uel post ex interuallo rogatus fuerit, atque etiam quod corporeis sensibus perceperit, eo quod officium seu auctoritas sua, ad alia se non extendat, in prothocollo suo scribat, ut desuper Instrumentum ædat. Sed in his sensibus est habenda distinctio: nam in uisu & auditu sufficit, Notarius in præsentia testium uideat & audiat, in alijs uero, ut gustu, tactu uel odoratu requiritur quòd testes coram se gustent, tangant, uel odorent, & de qualitatibus eorū, quæ per huiusmodi sensus perceperint, coram partibus, testibus, & se Notario attestentur, de eisdem enim sic attestatis, nō aut de proprio suo gustu, tactu, uel



uel odoratu, Notarius efficaciter potest testificari: Si tamen Notarius se simili-  
liter se gustasse, tetigisse, uel odorasse atq; percepisse addiderit, nō modicum  
fidei facit.

Potest autem & Notarius rogare, de actu muti, & scribere signa, seu nutus  
eius, ut potest: cum talis propter accidens loqui nō potuerit, interrogatus a  
me, humeris uel capite innuendo cōsensit, & similia.

Et licet ex consuetudine Notarius toleretur per alium fidelem, quando est  
alijs impeditus, facere ad mundum scribere Instrumentum à se dictatum &  
completum, postea per ipsum subscribendum & signandum, Tamen Protho-  
collum suum seu extensionem eius per seipsum, non per alium facere, uel si ex  
aliquo accidenti protunc scribere non possit, ea uice alteri extendendū de uer-  
bo ad uerbum pronunciare, & in subscriptione de huiusmodi impotentia, &  
alterius ingrossatura attestari debet.

Et quamuis nō requiratur plena & tanta extensio prothocolli, sicut instru-  
menti inde extracti, tamen Notarij debent saltem breuibus & summarijs uer-  
bis substantiales clausulas ipsius actus, etiam iuxta cuiusq; cōtractus, seu actus  
naturam, uel loci consuetudinem solitas & signanter clausulas renunciatio-  
num præiudicialium attingere.

Nam cum consensus & intentio contrahentis uel agentis sit de substantia  
contractus, seu actus celebrati, singulorumq; de quibus conuenerunt partes,  
etiam si solita sint apponi, neq; talis consensus porrigatur ad ea, quæ quis igno-  
rat: Requiritur q; Notarius coram se, & testibus saltem summarie recitet ac  
legat partibus pacta, renunciaciones & clausulas singulas, super quibus fun-  
datur uis ipsius coram se gesti, ac consensum desuper exprimi curet. Licet  
enim ius præsumat, contrahentes singulis quæ secundum contractus naturā  
uel loci consuetudinem solent apponi, consensisse, etiam si ex prothocollo nō  
appareant, neq; à partibus exprimantur, nonnulliq; uelint à Notario hoc non  
requiri, tamen tutius & æquius est sic obseruari, propter multa: præterea iu-  
diciis est non Notarij, ad præsumptionem scribere: sed de his solisq; corporeis  
sensibus percipiuntur, ut suprā dicitur, cum ad instar testis Notarius scribere  
debeat.

Maximè autem ista sunt seruanda in Contractibus & actibus, in quibus  
scriptura est de substantia, immo extunc requiritur, ut coram contrahentibus  
et testibus de uerbo ad uerbum singula relegantur, quia anteq; scriptura com-  
pleteatur, & à partibus pro completa habeatur, Contractus non censetur per-  
fectus, uel efficax: postea uero quicquam addi, detrahi, uel mutari, etiam de  
partium consensu non potest.

Poterit tamen Notarius de his, quæ partes mutare, addere uel detrahere  
uellent, denuo rogari, & desuper facere instrumentum prioribus gestis ma-  
nentibus in prothocollis. Præcipue autem sint cauti Notarij à fraudibus, &  
fallacijs aliquorum, siue coram eis contrahentium, siue aliorum, qui simulantes  
se Notarios à laborum prolixitate releuare uelle per se, uel alios subordi-  
natos dictant instrumenta ex inbreuiatura ipsis edenda, & ad mundum scribi  
faciunt, ac postea offerunt Notarijs subscribenda & signanda, in eis enim sæ-  
pe dolose, & in præiudicium aliorum, secum contrahentium rei gestæ detra-  
hunt uel addunt, quæ sensum uel substantiam immutant, quod facile quando  
que uno uerbo, una sillaba, immo interdum una litera fieri potest, & tam inad-  
uertenter & subtiliter, quod uel Notarij uel alij secum contrahentes, uix uel  
nullomodo sentire possunt, ex quo ipsi Notarij intelligāt, quā periculosum  
esse Prothocollo, seu Imbreuiaturas suas per alios, maximè alteri parti suspe-  
ctos, uel qui actibus prothocollatis non inter fuerunt, extendi facere.



## ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

Secus tamen esset, si antequam Contractus, seu actus absolueretur, seu concluderetur, talis extensio siue ab ambobus contrahentibus, siue altero eorum fieret, & postea coram ipsis & Notario, & testibus legeretur, & ubi sic contrahentibus placeret, ex tunc Notarius rogaretur. Posset enim tunc Notarius se curè scribere, partes iuxta istà extensam formam ipsis lectam, & approbatam coram se, & testibus requisitis contraxisse, & egisse, ac cæteris prothocollis suis adiungere, atq; postea publicare.

In summa maximo studio aduertant Notarij, ne circa prothocollorum seu abbreviaturarum impositionem festinent, seu præcipitanter agant. Sed cum diligentia & consideratione clausulas quasuis prothocollent. Nam tota officiorum iuramentorumq; suorū, de super præstitorum uis & substantia in hoc cōsistit, ut benè diligenterq; aduertant & intelligant coram se gesta, & de quibus rogantur, & ea quæ uisu audituq; proprijs in testium similiter animaduertentium præsentia perceperint, prothocollent, & publicent sincerè ac fideliter, sine uel ueritatis occultatione, uel falsitatis admixtione quasuis, adhibitis solemnitatibus à iure, uel locorum, in quibus instrumenta facient, consuetudinibus introductis, ut suprâ dicitur.

Notarius autem seu Tabellio cum sit reipublice seruiens, uirtute sui officij tenetur, de & super his, de quibus saltem cum mercedis præstatione rogatur, dummodo alias sint licita & non prohibita facere instrumenta, nisi sit factus doctor, decurio, Monachus uel Clericus. Verumtamen idem si se rogari permiserint, tenentur abbreviaturas suas publicare, ualentq; Instrumenta eorū. Possunt tamen pro his, quibus ultrò so ingerunt, tanquam prohibitioni contra facientes puniri.

Sciãt etiam Notarij eorum nullum posse officio suo renunciare, nisi in manus principis, cuius auctoritate est creatus, uel signetum suū consuetum, saltem sine iudicis auctoritate, causaq; rationabili mutare, aut instrumentum alieno signo signare.

Et quamuis Notarius prothocollum siue abbreviaturam suam extendere, & omnia ponere, quæ declarant mentem contrahentium uel testatorum, contra substantiæ mutationem, possit tamen alterius siue uiuētis siue mortui prothocollū seu abbreviaturam etiam sibi legatam extēdere, seu huic quicq; adde re, uel detrabere, seu aliter quàm de uerbo ad uerbum in publicam formam redigere, sine auctoritate iudicis, non potest nec debet, cū extensio & quid sub isto signo &c. uel alijs defectuosis uel abbreviatis uerbis fortè inibi positis cōprehendi intelligatur, ad iudicis non Notarij æstimationem spectet.

Aduertant etiam Notarij, Quòd quando in extensione & ingrossatione instrumentorum rasuras maximè notabiles, & in locis suspectis, in una uel pluribus rigis faciunt, uel uerba interlinealia, seu ad margines apponunt, à quibus quantum potest cauendum est, quòd extunc in corpore instrumenti uel saltem subscriptione de his faciant mentionem & approbationem. Et hoc maximè quando talis interlineatura est scripta ad marginem facta, nō est manus propria ipsius, qui instrumenti tenorem ingrossauit.

Item Notarij caueant, quia præsentis ordinatione prohibentur scribere instrumenta sua nimis abbreviata uel obscura, uel ambigua uerba, quæ uiciant instrumenta, nec per zifferas, signa uel notas, maximè non communiter omnibus cognitatas, cum facilè possint mutari et corrumpi, sed scribant per literas integras, communes, legibiles & cognitatas in pergameno nō papyro, in latina uel nostra alemanica lingua.

Sic casu amittatur alicuius Notarij prothocollum, & de hoc doceatur, poterit Notarius agere contra detinentem instrumenta prius inde extracta, uel si haberi non possunt, examinari facere testes, qui interfuerunt, & inde nouum  
facere



facere Prothocollum.

Sint etiam Notarij circa instrumentorum editionem & publicationem diligentes & cauti, ne committant errores, cum partes inde ad plures incommo- ditates, pericula & expensas sæpè deducantur, quas sine dubio ipsi errantes refundere tenebuntur. Quòd si uero siue probabiliter, siue improbabiler contigerit aliquem incidere errorem, siue in solennitatibus, siue nominibus, locis, temporibus, substantia, siue alijs, tutius est, ut saltem post editionem cū Notarij postea uideantur functi suo officio, ad euitandas ambiguitates disputationum, et altercationes uarias, nō sua, sed iudicis, desuper aditi auctoritate errores huiusmodi emendentur.

Possunt etiam Notarij actuum coram se gestorum, dummodo tamen ab eo uel his, de cuius uel quorum uoluntate dependent actus huiusmodi, desuper tempore eorundemq; actuum rogati fuerint sine trepidatione, alteriusq; auctoritate, immo tenentur sub pœna in iure expressa, ædere instrumenta eis qui rogarunt, seu eorū procuratoribus, heredib. successorib. uniuersalib. uel singularibus saltem semel. Sed quando sæpius eisdem uel alijs perentibus & prætentibus sua interesse, maximè ubi quæstio seu dubium desuper esset uel time- retur, aut alijs periculum seu præiudicium ex tali editione ueri similiter immineret, tutius ac consultius est propter uarias in hoc opiniones, ut Notarij faciant se citari coram iudice, cuius auctoritate uocatis uocandis editionem huiusmodi faciant uel denegent.

Notarij autem sciant se non de nocte nisi ex urgente causa, quam exprimant uel in locis occultis, seu clam rogari uel instrumentari debere, cum hoc non sine suspitione procederet.

Debent autem Notarij præcipuè esse solliciti, & diligentes circa testamentorum & aliarum ultimarum uoluntatum confectiones, propter magna ex eis imminentiæ præiudicia. Sunt enim secundum sacratissimas leges testamentorum genera duo, alterum quod fit in scriptis seu mediante scriptura clausa, seu inuoluta: alterum uero & communius, quod per solam nuncupationem sine scriptura, uel aliqua literali solennitate fieri solet. Et ideo nuncupatiuum dicitur, neque scripturam de sui essentia requirit. Item potest & tertium genus adhiberi, quod fit à Cæco cæcaue per nuncupationem, tamen nō sine scriptura utpote tam à Notario quàm testibus adhibitis, & rogatis proprijs manibus subscripta, singulorumq; solitis Signetis signata.

Et aduertant ipsi Notarij: Quòd ad singulorum testamentorum præmissorum genera conficienda requiruntur secundum Leges, Testes ad minus septem, incluso ipso Notario. In Codicillis autem, in quibus legata & fideicommissa relinquuntur, sine hæredis alicuius institutione, uel in donationibus causa mortis, & in rure, ubi rustici testantur, & plures haberi non possunt testes, ad minus quinque: In parentum autem inter liberos, ubi nullum aliud testamentum procedit, quod infirmandum sit, & in militum, in castris non autem bellicis expeditionibus existentium testamentis, remittitur numerus testium usq; ad duos.

Milites autem in expeditionibus bellicis existentes, etiam sine omni solennitate uel teste, quocunq; modo uelint testari possunt, non autem existentes in talibus expeditionibus seu Castris, iure communi testantur.

Requiritur etiam. Quòd in testamentis ut non solum rogentur testes: sed specialiter ad actus huiusmodi testandum uocentur & adhibeantur, uel saltem si casu illinc sint, ad hoc præmoneantur.

Item requiritur in omni testamento, quod testator testatrixue uerbis intelligibilibus loqui aut scribere sciat, nam neutrum eorum sciens, mortuo similis in hoc reputatur, & testari non potest.



Præterea etiam requiritur in omni testamento, etiam nuncupatio ut singula gesta in notam iam recepta, relegantur coram testatore, testibusque antequam abinvicem recesserint.

Caveant ergo Notarii se ab his qui neque articulatim & intelligibiliter loqui, neque scribere possunt, cum sint intestabiles.

Videant autem Notarii testamentis adhibiti, et etiam testari uolentes, quos adhibeant testes, quia multi prohibentur adhiberi, ut regulariter omnes qui sunt actiue uel passiuè intestabiles, & præterea mulier, hermafrodite, in quibus muliebria præcellunt, in potestate testantis existens hæres scriptus, & cum eodem in eadem existens potestate, unde consulitur ut ad requisitum numerum testes alij recipiantur, ne propter aliquorum inhabilitatem testamenta irritentur.

Testamenti autem in scriptis, quod magno in usu amplius non est, sed ab eo fit, qui in eius uita neminem suæ ultimæ uoluntatis conscius esse uult, talis est forma: Producit testari uolens in medium coram testibus septem, ad id specialiter conuocatis seu præmonitis & rogatis uiris, liberis, puberibus, omnibus simul presentibus, scripturam consignatam uel ligatam, uel tantum clausam uel inuolutam, siue ipsius testatoris siue alterius cuiuslibet manu scriptam, offertque illam istis testibus, à singulis eorum subscribendam, & signetis suis solitis signandam, dummodo tamen aperte dixerit suum esse testamentum, quod offertur, ibique coram testibus sua manu propria subscripserit, uel si ipse scribere nesciat, uel tunc non possit, alterius octauus testis manu nomine & iussu suo in reliqua parte testamenti subscribi faciat, tunc eodem die & tempore nullo interuallo, uel etiam actu extraneo, nisi forte necessitatis causa & modo interruptente, per singulos septem testes proprijs suis manibus subscribitur, & sigillis suis, seu signis solitis signatur.

Testamenti autem Nuncupatiui forma est. Quia testari uolens eius uel eorum, quem seu quos hæredem seu hæredes suos esse uelit legatariorumque nomina, & ea quæ in eo contineri uult, coram septem testibus ad hoc uocatis & rogatis, palam & dilucide nuncupat & exprimit.

In Cæcia autem Testamento requiruntur subscripta. Primo quod tam Notarius quam testes septem ad hoc uocentur, & cuius causa uocati sint certificentur. Secundo quod testator hæredem seu hæredes à se instituendos, & nendum nomen seu nomina, sed & dignitates seu conditiones alias eorundem pro tanto quod propter solam nominis seu nominum expressionem non oriri possit ambiguitas. Et præterea aliam suam uoluntatem tam circa eorundem hæredum institutiones quam substitutiones, fideicommissa atque legata, coram ipsis Notario & testibus clare exprimat. Tertio quod Tabellio uel si is haberi tunc non possit, octauus testis uocatus uice eiusdem, atque testes singuli per testatorem ad hoc rogati, uno & eodem tempore, loco, & nullo interuallo seu actu extraneo, nisi forte modico et necessitate naturæ interueniente, sese in fine, utpote in margine instrumenti inferiori subscribant, simulque consignant. Potest autem testari uolens, uel in ipso actu coram testibus, uel si magis placet, antea, per alium quencumque uoluntatem uel testamentum suum dictari & scribi facere, & postea coram testibus & tabellario prius patefacta, cuius causa uocati sint, cartulam ipsam coram se & testibus recitare, & ubi tenor eius omnibus notus fuerit, profiteatur testator, elogiū suum id esse, & ex animi sui, quæ lecta sunt disposuisse sententia, & in fine sequantur subscriptiones atque signacula, tam testium ut prædicitur singulorum quam Tabellarij: potest etiam unus uel plures si proprijs signetis carerent, alterius seu aliorum signo uel signis in hoc uti. Istam autem formam non solum in testamenti Cæci, sed codicillorum uel aliarum ultimarum uoluntatum confectione obseruari necesse est.



Sciuris omnibus Notarijs: Quòd præfatas Testamentorum formas à lege traditas diligenter obseruare negligenti. præter hoc quòd testamenta aliter facta, de iure ciuili non subsistunt, etiam iuris pœnas non euitabunt,

## De insinuatione literarum imperialium.

Circa imperialium autem uel Camerae nostrae cesareae iudicij literarum et ratoriarum, uel quarumcunque aliarum insinuationes, si quis desuper rogatus fuerit, aduertat ut sub præstito in officio suo fidelitatis iuramento, literas huiusmodi originales illi uel illis, ad quem seu quos diriguntur, retento tamen penes se toto tenore inde descripto, & postea in instrumento insinuationis integrè inserendo in personam seu personas proprias, uel commodè haberi non possunt, ad domum seu domos solitæ habitationis eorundem, uel per edictum, per iudicem decretum præsentent, legant, insinuent, atque illi relinquunt quæ fideliter.

Quòd si uero ac quotiens contigerit, aliquas tales Literas plures personas in diuersis residentibus domibus seu locis continere, quibus singulis faciendâ sit præsentatio, seu insinuatio earundem: Sciant Notarij huiusmodi præsentationem & insinuationem singulis eorum, de quibus rogati fuerint, cum ostensione & lectione originalium esse faciendû, modo & forma præmissis, relicta & tradita cuique eorum Copia collationata & concordè, nisi fortè in una ciuitate seu uilla, in diuersis tamen ædibus habitantes, paucioribus copijs fuerint contenti.

Præsentationum autem, seu insinuationum suarum huiusmodi, & earum dies, Menses, Annosque, & loca singula: & si forte aliquis, cui sit insinuatio, se parere nolle, uel in Imperatoris, uel iudicij Camerae contemptum, seu ignominiam irreuerenter uerba proruperit, instrumentis suis, tam his ad quarum instantiam quàm illis, quibus facta fuerit præsentatio, siue insinuatio ædendis, unâ cum literarum insinuatorum tenoribus integris referant, & attestentur sincerè & fideliter.

## De Constitutionibus Actorum et Procuratorum.

In Constitutione autem tam Actorum quæ à Tutoribus uel Curatoribus minorennium ante lites contestatas, & quidem cum auctoritate & decreti interpositione iudicis fiunt, & fieri debent, quàm procuratorum ad lites, attendant benè Notarij, cum ad iudicium imperiale quotidie ueniant, instrumenta procuratoria defectuosa: ut quantum tam ad actus specialia requirentes mandata, quæ alias clausulas apponi solitas & consuetas, de quibus etiam uulgaris habetur forma, benè extendantur instrumenta, cum clara specificatione, quem uel quos constituent, siue in solidum, siue coniunctim, siue diuisim, Procuratores uelit habere, Ita quòd non sit melior conditio unius quàm alterius, seu aliorum. Sed quicquid unus inceperit, alter id continuare possit, mediare & finire, uidelicet ad agendum, defendendum, libellandum, litem contestandum, iurandum de calumnia, & aliud quodcunque licitum iuramentum præstandum, ponendum, articulandum, positionibus aduersis, etiam per iuramentum respondendum, Testes, & alias probationes producendum, excipiendum, replicandum, duplicandum, triplicandum &c. concludendum, Sententias audiendum: ad appellandum & prouocandum, si ad iudicia inferiora



riora dirigantur, apostolos petendum, recipiendum, appellationis causas prosequendum, alium uel alios loco suo substituendum, istos reuocandum, & iterum totiens quotiens substituendum &c. Et generaliter omnia alia & singula &c. faciendum cum promissione & cautione solitis de rato & releuando, sub omni constituentis rerum & bonorum obligatione, & hec omnia in extensa communique forma.

Et quia multum nunc inoleuit practica, ut iuretur de calumnia, idemque iuramentum plura in se contineat capitula, quae plerumque ista in animas suas iuranda mandantes, ignorant, necesse est, ut de his singulis informentur, & in instrumentis postea inserantur. Sunt enim Capitula à iure tradita & in iudicio Camerae exprimi solita, ut tam actor quam reus per se uel suum procuratorem iuret: Quod credat se iustam habere causam litigandi, quod protelandi causa, seu fraudulenter dilationes non petat, quotienscunque interrogatus ueritatem non occultet: & quod alijs quam quibus ius permittit, nil penitus donec uel promittat, quo pro se sententiam obtinere possit, dolo & fraude omnino semotis.

Iuret autem articulos seu positiones suas offerens, si petit & uult quod aduersarius per iuramentum respondeat, sic quod contenta in eis quantum factum proprium concernunt uera sint, & quantum alienum continent factum quod credat ea esse uera & probabilia. Responsum autem iuret se responsum ueritatem, utrum credat, uel non credat, ea quae sibi obijciuntur esse uera.

### De Instrumentis Appellationum.

**D**E Appellatione autem & formalibus suis, in quibus plures & quotidiana occurrunt defectus. Notarij scire debent: Quod de iure Ciuili & ordine natione sacri Romani Imperij omisso medio, uel ab interlocutoria seu grauamine, quod postea mediante appellatione à diffinitiuam est reparabile, regulariter non appellatur: In casu autem permissio appellare uolens ab interlocutoria, eam in scriptis, et cum causarum grauaminis insertionem faciat, cum excusis alijs iustificari non possit.

A diffinitiuam uero, ubi appellari non prohibetur, sine causa seu causarum grauaminis expressione, appellari potest, & quidem uerbaliter & sine scriptis dummodo in continenti post sententiam latam, hoc est antequam diuertatur ad alia, fiat, postea tamen in scriptis redigenda, alioquin autem si ex interuallo appelletur, in scriptis fieri necesse est.

Et in summa sciant & aduertant omnes Notarij quod ipsi debent esse iuris periti in his saltem, quae Notariatus officium respiciunt, hoc est summam Notariæ ad hoc, ut sciant: partes coram se contrahentes seu agentes de solemnitatibus & clausulis ad contractus & actus huiusmodi earumque ualiditatem requisitis certificare, & se à contractibus & actibus à iure reprobatis & prohibitis abstinere, cum alijs teneantur de imperitia, & partibus laesis ad interesse.

De praemissis igitur tanquam pro generalioribus Principijs atque cunabulis quibusdam traditis non stent, adeo contenti Notarij, quin indies discant & aduertant, alia iure circa Tabellionatus officium tradita, & quae secundum locorum, in quibus actus huiusmodi geruntur consuetudines, introducta sunt & circa difficultates, seu ambiguitates in actibus coram se gerendis pro casuum uarietate et diuersitate, quandoque occurrentes, ad peritiores recurrant, ne imperitia culpaque eorum alijs noceat, quia de his tenentur, ut supra monstratum est. Datum in ciuitate nostra imperiali Colonensi, octaua die, mensis Octobris. Anno &c. M. D. xij. Regnorum nostrorum, Romani uicesimo septimo; Hungariae uero uicesimo tertio.



VARIARVM QVAE  
 tionum, quae circa Notariatus exercitium in-  
 cidere solent et possunt, Liber, Bartoli cu-  
 iusdam nomine iam olim euulgatus, nunc  
 verò ingenti accessione ex Baldo,  
 Lanfranco, Zasone, Felino et  
 alijs locupletatus.



**T**RACTATVRI de tabellionibus, quorū officium fre-  
 quentatur, tam in iudicialibus quā extra iudicialibus.  
 Imo super hoc aliquid & pfecto utile dicere institui-  
 mus. Et primo quæro, quis possit creare Tabelliones, & uidet̃  
 quod nemo possit nisi princeps, quia per Tabellionem  
 alteri acquiritur, l. non aliter ff. de adop. ergo oportet q̃  
 à principe fiat, sicut dicitur de illo, qui abilitatur ad po-  
 stulandum, nam secundum ius commune alteri per alte-  
 rum non acquiritur, l. stipulatio ista s. alteri de uer. ob. Ergo patet, quod ut  
 per Tabellionem alteri acquiritur, est contra ius cōmune, sed inferior à prin-  
 cipe non potest tollere ius commune l. ille, à quo. ff. ad Trebel. s. tempestiuū  
 & l. nam magistratus ff. de arbi. & uidetur casus in l. actuarios C. de actua.  
 & muni. li. xij. Et hoc tenuit In. in c. pe. in prin. de fi. instru. & ibi dicitur,  
 q̃ nemo subditus papæ uel imperatoris potest creare Tabellionem, sed ipsi so-  
 li hoc possunt, mouebatur tali ratione. Nam constat q̃ officium Tabellionis  
 est contra ius commune, naturale & diuini, quod chartæ siue corio mor-  
 tui animalis credatur, sine aliquo adminiculo, ut no. de fi. instru. c. fi. sed cō-  
 tra ius naturale nouum uel uetus testamentum uenire propria auctoritate nō  
 licet, nisi soli principi l. princeps ff. de legi. c. proposuit, de concess. præben.  
 Sed hoc fallit secundum eum, si princeps, consuetudo uel lex hanc potestatem  
 alicui concederet, quia tunc possunt quicumq̃ habent talem potestatem, crea-  
 re Tabellionem ar. l. C. de eman. liber. l. fi. & c. accedentibus, de excels. præ-  
 la. Item fallit in regibus habentibus merum & supremum imperium, secū-  
 dum eundem In. Sed la. de bel. in Auteñ. de Tabel. tenet contrarium, ui-  
 delicet, quod quislibet superior possit creare Tabellionem suum subditum, al-  
 legat hoc in arg. e. ti. s. in tantum hanc opinionem tenet Guil. de susa. & Bar-  
 in l. nec tamen s. fi. ff. de adop. & allegat talem rationem, nam si solus prin-  
 ceps crearet Tabellionem, ipse solus ab officio amoueret, & non alius. quia illi  
 us est priuatio, cuius est concessio, ut in Aut. pe. defen. ciuit. s. interdum col.  
 iij. sed raram est q̃ iudices inferiores à principe priuant Tabelliones, pro-  
 pter delicta, ut in Auteñ. de armis s. fi. col. vi. & in Auf. de defen. ciuit. s.  
 seu s. sic iubemus, & l. quibus de aureli. xij. igitur & c. Item pro ista opinio-  
 ne uidetur casus in Auf. de defen. ciuit. s. idem. C. de fal. mo. l. ex prouincia  
 li, & in Auf. de iudi. s. unoquoq̃ col. vij. C. de of. comi. sacra. ar. l. i. s. idē  
 omnes. C. de fal. mo. l. opus & l. operis, de ope. pub. l. antiocensium ff.  
 de priui. cre. Et sic adduco & dico, quod inferiores à principe sunt in potes-  
 tate circa ea, quae tanquam generalia dicuntur, ualere per totum orbem l. le-  
 ges C. de leg. Sed constat quod priuilegium Tabellionatus est, quid gene-  
 rale, quia eorum instrumenta fidem faciunt generalem, per totum orbem, er-  
 go in



go inferiores à principe cum sint in potestate circa ea, quæ generaliter dicuntur ualere, non possunt hoc concedere. Secundo probatur in quibusdam facta est, cum inferioribus communicatio, quia postquam populus Romanus omne imperium, & omnem potestatem transtulit in principem l. ij. nouissimo ff. de origi. iuris, & l. i. ff. de consti. pecu. Inde princeps quædam communicauit cum inferioribus ut in l. si. & per totum de peda. iud. Quædam communicauit cum maioribus l. i. §. uicarium. ff. de off. præfec. urb. .l. illicitas §. qui uniuersas de of. præsi. & l. ex omnibus, de offi. eius, idem tenet princeps. Quædam item cum nemine communicauit, & hoc tamen sibi intelligitur reseruasse, l. ij. in fi. de na. resti. l. uectigalia. l. contra publicam, & l. ne minem. C. de re mili. li. xij. Sed non apparet, quod princeps hanc potestatem creandi Tabelliones communicauerit, cum maioribus uel minoribus, ergo tantum intelligitur reseruasse sibi, & per consequens nullus principi subditus potest Tabelliones creare, sed ipse solus tantum l. i. §. de qua. ff. de postu. Non obstat ut tamen in Auten. de Tabel. & §. ex prouinciali in Auten. de defen. ciui. & omnia alia iura supra allegata, quia dico, quod communitates & alij inferiores possunt deputare quem ad aliquod officium publicum exercendum. Et ita loquuntur omnia ista iura. Sed quod possunt concedere officium Tabellionatus, & potestatem conficiendi instrumenta publica, hoc non probant. Non obstat ratio quod dicitur, quia si solus princeps crearet Tabelliones, ipse solus priuaret ipsos, quia dico, quod tunc non priuaretur Tabellio priuilegio Tabellionatus iudicis potestate, sed legis imponentis talem poenam pro talibus delictis, adeo quod iudex propter illud delictum non posset priuare Tabellionem priuilegio Tabellionatus, nisi lex scripta, uel princeps propter illud delictum imponeret ei poenam priuationis, & ita loquitur §. si. cum si. in Auten. de armis. Sed concedo, quod poterit iudex Tabellionem deputatum ad aliquod certum officium, priuare illum, sed illud propter delictum, licet lex non imponat specialiter illam poenam, & ita intelligo l. si aliquid. C. de suscep. arch. li. x. Et non est mirum, quia potest eum deputare ad certum officium.

II. Quæro, nunquid consuetudo possit inducere, quod inferior à principe possit creare Tabellionem. Respondeo sic, secundum In. in c. si. instru. & est ratio secundum eum, quia ad hoc ut ualeat consuetudo, requiritur tacitus consensus, uel expressus superioris, seu principis, ut no. ipse de consue. in rubrica, quod princeps approbat, ipse se facere uidetur. C. de ue. iu. enu. l. i. §. quomodo igitur, & in Auten. de defen. ciui. §. sed interim. In contrarium uideatur, quia ista, quæ procedunt à pari potentia, paris sunt effectus l. de quibus ff. de leg. C. de nup. l. si liberos. Sed consuetudo ciuitatis uel statutum ab eadem potentia procedunt. l. de consensu populi l. sed & hoc ff. de legi. insti. de iu. na. §. ex non scripto, igitur &c. Præterea tacitum & expressum equiparantur. l. qui ad certum ff. loca. l. i. §. conditio. ff. de adi. lc. quod aut statutum & consuetudo equiparentur, probatur per legem magistratus, ff. ad municipales. l. super §. legitur, de iure immu. insti. de iure na. §. constat, & §. ex non scripto.

Ego hoc non obstante teneo opinionem In. uidelicet, quod consuetudo, quæ inducitur consensu superioris, & ex consensu tacito expresso, uel præsumpto est potens creandi Tabelliones. Ad contrarium respondeo, dum dicitur, ea quæ procedunt à pari potentia &c. quia sciendum est, quod consuetudo uel statutum, quæ non remanet in pura & uera conscientia consuetudinis, uel statuti, quæ non est, ut capiat uires à tacito uel expresso consensu populi, sed si suos fines egrediuntur, non procedere à pari potentia, cum in potestate reseruata statutum, nil potest. l. i. de iudi. an. au. & est dictum in præcedenti quæstione.

Sed



Sed consuetudo que inducta est de consensu principis præsumpto, uel expresso, differt à principis reservatione, ar. l. si. C. decan. la. lib. x. Vnde de expresso consensu clarum est, ut supra dictum est de præsumpto. Est dicendum idem de eo, qui inducitur per patinam tanti temporis, in cuius contrarium memoria hominū non existit. arg. i. §. fi. & l. principi, de aqua plu. ar. & hoc iure ductus aquæ, & aqua quando, & esti. & l. i. C. de emanci. libe. & l. probatorias. C. de diuer. of. li. xij. ubi probatur, quòd consuetudo inducta, in cuius contrarium memoria hominum non existit, tantum operatur quantum priuilegium principis. In alijs autem que non sunt solum principi reseruata, idem operatur consuetudo, quod statutum. Et in tali consuetudine procedunt rationes facte in oppositum. Tamen est attendendum, quòd Tabelliones creati uigore talis consuetudinis non possunt conficere instrumenta extra territorium illius ciuitatis, in qua est inducta consuetudo, cum non habent potestatem, sicut quando creantur ab habentibus priuilegium à principe, sed tantum iuris habet quantum ipsa consuetudo tribuit, ut in ipsa ciuitate tantum possint exercere publicum officium Notariatus, ut est de mente principis, ut in di. c. si extra. de fi. instru. & no. Guil. in l. non aliter. de adop.

II. Quæro, quid si ille qui confecit instrumentum, negatur fuisse Notarius, quis probet ipsum fuisse Notarium. In. in c. si. de fi. instru. parū post principis dicit quòd probatur per priuilegium seu auctoritatem, per testes, seu per publicum instrumentum, sufficit tamen, si per testes probatur, quia publicè fungebatur officio Tabellionatus, & plura alia instrumenta fecit de alijs personis. Ad hoc facit Auten. de non alie. §. non igitur. Hoc etiam tenet la. de bel. & Guil. de cu. & Bar. in. l. Barbarius de of. præsi. & tamen non sufficit illum qui prohibitus est esse Tabellio, diu fuisse in quasi possessione Tabellionatus, ad hoc ut ualeant eius instrumenta. l. in his. C. de diuer. of. li. xij.

Et hæc opinio mihi uidetur uera, pro qua uidetur melior casus, in. l. generaliter. §. si quis de Tabel. li. x. ideo si contra instrumenta opponatur, quòd ille, qui scripsit, non erat Tabellio. Cautus aduocatus ponit, quòd tempore confecti instrumenti iste qui scripsit, erat Tabellio, in quasi possessione officij, & pro tali habebatur & reputabatur ab omnibus cognoscentibus eum, & quòd erat homo liber, & talis conditionis, quòd non prohibebatur esse Tabellio. Non tamen sufficeret articulari ista tria sola priora, quia hoc talis quasi possessio non sufficit in his, quæ sunt prohibita, ut in alle. l. generaliter. Vnde probata tali, quasi possessione, non concluderent esse Tabellionem.

III. Quæro nunquid instrumentum debeat habere signe. signum Notarij, dic quòd sic, nisi consuetudo aliter se habeat, nec potest postea Tabellio signum solitum mutare l. si. circa medium. C. de assesso. & ponit Spe. in tit. de instru. ad i. §. i.

V. Quæro, quale sit officium Tabellionatus. Responde secundum In. in c. i. de fi. instru. quòd est publicū & commune, & ideo creditur eius scripturæ tanquam publicæ sine aliquo adminiculo, dum modo in instrumento confecto extra iudicium sit descriptus numerus testium debitus, ut in c. cum Iohannes de fi. instru. In his uero que fiunt in iudicio, soli scripturæ creditur Tabellionis deputati ad scribendum, etiam sine testibus. c. quoniam contra de proba. Et ponit In. in di. c. i. de fi. instru. Item alteri potest stipulari ff. rem pub. sal. fo. l. ij.

VI. Quæro, nunquid Tabellio de facto proprio possit conficere instrumentum, & uidetur quòd sic, in. l. si consul. & l. se. de adop. Hanc quæstio



nem format Guil. de cu. in di. l. si consul. ubi determinat contrarium, uide licet, quod non possit. Et mouetur, quia cum tractatur de commodo pecuniario, quis non potest esse author in facto proprio. l. quod dicimus. ff. de au. tu. & l. i. §. fuit quaesitum ad Trebel. & per hoc respondeitur ad l. si consul. cum si. quia loquuntur quando non tractatur de commodo pecuniario, quo casu, quis potest esse author in facto proprio, nam differet. l. i. C. de test. & l. qui testamenta §. i. ff. de testa. Præterea Tabellio habetur loco testis. l. domicius labeo. de testa. & ad eum recurritur si est dubium de si. instru. l. si quis decurio. C. de fal. sed quis non potest esse testis in re sua. l. omnibus. C. de testa. & l. nullum. ff. e. ti. Et hoc uidetur expresse de his qui se ascribunt. l. diuus §. i. & si quis legatum. ff. de fal. ubi dicit quod Tabellio qui scribit falsum instrumentum, punitur de falso. Casus est in l. rationes C. de proba. Dicit tamen Guil. quod tali instrumento creditur, in quantum facit contra ipsum, sed pro ipso non. l. non putauit §. si quis de contra. Tabel. & l. Aurelio §. idem. de lib. leg. Idem tenet Dynus in l. si impuberes §. si de fal. & l. publi. ff. depo. Sed contrarium tenet quedam glos. parua, que dicit, quod aduersarius non potest approbare instrumentum, in quantum solum facit pro se, & reprobare, in quantum facit contra se. Sed Bar. in di. l. si consul. dicit quod dicta glos. loquitur in priuata scriptura, hic in publica, facit quod no. C. de dona. ante nup. l. i. & l. ij. C. de confes.

VII. Quæro, nunquid Tabellio creatus à Papa possit conficere instrumentum in terris imperij, & sic è contrà ponit Spe. in ti. de instru. adi. §. sed nunquid tenendū, ubi dicit: q̄ sic, quod credo uerū ratione, quia quilibet habens merum imperium, potest extra suum territorium exercere iurisdictionem uoluntariam, sed non contentiosam. l. ij. de of. procon. Sed concedere potestatem conficiendi publica instrumenta est de uoluntaria iurisdictione, ideo pro hoc facit in simpli. c. per uenerabilem post prin. qui filij sunt legitimi.

VIII. Quæro, quid si Tabellio non uult contrahentibus, uel alteri exhibere instrumentum, quo iure agetur contra eum? Glos. i. argentarius. ff. de æden. dicit quod officio iudicis. Est & uerum in actis & instrumentis, que fiunt inter uiuos. Sed si esset instrumentum pertinens ad ultimas uoluntates, tunc agitur per titulum quemadmodum testa. ape. uel per interdicitum. de Tabel. exhi. l. i. & ibi. glo. ff. de Tab. exhi.

IX. Quæro, nunquid Notarius teneatur dare instrumentum partibus sive contrahentibus, sine pecunia? Glos. uerbo argentarius in prin. in uer. assimiles. ff. de æden. dicit quod non. In contrarium facit lex. i. §. illud quoque de ordina. & extra or. cog. Et Guil. in di. l. argentarius dicit: q̄ Notarius potest capere duplicem mercedem pro instrumentis confectis. Vnam pro abbreuiatura, aliam pro extensione. Pro hoc allegant casum singularem in l. ff. post mediū. C. de princi. agen. in rebus. li. xij. facit. l. in sacris. in si. C. de prox. sacro. sacri.

Est tamen aduertendum secundum eundem Guil. quod Notarius potest implorare officium iudicis, ut sibi ista duo salaria præbeantur pro scriptura, per leges supra allegatas. Nec obstat. l. i. §. illud quoque, quia loquitur in salario præstando de publico, quod non potest statui Notarijs sic, nec alijs personis, ut no. in. l. i. in prin. ff. de uar. & extra or. cog. Istud non uidetur uerum, quia leges quas allegat Guil. loquuntur in Notarijs qui scribunt acta iudiciaria. Quo casu concedo quod ad officium iudicis, coram quo gesta sunt ea quæ Notarius scripsit, pertinet sibi dare salarium. Et ita intelligo allegatum §. illud quoque qui loquitur indistincte  
tam



tam de salario præbendo, de publico, quàm de priuato. Non ergo poterit Notarius qui scripsit extra iudicium Instrumentum, implorare officium iudicis, ut sibi præbeatur salarium. Sed benè constat illud, uerum quòd non potest cogi dare Instrumentum contrahentibus, sine mercede. Et hæc est mens di. l. argentarius. Bard. tamen ibi & in l. i. ff. de uar. & ex traor. cog. dicit quòd in hoc spectetur consuetudo, quæ est quòd Notario detur merces de scriptura Instrumenti, cum contrahentes & Notarius uideantur tacitè agere de mercede præstanda secundum consuetudinem arg. l. accepto. C. loca. & l. domini prædiorum de agri. & cenli. libro xi. unde secundum eum Notarius poterit agere ad mercedem, uti ex locato. Item sequitur ex hoc textu, quòd contrahentes poterunt agere utili ex conducto contra Notarium, ut exhibeat Instrumentum modo dictarum legum, quod etiam no. in l. mutatio & suppletio ad illam glo. l. argentarius.

X. Quæro, quis contrahentium debeat soluere Notario? Dic ut per Cy. in l. eos. C. de usuris, & ibi plene dixi.

XI. Quæro Notarius dedit partibus Instrumentum defectuum, nunquid potest agi, ut perfectum tradat. Respondeo, poterit officio iudicis agi. ut perficiat & interesse tradat ea ratione, qua cogeretur à principio ut totum traderet, quia uon uideretur dedisse, qui totum non dedit, ut l. ubi exigitur. §. si dolo ff. de æden.

XII. Quæro, Notarius dedit partibus defectuum instrumentum, petit ut reddatur sibi ut possit addere uel detrudere, nunquid contrahentes, aut aliquis eorum teneatur sibi tradere Instrumentum. Bar. format istam quæstionem in l. si. ff. de Tabel. exhi. & Rayn. de for. li. consuluit, ut ipse se no. in l. Imperator. ff. de sta. ho. Ego autem dico, quòd si Notarius reddat Instrumentum defectuum legitima causa, de equitate potest agere actione infactum, ut Instrumentum sibi reddatur, ut sic suppleat, uel detrahat arg. l. iij. ff. ad exhiben. & eius quod no. glos. in l. quædam in prin. de æden. Quæ autem sunt legitime causæ defectus Instrumenti. Respondeo, si Notarius perdidit Prothocollum in remotis locis uel partibus tempore quo fecit Instrumentum, ut l. si quis ex argentarijs. ff. de ædendo.

XIII. Quæro, nunquid Notarius possit corrigere errorem instrumenti sui, & uideretur quòd sic, quia error Notarij non nocet contrahentibus. l. si librarius. ff. de re iul. Imperator. de sta. ho. Guil. de cu. format istam quæstionem in di. l. Imperator, & lpe. de instru. ædi. §. instrumentum. uers. nunquid, si conficit, & Bar. in di. l. si librarius.

Ego autem ad declarationem præsentis quæstionis præmitto, quòd error in instrumento multis modis potest committi: Vno modo circa formam instrumenti. Secundo modo, circa errorem ordinis instrumenti. Tertio modo circa solennitatem formalem ipsius contractus. Alio modo circa latinitatem. Quando committitur circa solennitatem formalem, ut quia deficit inditio in instrumento, uel anni domini, uel menses & dies, defectus enim horum uiciat instrumentum, ut in Auten. ut præponatur no. Imp. in prin. & in Auten. qui mo. na. eff. sui. §. sed quantum extra de si. instru. inter dilectos, & no. Bar. in di. l. generali, uel in instrumento deficit, quia Notarius fuit rogatus, uel equipollens, ut in Auten. de Tabel. §. i. col. iij. & per Bar. in l. sciendū de uer. obli. Sed nunquid possit errorem corrigere, dico quòd si est erratum in committendo, si constat, in quo est error, Notarius potest corrigere erro-



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

rem suum arg. l. errore. C. de testa. & l. si in nomine. ff. de uer. obliga. Si autem non constat in quo, ut quia fuit ommissa dies rogationis, uel negatur à partibus facta: Isto casu si Notarius dicit se recordari, debet ei credi, quia officium publico creditur de officio sibi commissio. C. de. fac. rab. l. Imperator. li. xij. & l. si quis decurio. C. de fal. & l. magis puto. ff. non quauis. ff. de rebus eorum, & l. i. ff. cura carnis, de of. præfec. uid. Si uero est erratum in ponendo. Isto casu siquidem error constat ex inspectione instrumenti, ut quia posuit unum mensem uel diem, cum debuisset ponere alium. Et isto casu non potest Notarius suum errorem corrigere, nisi de errore constet per testes, uel alio modo, l. quicquid astringende. de uerborum obliga.

Tertio respondeo secundum lecturam Bar. & est ratio inter hunc casum, & præcedentem, quia quando Notarius omittit inditionem, diem uel rogitum, nondum finitum est officium suum arg. l. qualem. ff. de arbi. ideo potest corrigere errorem suum. Sed quando ponit inditionem, mensem uel rogitum tunc est functus officio suo siue benè siue malè. l. iudex. de re. iudi. Ideo non potest errorem suum corrigere, si non est dies, patet ex instrumenti inspectione, ut quia anni domini non concordent in inditione, cum utrumque sit positum in instrumento. Isto casu glos. Bar. quæ est inter dilectos

de fi. instru. in uer. inditionem, tenuit quod Instrumentum reddatur falsum.

Dinus consulendo in quodam consilio determinat, quod licet ommissio inditionis uiciet instrumentum, ut supra, tamen si apponatur, non uiciat instrumentum, licet non concordet, cum annis domini ar. l. quotiens. ff. si uero, de hære. insti. pro quo facit quod no. glo. in l. si quis in fundi uocabulo deleg. in & l. in ff. de re iudi. Hæc opinio est communis. Omnia prædicta sunt uera, quando solennitas instrumenti fuit solenniter obseruata, sed non fuit inscripta, eo modo, quo interuenit uel fuit totaliter ommissa. Cæterum si non fuisset scripta, nec probata, tunc non posset corrigere errorem imo esset totaliter falsus, & Notarius tanquam falsarius puniretur. l. iubemus. ff. de testa.

Tertio modo, quando fuit erratum circa solennitatem formalem contractus. Dico quod si error fuit commissus à contrahentibus, talis error uiciat contractum, ideo tunc Notarius talem errorem non potest corrigere. l. i. in prin. & l. quicquid astringendo de uer. obli. Sed si fuisset ommissus à Notario in scriptura, ut quia fuit, tunc obseruata illa solennitas, sed Notarius hoc non scripsit, cum talis error non uiciat instrumentum, quare præsumitur hæc solennitas interuenisse, ideo Notarius potest hunc errorem corrigere, insti. de inutili stipu. ff. si scriptum. ff. de uer. obli. sciendum.

Quarto modo, quando est erratum circa solennitatem intrinsecam conuentionalem contractu, dico quod si error est ommissus à contrahentibus, tunc talis error uiciat contractum, ideo Notarius non potest corrigere, l. i. ff. nec emp. l. in emptione. ff. de contrahen. empt. Si uero error non fuisset ommissus per Notarium, si constat de errore per testes, uel alio modo, potest corrigere errorem, alias non, quia talis solennitas non præsumitur, insti. de emp. & uendi. ff. precium.

Quinto modo, quando est erratum circa solennitatem extrinsecam contractus, si est erratum à contrahentibus, uiciatur contractus, ideo Notarius non potest corrigere. l. i. C. de fi. Instru. & de iure hæste. phi. lib. x. & l. si extra prædium, de pac. conuen. Idem est, si est erratum à Notario, nam non potest corrigere hunc errorem, nisi constat per testes, uel alio modo. l. quicquid. ff. de publica. Et est ratio, quia solennitas extrinseca nunquam præsumitur, nisi Notarius



faciat mentionem de ea in instrumento, ut non in .l. i. C. de fi. instr. & .l. i. C. de contrahen. stipu. Sexto modo scilicet, quando est error circa scripturam instrumenti scribendo uerba obscura, si sint omnino obscura, & non intelligibilia, tunc uiciatur instrumentum. Ideo Notarius non poterit corrigere hunc errorem, dictam .l. quicquid, secundum unam lectionem, & ibi Bar. Si autem non sint omnino obscura, tunc potest corrigere declarando & interpretando uerba per eum scripta .l. si quis decurio in fi. C. de fal. & in Auten. de fi. instr. §. si moriatur omnes, col. vi. Ultimo modo, si error fuit circa incongruam latinicam scripturę, tunc non uiciatur instrumentum .l. imperator, de sta. ho. l. si librarius. ff. de re. iur. Ideo Notarius poterit hunc errorem corrigere .l. actorum, uerba, de re. iud. Est tamen sciendum, quod in omnibus casibus, in quibus dixi notarium posse corrigere errorem, debet hoc facere auctoritate superioris & non aliter, ut in Auten. de æqui. do. §. primum gradum, col. vij. & ibi tenet la. de Bel. Item est sciendum, quod in casibus, in quibus non potest Notarius corrigere errorem suum, tenet parte lesi ad interesse .l. i. in fi. si messor fal. mo. dix. & .l. fi. C. de mag. conuen. Item prædicta locum habent, quando Notarius tradidit parti instrumentum in forma publica, quia iam cum sit functus suo officio, non potest suum errorem corrigere, nisi ut præordinatum est, ut iudex de re iud. Cæterum si non tradidisset partibus instrumentum tuum, tunc potest errorem per ipsum commissum corrigere, cum non sit functus officio suo, l. qualem, ff. de arbit. Qualiter autem probeatur error instrumenti plene probatur in dicta .l. si librarius, circa fi. ff. de re iud.

XIII. Quæro, an quando Notarius tradit instrumentum, debeant citari illi, quorum interest, uel qui ex illo instrumento ledi possunt. Bar. format istam quæstionem in .l. fi. ff. de Tabel. exhi. & Cy. in .l. nam ita ff. de adop. in suis additionibus. Ego autem dico, quod quando tractatur de prima editione instrumenti. Istocasu, si quidem est contentio inter Notarium, & illum qui petit instrumentum non pertinere ad petentem, uel dicit illum contractum esse inualidum, & sic publicari non deberet, sic omnes qui ledi possunt ex instrumento isto citari debent, arg. l. i. §. si autem, & .l. fi. de Tabu. exhi. & .l. de unoquoque, de re iud. l. nam ita diuus. ff. de adop. Si uero nulla est contentio inter Notarium, & petentem sibi tradit, ut quia Notarius dicit instrumentum sibi debere tradere, & tunc non est necessaria citatio. Quando tractatur de secunda editione, ut quia iste cui fuit traditum primo instrumentum, dicit se amisisse, & ex alia causa iusta, dicit iterum sibi tradit, & isto casu indistincte debent citari illi, quorum interest, & qui ledi possunt ex dicta editione, quia talis editio debet fieri, cum causæ cognitione, l. si quis ex argenta rii. §. fi. ff. de eden. An autem, quando oriuntur tales contentiones inter Notarium & partem de adhiberi plena cognitio, uel semiplena, no. per Bar. in di. l. i. in fi. de Tabel. exhi.

XV. Quæro, cuius ætatis debeat esse Tabellio. Et uidetur, quod pupillus possit esse Tabellio, ut .l. in puberem, in prin. ff. de falsa doctrina, ut refert Bal. ubi tenet, quod Tabellio debet esse maior pupillo, quia officium Tabellionatus est officium publicum, l. generali. C. de Tabellionibus li. x. Sed pupillus non admittitur ad officia publica, l. pupillus. ff. de iu. & iu. ergo non ob. di. l. in puberem, quia loquitur in illo, qui admittitur ad scribendum. Nam ad scribendum tantum potest adhiberi seruus, ut seruus. ff. de testa. de di. l. in puberem §. non tantum. ff. de fal.

XVI. Quæro, nunquid aliquis posset creari Tabellio infra tempus pubertatis, & post pubertatem conficiat Instrumenta, & exerceat officium. Bar. in allegata .l. in puberem, in prin. ten. quod non, quia hi, qui eliguntur ad aliquod officium publicum debent esse idonei, eo tempore, quo eli-



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

guntur l. examinationis. §. non tantum. ff. de ac. tu.

XVII. Quæro, nunquid Tabellio excommunicatus possit conficere instrumenta publica Bar. in l. eadem. §. i. ad l. Iul. repetun. Et est casus in Auten. de pa. & consu. perducere. col. ij. & in Auten. credentes C. de hære.

XVIII. Quæro, nunquid Tabellio infamis possit conficere instrumenta. Et uidetur quod non, quia habetur loco testis. l. domicius. ff. de testamento, sed infamis non potest esse testis l. eadem. ff. ad l. Iul. repetun. l. iij. §. lege ff. de testi.

Præterea glo. in l. ij. §. miles de infam. dicit, quod infamis non potest exercere aliquod officium publicum, sed officium Tabellionatus est officium publicum, ut dicta. l. generali ergo &c.

Præterea infamis repellitur ab omni dignitate, le. ij. C. de dignitate. Sed officium Tabellionis est dignitas. l. i. C. de manda. princ. ergo &c. Et istam partem tenet Innocentius in c. fraternitatis in glos. in uerbo deponitur, extra de Test. Barto. in dicta le. eadem §. i. ff. ad le. Iul. repetun. tenet contrarium, scilicet, quod infamis possit conficere, mouetur, quia officium Tabellionatus non est dignitas, sed est munus, ut notat glosa in l. i. in fine C. qui mo. non pos. libro xij.

Constat autem quod infames non excluduntur à muneribus. C. de his qui non imple. li. x. & l. i. C. de infam. Item infamis potest esse Procurator. insti. de exce. §. finali. Item potest arbiter. l. pedius. ff. de arbi. Item potest esse tutor & curator, ut no. in summa trium librorum in tit. de infam. li. x. & est casus in l. iij. §. est æquissimum. ff. de postula. Item nec obstat secundum eum l. pri. de man. prin. quia loquitur in Notario principis assumpto ad scribendum negocia ipsius. Nam illud officium ad quod eligitur per principem, est dignatus ut ibidem, ideo infamis non potest illud exercere per dictam regulam. l. ij. C. de digni. Item non obstat secundum quod mo. glos. in l. ij. §. miles, de infam. quia loquitur in Notario, qui habet aliquod officium sibi iniunctum de publico, ut quia Notarius ad bancum stipendiorum sedens, sed nos loquimur de Notario sumpro à partibus, ad faciendum publicum Instrumentum, ad quod officium potest infamis assumi, sicut dicimus in iudice, nam si infamis est, & si sit datus partibus uolentibus, & non opponentibus de infamia, ualet eius iudicium, uel sententia, ut no. In. c. cum super, de offi. dele. & Bar. in l. quidam consulebant, de re iudi. & spe. in titu. de iudi. del. §. excipitur uers. item nunquid. & uers. se. Item secundum eum non obstat, quod infamis non potest esse testis, quia testimonium producitur ab altera partium, tantum inuita. & ideo non admittitur. Sed Notarius qui assumitur ad scribendum Instrumentum, assumitur ab utroque contrahentium, ideo ualet Instrumentum. Ego autem teneo opinionem In. pro qua allego casum de prohi. feu. alie. §. scriba col. x. Non ob. rationes Bar. primo casu, ubi dicit officium Tabellionis est munus publicum, ut no. glos. in l. fi. C. qui mili. non pos. quia dico illam falsam & contra casum. l. generali in fi. C. de Tabu. li. x. ad quam Bar. ibi non respondet. Nam ibi expresse dicitur, quod officium publicum, & quod sit officium publicum tenet In. in c. i. extra de fide instru. quod autem non sit inutile munus publicum, patet euidenter ex eius diffinitione. Nam dicitur ipsum publicum, quod in administranda repub. cum sumpto sine titulo dignitatis subimus, quæ diffinitio habetur ad literam in l. honore. de mune. & hono. Item non obstat de tutore & procuratore & arbitro, quia sunt personæ qui non habent officium publicum. Item non ob. de iudice, quod si non non opponitur, quod si infamis ualet sententia, per eum  
lata



ata, quæ est aliud in iudice delegato infame, quia iudicium & sententia ualent propter auctoritatem delegantis, si litigatores non opponunt notam infamie qua ratio cessat Tabellionibus.

XIX. Quæro, Si Tabellio excõmunicatus uel infamis stetit in possessione tabellionatus, uel bonæ fame, non ob. infamia uel ex cõmunicacione, an ualeant instrumenta facta per eum. Bar. uidetur sibi contrarius in l. eam. §. i. ff. ad l. iul. repetitum, ubi tenet, q̄ sic per .l. barbarius de offi. præsi. & l. de sena. Sed Guil. quem Bar. sequitur in dicta l. barbarius tenet contrarium, q̄ licet diu fuerit in possessione Tabellionatus, tamen non tenent instrumenta per eum confecta, & secunda opinio uerior est, pro qua est casus in di. l. generali. Nec ob. di. l. barbarius, secundum Guil. quia ibi pactum erat in materia tantum, nam ibi interuenerat communis error & auctoritas eius, qui poterat creare Tabellionem, & pactum forme est peius q̄ pactum materie l. pri. §. eius de consti. pecu. & l. cum util. in prin. de accep. Item non ob. l. ij. C. de sena. quia loquitur in liberto, qui poterat esse iudex eo tempore quo iudicauit, licet, postea fuerit reuocatus in seruitutem ex causa ingratitude, uel alia causa.

XX. Quæro, an Tabellio propter delictum perdat officium, & an instrumenta teneant per eum facta, Guil. in hoc tit. de Tabel. circa si. tenet, quod nõ. Tudic, quod aut in totum priuatur officio Tabellionatus, aut non in totum, ut quia de falso damnatur uel deportatur, & sic efficietur seruus pœnæ, & isto casu instrumenta postea facta uiciantur. l. si. C. de sen. pa. & l. si aliquid. C. de suscep. Archi. li. x. Facta uero, an remaneant ualida ar. quod sic, in l. ex falso. C. de transac. & ibi no. & l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. sed si Tabellio aliquo officio priuatur, ad quod erat deputatus, & secundum quod priuatur, tunc instrumenta postea facta ualent, ut in Auten. de Tabel. §. si. C. de mu. & actu. li. x. in l. ij.

XXI. Quæro, nunquid pater Tabellio possit instrumenta conficere pro filio, & uidetur q̄ non: quia Tabellio est loco testis. l. parentes. ff. de testa. sed pater potest testificari pro filio, l. parentes. ff. de testi. ergo nec instrumenta pro filio conficere, pro hoc allego di. l. si parentes, præterea pater pro filio etiam in potestate conficere potest, de castren. pecul. per di. l. si parentes. Sed an possit conficere instrumentum pro filio in potestate de pertinentibus, ad peculiũ aduenticiũ Bar. in l. impuberem. §. pri. ff. de fal. tenet, & bene q̄ si pater cõficiat instrumentum respectu filij, & ita, nec tunc ualet etiam respectu proprietatis, nec respectu usufructus, l. si filius. §. se. & ff. de fal.

XXII. Quæro, quid e contra? an filius Tabellio possit conficere instrumentum pro patre. Dynus tractat hanc quæstionem in l. si uno. ff. de auct. tu. & l. quod dicimus. §. pri. e. ti. Bar. in l. pater de fal. & l. qui testamenta. §. i. de testa. Veritas est, quod filius emancipatus potest. l. filius emancipatus in prin. ff. de fal. Filius aut in potestate patris non potest. l. de eo, in prin. ff. eodem.

XXIII. Quæro, nunquid frater possit conficere instrumentum pro fratre. Respondeo: si sunt ambo in potestate eiusdem patris, non potest, de re q̄ patri quæritur. l. de proprio in prin. ff. de fal. sed si sunt emancipati potest, ar. l. impuberem. §. pri. de fal.

Quæstionum Bartoli finis.

XXIII. Quæro, quomodo probetur, quis Notarius? Inno. in c. i. de fide instru. quem sequuntur ceteri Doct. dicit posse probare Notarium per instrumentum creationis: quia apparet instrumentum, per quod talis creatus est Notarius siue Tabellio, sed hoc casu oportet, quod constet de auctori-



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

rate & potestate creantis Tabellionis, poterit etiam probari per testes, qui interfu-  
erunt, quando fuit creatus Tabellio. Item probatur, quem esse Nota-  
rium probando, quod fecit plura instrumenta inter plures personas, quibus  
est adhibita fides plena. Item sufficeret ad probandum, quem esse Notarium  
si plura instrumenta producantur per eum confecta. Et non sufficeret secun-  
dum Inno. duo, sed plura requiruntur, nam ex eo ipso, quod quis confiteretur  
officium Tabellionatus, dato quod non esset Tabellio, satis esset, quia com-  
munis error facit ius, ut in l. Barbarius. ff. de offi. pto. Lanfran. in repeti. c.  
quoniam contra s. Instrumentorum productiones, nu. 3.

Vide Domi.  
Alex. de 1.  
mo. in consili-  
cix. per totum  
in ij. parte.

XXV. Quæro, An Notarius debeat conficere Instrumentum ad in-  
stantiam unius partis tantum? Inno. in c. i. de fide instrumentorum, tenet q  
in his, quæ dependent à uoluntate duorum, ut in contractibus, Notarius non  
potest conficere neq; rogari de instrumento, nisi ad instantiam ambarum par-  
tium, ut est in uenditione locationis &c. In his autem quæ dependent ex uo-  
luntate unius tantum, ut est in aditione hæreditatis, uel in aliqua protestatio-  
ne, sufficit rogari Notarium ab illo, à cuius uoluntate dependet actio. Et  
ideo si pars faciat unam protestationem in iudicio contra iudicem, non tenebitur  
illam Notarius scribere, si nollet iudex. Istud idem tenet Bal. in rub. de  
fide instru. Subijciens, quod si actus non dependet ex uoluntate aliquarum  
partium, tunc requiritur autoritas iudicis, aliàs tale instrumentum non facit  
fidem plenam, ut in natiuitate alicuius. Nam si quis faciat scribere instrumen-  
tum de alicuius natiuitate debet, interuenire autoritas iudicis, Alias faceret ta-  
le instrumentum quoddam indicium. Idem Lanfr. in d. c. quoniam nu. 10.

XXVI. Quæro si datur copia instrumenti, an debeat citari aduersarius?  
Dicite quod autem nulla est quæstio utrū debeat fieri sibi, uel ne puta, quia  
semel habuit copiam, sed perdidit, & dicit Notarius: ego non teneor amplius  
sibi dare ullam copiam: certè tunc debet pars, quæ posset lædi, citari, ita deter-  
minant Bar. in l. si. ff. de Tab. exhibendis, & Baldus in l. si. C. de eden. Sed  
quid è conuerso Notarius, qui erat rogatus de instrumento, & qui iam dede-  
rat unam copiam parti de illa Imbreuiatura, perdidit illam Imbreuiaturam,  
uel fuit incendio consumpta, aut alio modo, nunquid poterit Notarius par-  
tem quæ habuit copiam, citare, ut exhibeat illam copiam, quia Notarius uult  
extrahere exemplum, quod uult penes se tenere loco imbreuiaturæ? Bald.  
determinat in d. l. si. C. de eden. quod sic, q; poterit compellere, & tantam fi-  
dem facit, tale assumptum, quantam originale, quod est notandum. Idem  
Lanfr. in alleg. c. nu. 15.

XXVII. Quæro, Si negat Notarius se rogatum, an compellatur confi-  
cere instrumentum? Respondeo quandoq; negat se interfuisse, & tunc non  
debet compelli, nisi probetur, quod interfuit rogatus, quia facta non præsu-  
mitur, quandoq; fatetur se interfuisse, tamen dicit quod non fuit rogatus, uel  
quod fuit rogatus, tanquam amicus, non tanquam Tabellio, quo casu instru-  
mentum non est publicum. Casus est notabi. i. qui po. in pig. ha. l. scriptu-  
ras, & tunc dico, si negat se omnino rogatum, probatum est de rogatu. Si au-  
tem fatetur se rogatum, sed dicit, quod non fuit rogatus ut Tabellio, sed ut sim-  
plex scriba, dico, quod in dubio præsumitur Tabellio, quia illa uia assumpta  
præsumitur in dubio, quæ facit actum ualere, ut ff. de Testamen. mili. l. ij.  
& hoc quando quæstio est de rogatu cum Tabellione, Sed si est inter partes  
glo. dicit: quod in dubio Tabellio præsumitur rogatus, quia aliàs non præ-  
sumeretur scripsisse, ut not. in d. s. nos autem in Auten. de Tabellionibus.  
Innocentius dicit, quod non præsumitur rogatus, nec etiam iniunctum nisi  
hoc in scriptura contineatur, & idem dicit hic Nicolaus de ma. tu dic glos.  
ueriorem, quia in Tabellione propter artis peritiã præsumitur solennitas:

ut not.



ut not. infra de usur. l. i. Item quia non est consuetum, quod Tabellio scribat, nisi rogeur, & ideo præsumitur factum, quod consuetum est fieri, ut infra de Fideiussor. l. si ubi est tex. not. Si igitur apparet scriptum negocium inter partes gestum, apparent etiam aliæ solennitates testium, præsumo non esse rogatum, secus si aliæ solennitates deficerent, ut D. l. scripturas, Bal. in rubrica. C. de fide instr. col. 3.

XXVIII. Quæro, An debeat cognoscere partes? Dico quod non est necesse, quando habet scribere in instrumento, certam qualitatem eorum, puta quod sunt idonei possidentes substantiâ &c. ut in Aut. de hære. & fals. si uero absunt colla. i. secundum Nic. de. ma. Idem. Bal. in d. rubri. col. iiij.

XXIX. Quæ requirantur ut Notarius possit instrumentum conficere? Sciendum ad hoc, ut Notarius possit conficere instrumentum quatuor requiri, Scilicet facti cõmissio, id est quod sit rogatus, rei cognitio, id est, quod quantitatem apprehendat, per sensum corporis: iuris permissio, id est, quod instrumentum conficiat de permissis, non de prohibitis ut supra de sacrosanct. ecclesijs, l. iubemus. & his Tabellionibus. Item testium præsentia & rogatio, Bal. in d. rubr. col. ea.

XXX. Quæro, an possit conficere Instrumentum de eo quod est præterius, puta de confessione ad obligandum facta absente parte, uel de stipulatione facta alteri? Respondeo sic, licet scriptura non det uim negotio, ut ff. de uerb. obli. l. stipulatio ista. & alteri, nam de eo quo possunt rogari testes, potest rogari Tabellio. Idem Bal. in d. rubr. col. 5.

XXXI. Quæro, Notarius, si aliquem errorem emendauit, & ita abrasit, uel interlineauit quædam, & nihilominus uelit quod instrumentum ualeat, & omnis suspitio cesset, quid faciet? Dic quod facere debet, in fine instrumenti unam additionem uidelicet, quod dicat hoc modo. Ego talis Notarius illam interlineaturam, uel abrasionem feci manu mea, quia erraui, ita dicit Bar. in l. & ideo. ff. de his quæ in test. delen. arch. in §. i. xxxv. q. ix. d. Ab. in c. ex literis de fide instrumentorum in ij. colum. in uer. Vnde tamen. Et no. quod istud est necessarium, aliàs instrumentum esset nullum, Barto. in l. si unus in fi. C. de test. Adde quod oportet quod ista apostilla seu uerba Notarii sint in corpore instrumenti, secus si in margine, quia nihil operarentur. Ioan. And. in Specul. in titu. de instrumento. adit. & ostenso in addi. incipien. dixit Rolandinus. Adde Domi. Alex. in d. l. si unus, & uide Feli. in d. c. ex literis in uerfi. Quinta declaratio, nu. 10. ibidem.

XXXII. Quæro, Notarius simpliciter rogatus, an possit apponere renunciationes & clausulas consuetas? Dico quod Notarius debet scribere & conficere instrumentum secundum naturam contractus, etiam si à partibus omnia requisita in illa materia non sunt expressa, casus est in. l. fi. C. de fideicom. Bald. in l. i. in ult. col. ff. sol. ma. & in l. de die. in i. col. ff. qui satis. cog. adde etiam quod Notarius debet ponere in instrumento clausulas consuetas, & præsumitur rogatus, ex quo natura contractus ita requirit, glo. & Bal. in d. l. fi. C. de fideicom. paride ca. in l. ij. ff. de iuris om. ind.

XXXIII. Quæro, An Notarius cogatur in publica forma Instrumentum dare ei qui eum rogauit, & tamen prætendit habere interesse? Dico quod qui non rogauit Notarium, non potest eum cogere, quod sibi det instrumentum in forma publica, quamuis prætendat interesse ex tali instrumento: quod ualde no. & uide Spe. & Ioan. And. in tit. de instru. adit. & postquam uer. & breuiter, cum uer. seq. per Inno. & alios in c. i. de fi. instru. Limita istam conclusionem tribus modis. Primo quod licet Notarius inuitus non possit cogi, tamen uoluntariè, postquam sibi constat de interesse peten-



petentis, si ei det copiam, non peccat in spiritum sanctum secundum Angel. & Do. Alexan. hic benè facit, quòd uult glos. no. in l. in fraudem. s. neque Instrumenta in uer. ædi. ff. de iure fis. quòd si duo litigant in hac ciuitate, & quidam tertius priuatus habet instrumenta, quæ faciunt in fauorem unius, licet non possit cogi ædere, tamen si uult, potest uoluntariè ædere. Secundo limita conclusionem glos. in instrumentis extra iudicialibus, secus in instrumentis quæ fiunt in foro autoritate iudicis, ut instrumenta emancipationum uel adoptionum, uel in actis quæ fiunt ad bancum iuris, nam quilibet cuius interest, potest cogere Notarium, ut sibi det copiam, secundum Barto. in l. i. s. æditiones, supra eo, & in l. ij. C. eod. Tertio limito, quando ego non rogauit Notarium, sed alius cuius personam ego represento: pone exemplum in creditore habente obligata omnia bona debitoris, nam potest præterea quocumq; Notario, ut instrumenta sibi exhibeantur secundum Bar. & An. in l. si quis ex argentarijs. s. pertinere infra eo. Barto. in l. si. per illum tex. C. de bo. auto. iudi. pos. & in l. aristo. ff. de iure deli. & in l. controuersa, ad fi. ff. de transac. Iason de Mayno, in l. prætor ait, col. i. ff. de ædendo.

**XXXIII.** Quæro, quibus pœnis afficiantur Notarij, qui officio suo abutuntur? Dic uarijs pœnis affici, secundum qualitatem delicti aut falsi. si. n. conficit instrumentum immunitatis falsum, punitur pœna ignis, text. est no. in l. i. C. de immu. ne. conce. li. x. quod si facit instrumentum reprobaturum, uide quod no. i. l. iubemus in. s. his tabel. de sac. sanc. ecc. in Auten. de no. alie. s. hæc autem & inde tenet, ubi punitur pœnis corporalibus, & traditur in exilium, in Auten. ut nulli iudi. in. s. quia uero, & ibi uide Ang. & an faciat litem suam, uide tex. l. si. C. de mag. conue. & l. si. ad finem. ff. si men. fal. mo. di. Bal. in rub. C. de pœna iud. qua male iudi. & qua puniatur: si scribit simulatum instrumentum habes hic tex. & si scribit instrumentum usurarium est periurus, & non potest amplius conficere, & potest pronunciarî infamis: ita dicit Hosti. summa in ti. de usu. s. si. uer. quid de Notario: & si conficit instrumentum, ut quis puniatur dicit, quòd punitur eadem pœna, facit tex. in ar. in l. i. ff. de sicca. & uide tex. in l. iubemus C. quemad. test. ordi. ubi si omittit solennitatem, & dicit eam interuenisse, punitur pœna falsi, nec potest probare contrarium, quia resultat præsumptio iuris, & de iure ut est glos. sui in præal. l. iubemus, & an præsumatur pro Notario, uide tex. & doc. in l. quotiens. s. sed si maiorem. ff. de hære. insti. & uide bonum tex. in l. nulli. C. de nunc. & act. li. xij. quòd instrumentum carens solennitate, est suspectum de falso, & si Notarius ex certa scientia omisit renunciationem Velleiani, quæ interuenit, punitur de de falso. Vide Bald. in præal. l. sub oi. & Bar. in l. si quis obrepsit de fal. & uide Bal. in repetitione ru. C. de priuileg. do. uid. eleganter not. in l. generali, C. de tribu. li. x. & ibi Bar. & uide omnino Bal. in c. i. s. sunt res prope finem sup. de l. corra. uide tex. & Bald. ubi loquitur notabiliter in l. imperialis, in prin. de prohib. alie. feu. per Fed. adde tex. in c. si aduersus de hære. ubi Notarius faciens instrumentum pro heretico, suspenditur ab of. nō infamia, & Bal. in l. ij. C. de ennu. dicit: quòd Notarius faciens instrumentum illicitum, punitur criminaliter in l. i. C. de sepul. uio. dicit quòd punitur crimine stellionatus, uide Bald. in rub. C. res inter alios acta. And. Barba. in additio. ad Bal. in c. Imperialem. s. callidis in fi. de prohib. feud. alle. per Freder.

**XXXV.** Quæro, an Notarius requisitus ad instrumenti confectionem possit recusare? uel an ex officio teneatur conficere? Dic quòd cogi potest, & tenetur ex officio secundum Bar. in l. si. c. de assesso. & posset priuari officio suo, si nollet secundum Boëtium in Constit. Bituricen. Et uide Fel. in c. quoniam contra. in ij. notabi. de probat.



**XXXVI.** An Notarius licet accipiat pecuniam à pauperibus? Dic quòd non. Secundum Iaso. in l. nec quicquam §. decretum. in ij. col. ff. de of. proconf. & lega.

**XXXVII.** Quæro, Notarius falsarius, aut de falso semel conuictus, an possit adhuc instrumenta conficere? Dic quòd Notarius qui cõmisit falsum, perdit potestatem conficiendi instrumenta. Inno. in c. fraternitatis glo. in l. si quis §. i. ff. de æden; Bal. & Inno. in l. ad testium §. conditionem. ff. de test. Bal. in l. ij. de manu. uind. Et hoc habet locum etiam in instrumentis ad pias causas. Bal. & Imol. in l. in fraudem §. si quis. ff. de testa. mil. Fel. in d. c. fraternitatis, in uer. prima conclusio nu. 4. fol. exc. adde quòd fallit ista conclusio in instrumentis confectis antequam super sit falso lata sententia. Inno. in d. c. fraternitatis. Paul. de cast. in l. si quis. ff. ad Macedo. Barre. in l. si quis decurio C. de fal. Feli. in d. c. fraternitatis, in uer. Fallit primo, nu. 5. fo. eo. Item fallit ista conclusio dummodo Notarius commiserit falsum in officio Tabellionatus; secus, si aliter uel alio modo deliquisset, uel incurrisset infamiam, quia ualebunt instrumenta per seum confecta, ita Bar. latè in l. iij. ff. ad L. Iuliam repetun. do. Abb. in d. c. fraternitatis in i. col. in uer. si. Sed si falsitas. Bart. idem tenet in consi. suo incip. Sed Ioannes, Bal. in l. ij. C. de sentent. ijs, & in l. militibus. C. de testa. mil. Fel. in d. c. fraternitatis in uer. Fallit. ij. nu. 6. ibid. Dic tamen quòd si esset Notarius principis, tunc non ualere instrumenta facta post infamiam ortam, quia tales Notarij habent dignitatem. Bar. in d. l. iij. ff. ad l. Iul. repetun. Fel. in d. c. fraternitatis, in uer. Limita primo in Tabellionatum, nu. 7. fol. ut supra. Dic etiam quòd si Notarius esset ad bancum iudicis, idem erit quòd in Notario principis, idem dic quando Notarius commisisset delictum dignum depositionis, idem dic quando Notarius esset adeo infamatus, & infamia esset adeo grauis, quia in istis idem est dicendum, quod in Notario principis. Fel. in d. c. fraternitatis in uer. Quarto nisi infamia. nu. 8. ibidem. Item fallit ista conclusio in Notario condemnato, de falso propter contumaciam, quia ualebunt instrumenta: ratio, quia talis dicitur condemnatus, ex ficta confessione. Bald. in l. si. C. de fide instru. in fi. Feli. in d. c. fraternitatis de hære. in uer. Tertio fallit. nu. 9. ibi. Nisi exactis apparet expressè de delicto ipsius contumacis, Feli. in præallegato loco. Item fallit nisi Notarius condemnatus de falso reputaretur habilis communi opi. quia instrumenta confecta per ipsum ualere. Bal. in l. i. in ij. col. C. de testa. & in l. ij. in ij. col. C. de sentent. Petr. de Anch. in consi. suo. ccix. incip. pro isto. Fel. in d. c. fraternitatis in uer. Fallit quarto, nu. 10. fo. eo. Item fallit ista conclusio, quando iudex reseruasset ex causa ipsi Notario condemnato, de falso facultatem conficiendi instrumenta. Bar. in l. si quis §. fin. ff. deleg. iij. Archi. in c. Si quis l. distin. ubi do. de san. gemi. Fel. in d. c. fraternitatis in uer. fallit quanto. nu. 11. fo. ut supra. Item fallit ista conclusio, quando Notarius cõdemnatus de falso, uellet instrumenta prius inchoata redigere in publicam formam. Bar. in l. ad testium §. i. ff. de testa. Anto. de Butr. in d. c. fraternitatis. Feli. ibi in uer. fallit vi. nu. 12. ut supra. Item fallit ista conclusio, quando partes requirerent Notarium condemnatum de falso, quia non ualebit ut instrumentum, ualebit saltem de confesso. Feli. in d. c. fraternitatis; in uer. fallit septimo. nu. 13. ibi. Item fallit ista conclusio, quando Notarius falsarius fecisset plurima instrumenta, quia ualebunt propter communem utilitatem. Inno. in c. dilecta. de rescrip. Feli. in d. c. fraternitatis in uer. Octauo fallit nu. 14. fo. ibidem. Item fallit ista conclusio, quando Notarius falsarius haberet alium Notarium, non falsarium socium, quia ualere instrumentum. Bald. in c. iij. loco de proba. do. Abb. inc.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

in c. si. de procu. in iij. col. Item fallit ista conclusio, quando Notarius falsarius copiare instrumentum Notarij, non falsarij, quia ualeret copia. Barto. in d. l. si quis. ff. de æden. Feli. in dicto c. fraternitatis in uersiculo nono fallit conclu. nu. 15. fo. cxcj. Adde ad ista pro complemento totius materiae, qua poena sunt puniendi Notarij, qui faciunt instrumenta falsa, uide scribentes in Auten. Sed nouo iure. C. de ser. fugiti. & Bald. præcipuè in rubr. C. res inter alios acta. in si. adde etiam qua poena sint puniendi, qui sciunt conficere instrumentum in fraudem usurarum, & dic quod debent remoueri ab officio Tabellionatus ob infamiam. Bal. in l. iubemus. ff. sanè C. de sacrosan. eccle. & ibi. Ia. But. Bal. in d. rub. Adde etiam, quod Notarius qui facit instrumentum clandestinum, debet puniri, ita Bald. in l. mandatum. C. manda. & in l. cum fratrem. C. de his qui ut indig. Adde etiam quando instrumentum dicatur falsum per consequens, quando Notarius puniatur de falso. Bal. in l. si potest. de iur. & fact. igno. Adde etiam quod Notarius conficiens instrumenta super illicitis puniatur. Barto. & Bal. in l. ij. C. de per. bo. subla. lib. x. & Bald. in rub. de fide. instrumen. in ix. colum. Adde etiam quod quando in instrumento reperitur aliqua solemnitas, si illa non interuenit presumitur instrumentum falsum. tex. est not. in l. nulli. C. de mira. & actua. lib. xij.

**XXXVIII:** Quæro, An Notarius infamis possit conficere instrumentum? Dic q Notarius infamis regulariter non potest conficere instrumenta, ita glo. in l. i. ff. de his qui no. infra. uide Bar. in l. eadem. ff. ad L. Iul. repetun. ubi ponit de duobus generibus Notariorum, uidelicet, de Notarijs principum, & de Notarijs ad bancum iuris, quia isti si sunt infames, non possunt conficere instrumenta. Adde Bald. in l. in exercendis in ij. colum. C. de fide. instru. ubi querit, an infamis retinet officium. Vide do. Abb. in c. cū dilectus, de fide instru. in ult. col. in uers. ex hoc uidetur. & ibi Feli. in uers. Tertia declaratio, nu. 38. fo. clxxi. par. ij. Adde q fallit ista regula in aliquibus casibus. Et primo, ubi infamia esset occulta, quia ualere instrumenta facta ab infami, ita Bal. in l. cunctos populos. in v. opposi. C. de sum. trini. & fide catho. uide Feli. in d. c. cum dilectus, in uer. allega. Item fallit, quando infamia non descendit ex delicto, ita Feli. in d. c. cum dilectus. in uer. prædi. Item fallit, quando Notarius est infamis, infamia facti non iuris: quia ualere instrumenta ipsius do. Abb. in d. c. cum dilectus. de fide instru. in ult. col. in uers. item dico; & Feli. in uersic. Tertius casus ibidem nu. 40. Item fallit, quando Notarius est infamis ex delicto, & tamen rogatus à partibus, ut conficiat instrumenta, quia isto ualebunt talia instrumenta, ex quo partes ea habitant. Bart. in l. eadem. ff. ad L. Iuliam. repe. do. Car. in d. c. cum dilectus, dictamen quod oportet quod expressè appareat, quod partes eum rogauerunt. do. Ab. in d. c. cum dilectus in ult. col. in uers. Si ego limitarem. Adde Feli. in d. c. cum dilectus, in uer. Quartus casus. nu. 41. ubi supra.

Postremo Quæro. An Notarius qui in ueritate non est Notarius, neq; habet priuilegium Notariatus, tamen communi opi. reputabatur Notarius, & est quasi in possessione, quia multa instrumenta publica fecit: an instrumenta per eum facta ualeant? Ista fuit quæstio antiquitus disputata. Et multi doctores tenuerunt quod instrumenta ualeant, etiam quod non sit Notarius, & idem tenuit Feli. in c. i. de fide instrumen. in uer. Item quæritur: quod sit confectum nume. 17. & 18. fo. cliij. Tamen communis opi. est in contrarium, ubi uide per Feli. & posita in additione contra Felinum.



**TRACTATUS CLAUSULARUM**  
 quarum quae ex more Instrumentis, Contra-  
 ctibus, Testamentis, aliisque ultimis vo-  
 luntatibus, Judicialibus item Actibus  
 inseruntur: per Celsum Hugonem  
 Dissutum Burgundum v. i. Do-  
 ctorem, ex varijs Doctorum  
 scriptis collectus.

COMMVNIA CLAUSULARVM.

**C**LAUSULA in literis quandoque ponitur ad cautelam, quandoque ad neces-  
 sitatem iuris, in Spec. de iud. de l. s. sequitur uidere, uer. sed nunquid  
 potest.

Clausula in rescripto transposita non uitiatur: sed intelligi debet ubi esse de-  
 bet, in Spe. de lit. conte. s. i. uer. sed pone peto. & de instru. xdi. s. nunc. Aur.  
 uerfi. item excipe quod talis clausula.

Clausulae omnes in testamentis confirmantur per aditionem; & ante nihil  
 operantur. Bald. in l. i. pe. col. in fi. in uer. item dico unum. C. si quis omni.  
 causa testa.

Clausula in l. interpretata praesumitur repetita, in l. interpretante. l. nihil.  
 & ibi Barto. ff. de coniu. cum eman. lib.

Clausula in uno statuto, uel eius parte, an intelligatur repetita in alijs sta-  
 tutis similibus, uel in omnibus partibus eiusdem statuti. Flo. in l. quemadmo-  
 dum. s. haec uerba. ff. ad l. Aquil.

Adde Bar. in l. licet imperator, in pe. q. ff. de lega. i. & in l. i. s. i. in fi. ff. de his  
 qui deie. uel effu.

Clausula non competens contractui, reddit contractum nullum.

Vide Bal. in l. comparationes. col. ij. uerfi. ultimo nota. & ibi etiam Guil.  
 de cug. nu. 7. ubi notauit in apostil. ad ipsam in uer. quae forma seruatur. C. de  
 fi. instru. & in l. i. C. ut in posses. lega. & in l. si tutor. C. in quibus cau. in in-  
 te. testi. non est neces.

Clausula generalis comprehendit alia quam expressa eiusdem generis uel  
 conditionis, non diuersi. Car. in Clemen. i. s. i. de praeben.

Adde Bar. in l. legatorum. s. fi. de leg. ij. & in l. titia. s. lucius. el. ij. eo. tit.  
 dixi in apostil. ad Bal. in l. pactum q. xiiij. C. de colla. & tangit Feli. in c. quae  
 in ecclesiarum col. xiiij. uerfi. sed hanc declarationem extra de consti. & in  
 eo. uerfi. xvi. & Feli. in c. sedes. col. ij. uerfi. cla generalis. extra de rescrip.

Clausula ad unum finem posita non operatur alium. Cardi. in cle. i. s. i. de pre-  
 ben. & ibi tex. & l. legata inutiliter de lega. i.

Clausula consuetata intelligitur apposita, si forte sit omissa contra stilum cu-  
 ria, no. Abba, in c. cum. m. de consti. col. i.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

Tu dic hoc uerum tam in rescripto quam in alijs concessionibus: Et idem in contractibus ut uideatur contractus geri secundum consuetudinem loci, licet hoc non exprimat in contractu, ut no. Fely in alleg. c. cum, m. colum. ij. uer. nota iij. de constitutionibus.

Clausula transposita censetur posita in loco congruo. Abb. in d. c. cum, m. i. colum. per c. causam que. de rescrip.

Clausula generalis comprehendit etiam personas in dignitate constitutas etiam principem not. card. in cle. i. de iudi.

Clausula generalis non sufficit etiam post speciales casus enumeratos. s. in requirentibus speciale mandatum. not. card. cle. ij. de procur. & ibi uide quid operetur, clausula generalis in mandato in q. ij.

Clausula generalis, omnia debita & credita sint communia: quomodo intelligitur. Alexan. consi. cxvij. i. parte:

Clausula specialis sequens post generalem in dubio non restringit, sed declarat præcedentem. Dy. sin. in regu. generi per speciem in vi. & not. in l. quæsitum & si. de fun. instruc. & in l. pediculis & labes. de aur. & argen. lega. & per Alexand. in l. sanctio de pœnis.

Clausula generalis sequens an & quando comprehendat casus specificatos. Flo. in l. si seruus seruum & inquit. ff. ad l. Aquil. & in l. doli clausula de uerb. sig. quod non, & glo. xvij. q. i. caue.

Adde Bart. in l. seruus communis. ff. de stipu. seruorum. & in l. legatorum & si. ff. de leg. ij. & in l. consul. ff. de adop. & Feli. c. sedes. col. ij. uersicu. clausula generalis extra de rescrip.

Clausula generalis sequens post quædam specificata, restringitur ad illa sola. Bal. in l. pactum. xiiij. q. C. de col. & per Alexan. sin. in cōsi. cxvij. i. parte & plenè per Barto. in l. si seruus communis. i. ff. de stipu. ser. & in l. legatorum & si. de leg. ij. & in l. Ticia la. i. lucius el. ij. & in l. meuius & eum qui in ij. colum. in princi. uersu. pro cuius declaratione eo. titu. & in l. libertis quos in princi. ff. de ali. lega. Item restringitur ad similia expressis secundum Cardina. in clemen. ij. de procur. xv. q. cautius est eam ponere. l. stipulationes cōmo. de uerb. ob.

Clausula generalis absolutè posita, quomodo intelligatur? per Bal. in l. pactum. xv. q. G. de col.

Clausulæ omnes in contractibus debent operari. Bald. in Rub. C. de contrahen. emp. ix. q.

Clausula que liber debet operari aliquid. c. si papa de priu. in vi. si quando de le. i. & Pau. de ca. consi. lxxij.

Clausula absolutè posita quando dicitur. Bal. in l. i. ad finem uer. vi. quarto C. de libe. præte.

Clausula absolutæ posita: Operatur idem quod ratio ad omnia præcedentia, non tamen ponitur relatiue, sed simpliciter. Bald. in l. i. in prin. C. de libe. præte.

Clausula refertur ad omnia, quando non est ratio restrictiua. Bald. in l. i. in prin. C. de libe. præte. sed non ad id quod de iure fieri non potest in Spec. de ar. & si. uer. in forma.

Adde plenius Bar. in l. ut gradatim & si. de nume. & hono. & in l. ij. & utro ff. ad sille. & Are. insti. de uerbo. obliga. & sed hæc solemnia.

Clausula artat id cum quo potest construi, salua ratione recti sermonis, et id omne complectitur, non alias, nec operatur quando resultat absonus intellectus. Bal. in d. l. i. i. colum. in uersu. & no. quod clausula. C. de libe. præte.

Clausula generalis exclusiua non refertur ad privilegiatas.

Adde



Adde Cardi. in cle. i. §. nonnulli. de excels. præla. Bal. in l. i. & ibi bo. tex. C. de silen. li. xij. eundem, in l. i. col. pe. uer. si. unde quæritur. C. de fur. & consi. suo. lxxij. inci. super hoc puncto duo, sunt uidentia, in fi.

Clausula generalis inclusiuua favorabilis, non refertur ad odiosos, nec prohibitos, Bal. in addi. Spe. de consue. uer. ij.

Clausule in contractibus euictionis et renunciationis poni debent & censentur positę secundum consuetudinem, si pignore §. si. per Bar. de pig. act.

Clausulę unius prothocolli, censentur repetitę in alijs sequentibus. Bal. in l. circa. C. loca.

## CLAUSULA IN PRINCIPIO.

**C**lausula in principio, seu præcedenti posita, non censetur repetita in sequenti. Bar. in l. i. ff. de pac. dota. item Bar. in l. in actionibus. ff. de infra. dicit quod clausula in præcedenti capitulo posita, non censetur repetita in sequenti, in his quę pertinent ad facti narrationem, non quoad iuris dispositionem. Bar. post glo. in l. transigere in ulti. col. in prin. uer. ex hac glo. no. C. de tras. ac. dicit quod in dispositione legali dicta in præcedentibus, non censetur repetita in sequentibus, aliās autem dicitur clausula in prin. posita refertur ad sequentia. l. si quis ex argens. §. si initium de æden. Bar. & doc. in l. talis scriptura §. si. in l. col. ad fi. uer. uenio ad ij. notabile. ff. de le. i. & in l. i. per Bart. C. de libe. præte. doc. post gl. in c. secundo requiris de ap. & doc. in l. ij. §. filius de libe. & posthu. & plenę in Spe. de instru. ad §. nunc aut uer. item excipe. et in ti de alleg. & dispu. §. post hoc. in uer. ulti. in prin. actum narrat. cardi. in cle. ij. vij. oppo. de procura.

Addę Barto. consi. v. inci. Angelus, & consi. lxxxij. inci. in facti contingentia. Paul. de Cast. consi. cccxliij. & Roma. consi. cx. & consi. cxxix. notauit plenę in apostil. ad Guille. de cugnio, in l. si idem cum eodem in prin. de iurisditio. omnium iudi. & ibi Barto. in glo. in uer. eorum sententia. ff. de iurif. om. iudi. Bal. in l. omnes populi. col. xi. uer. si. & dixi. ff. de iusti. & iur. & Cardi. & Io. de Imol. in c. cum dilecti, extra do dona. Quod est uerum, quando commodę referrı potest, aliās non, ut est glo. not. in alleg. l. si idem in eodem. Quod fallit, quando præcedentia habent separatam determinationem, quām sequentia & quando sequeretur absurdum, uel aliud inconueniens, seu iurium correctio, ut per Bart. in l. prætor. la. ij. ff. vi. bo. rap. & in l. talis scriptura. ff. de leg. i. de quo est tex. singu. nec alibi repertus in c. ecclesia uestra. el. ij. secundum Abba. ibi extra de elec. & hæc faciunt ad contenta in his uer. si. & seq. usq; ad uer. clausula derogatoria, de quo etiām uide quod dixi infra. in uer. clausula si ita est, & notauit in apostil. ad Panor. in c. causam quę. nu. v. in uer. clausula in fine posita; post alios extra de rescrip. & in allega. c. ecclesia uestra, nume. v.

Clausula in medio posita, refertur ad præcedentia & sequentia connexa. Bal. in addi. Spec. de alleg. & dispu. uer. de clausula in medio, & ibi uide in Spec. §. post hoc in uer. & nota quod clausula, & per Barto. in l. talis §. si. in ij. not. ff. de leg. i. & in l. i. C. de libe. præte. ubi dicit quod refertur ad omnia, si est posita inter plura capitula: sed si in medio unius capituli tantum, refertur ad illud tantum.

Clausula in principio, uel in medio, uel in fine posita, refertur ad omnia quādo non est ratio diuersitatis, quare magis ad unum quām ad reliquum referatur. no. in c. secundo requiris, & ibi doc. & Phillip. in principi. de appellatio. & l. i. & ibi. Barto. C. de libe. præte. & Cardina. in clemen. i. §. si. de iure patro. Item quando non reportaret illicitum, ut dicit Cardina. in clemen. i. §. urbanus



## ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

de reli. & uen. sanc. per c. cum dilecti. & ibi. car. de donatio.

Clausula in fine posita regulariter refertur ad omnia præcedentia. l. talis scriptura. §. fina. & ibi docto. de lega. i. quod uerum si commode referri potest, alias ad proxima tantum. l. i. §. hoc edicto, & ibi docto. ff. de postul. & l. si idem cum eodem de Iurisdictione. omni. iudi. & Cardina. in clemen. i. §. fina. de Iure patro. quod refertur ad omnia, nisi sint diuersa. & per Barthol. in l. prætor. ij. in §. eritque differentia. ff. ui bono. rapto. & not. in c. cum dilecti. & ibi sicu. ij. colum. de donatio. & Bald. in marg. uer. Instrumentum, & Flo. in l. si seruus §. inquit. ff. ad legem Aquili. & per Barthe. & Bald. in dicta. l. i. de libe. præte. & Bald. in l. i. C. de legi. her. & quod no. per Barro. in l. doli in principio. ff. de ser. corru. item nisi resultaret absurditas c. cum dilecti de dona. Card. in de. i. §. qui auiter de statu. mona.

Clausula in fine rubr. non debet operari eius extensionem, si aliud non apparet. Card. in de. i. §. i. de præben.

Clausula in fine posita refertur ad præcedentia continuata scriptura. l. si. & ibi Bar. ff. de re. dub.

Clausula in fine posita nõ refertur ad omnia præcedentia capitula separata, sed ad connexa tantum. glo. in c. ecclesia uestra. el. ij. de elec.

Clausula sequens concernit superiora, etiam remota, etiam si sint distincta card. in de. i. §. ij. de sup. neg. prela.

Clausula in fi. contractus posita, refertur ad proxima tantum, non ad remota. Bal. in marg. uer. instru. uer. nota clausulam.

Clausula non refertur ad capitula, quæ destruerentur si fieret talis relatio. Bar. in l. talis §. i. §. & fi. in ij. colum. in uer. Item si ex hac relatione. ff. de leg. i.

Clausula doli in fi. posita refertur ad omnes casus, non specificatos. doc. et Io. de Por. post glo. in l. stipulationes commodissime de uer. obli. & in l. doli clausula. eo. tit. & Flo. in l. si seruus §. inquit ad. l. Aquil.

Clausula in eadem oratione posita non debet referri ad diuersos intellectus in Spec. de dispu. & alleg. §. post hoc super uer. ult. in princi. factum narrat.

Clausula etiam unius dictionis in fine posite, refertur ad omnia præcedentia, ut si statutum dicit: si quis fecerit tale quid, & tale quid de nocte & c. quia uerbum de nocte refertur ad omnia. l. doli. in prin. de ser. cor.

## CLAUSULA DEROGATORIA.

**C**lausula derogatoria habet uim ademptionis, etiam si sit posita in minus solemnitate. Bart. in l. si quis in prin. test. in ij. col. in uer. quæro de prima uoluntate. ff. de le. ij. cuius forma est cassans & irritans, omne aliud testamentum, ut ibi not. de qua clausula uide omnino Alex consi. vij. iij. parte.

Clausula derogatoria tacite inest secundo testamento. Bald. in fi. v. q. paulo post princi. C. de ædic. diui Adri. tol. per glo. in l. hæredem de his qui, ut indig.

Clausula derogatoria in testamento rupto ex causa præteritionis uel ex hæreditationis conseruatur, per Auten. ex causa C. de libe. præte. in tm q. legata & fideicommissa ex testamento. ut supra rupto, ualent uirtute dictæ clausula. Bart. in d. l. si quis in prin. in iij. col. uer. quæro quid si ista uerba.

Clausula derogatoria in rescriptis papæ, ligat ipsum, non eius successorem. Io. mo. in c. licet: Romanus, de constitu. in vi. & Bald. in c. i. viij. colum. in fi. in uer. extra not. qui feu. da. pos. & in l. ij. in ij. colum. in uer. modo quæro nunquid papa. C. de sen. experi. reci. & in trac. scismatis. col. iij.

Clausula



Clausula derogatoria, an tollat ius commune, uel legem contrariam rescripto, & an tollat priuilegia habentia clausulam derogatoriam, uide Pau. de cast. consi. liij, ubi plene & infra uer. cl'a. non obstan. & c.

Clausula derogatoria in primo testamento non nocet secundo testamento quod fit ex interuallo, sed demum quando fit incontinenti secundum post primum. Bar. in l. qui bona & fina. ff. de acquiren. hæredita. & Ioan. de pra. in l. pacta nouissima. C. de pac. & melius per domi. Alexand. consilio vij. iij. parte. & Salyce. in l. sancimus. C. de testamen.

Clausula derogatoria non obstante aliquo alio testamento, per me facto, etiam si de eo fieri deberet, mentio specialis. Operatur ac si nominatim & expresse tenor primi testamenti esset insertus, in secundo secundum Ange. no. in l. omnes. in prin. C. de prescrip. trig. anno. & in repertorio suo, uer. testamētum, & Bal. ibidem in i. col. & per Alex. plenius in consi. vij. iij. parte, addo Bal. in l. humanum in ulti. colum. in prin. in uer. aduerte quod in eo per quā ita consuluit d. Io. de Anania in cōsilio suo. lvi. quod incipit his, quæ factō proponuntur, & Paulus de Leza. in cle. prima de sepul. de quo uide Ange. & Io. de imo. in l. si mihi & tibi & in legatis, & ibidem remissiue d. Alexand. in iij. col. in uer. super hac glo. quærit hic Ange. ff. de le. i. cum infinitis concor. ibidem per eum signatis, & per Pau. de cast. in l. ij. & ibidem Bal. & do. Alex. ff. de libe. & posthu. post alios ibidem per eum relatos.

Clausula derogatoria in primo testamento posita, & in l. testamento omiffa, cum concursu decennij post secundum testamentum, Operatur ualiditatem secundi testamenti, & reuocationem primi, Bal. in l. sancimus, in ulti. col. in uer. idem fortè si cucurrerit. C. de testa.

Clausula derogatoria specialiter non requiritur in secundo testamento, quando unum præcessit, sed sufficit generalis clausula, nō obstante quocunq; testamento, quia intelligitur de illo quod solum præcedit, sed si plura præcedant, requiritur clausula specialis, non obstante tali testamento, in quo est talis clausula, puta, aue ma. uel si Bal. in l. ij. ff. de libe. & posthu. & in consi. pūctus quæstionis, talis est quidam fecit testamentū, sed uide Bar. & Doct. in l. si quis in prin. testa. in v. col. in uer. sed quæro si esset, ponere tertium casum. ff. de le. iij. & in l. si mihi & Titio & in legatis, & ibi. Bart. ff. de leg. i. cum alijs concor. signatis supra in præcedenti uer. & per Alexan. consi. vij. iij. parte, ubi contra secundum Ange. Pau. & Imo. in d. l. ij.

Clausula derogatoria generalis refertur ad id solum, quod præcedit, si unū tantum præcedit, in quo operetur & sufficit, alias non. Bal. in Auten. hoc inter liberos in i. col. uer. quid ergo si in primo testamento. C. de testa. de quo plenius per glo. & Cardina. in clemen. i. in principio, ultimo notabi. & in iij. oppositi. de sepul. ubi ponit, an clausula derogatoria per uerba generalia sufficiat, & in cle. si & fina. de pœnis quod sic.

Clausulæ derogatoriæ materiam suppleas. infra proximo uerbo clausula non obstante per totum.

Clausula derogatoria in secundo testamento, non solemnni non tollit primū solemnne. Bartho. in l. si iure. in ij. colum. in uer. quæro dicit testator. ff. de de lega. iij. Bald. in l. sancimus, in i. colum. in uer. reuoco in dubiū, & ibi Pau. C. de testa. sed an operetur, non adita hæreditate. Bal. in l. sed si in cōditione & si. uer. & istud inducebam. ff. de hære. insti. quod non, & in dicta l. si iure ad si. uer. & idem si in testamento & infra uer. clausula cassans, uer. ij. & iij. in clausulis testamentorum.



## ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

## CLAVSVLAE CONTRACTVVM.

**C**lausulae contractus uel instrumenti precedentis, non censentur repetitae in alio sequenti. Bal. in l. circa. C. loca. & Alexand. in l. si quis. ff. initium de aeden. ubi dicit uerum, nisi sit in sequenti clausula &c.

Cessit omne ius quod habet & habere sperat in dictam rem: Operatur ut etiam ueniant actiones furtiuae, quae alias non uenirent in cessione. l. haec redem, & ibi Bar. ff. man.

Titulo uenditionis uel donationis: Operatur ut habeatur differentia inter contractum emptionis & permutationis, quia in primo interuenit praecium numeratum, uel res aestimata loco precij, ut notatur in l. i. & ij. C. de rerum permutatione.

Dedit, cessit, transtulit: Poni debet, & quid operetur. Bar. in l. per diuersas. C. man. i. col. in uers. ij. praesumitur simulata.

Pro meritis & seruitijs: Poni debet in instrumento cessionis secundum Bal. contra Bar. in d. l. per diuersas in iij. colum. v. q. C. man. qui Bart. in iij. col. in prin. uers. iuxta hoc quaeo iuncto uer. dubito, tamen dicit se pluries fecisse dictam clausulam remoueri de cessionibus:

Ego dico quod ista clausula operetur quod ualeat cessio, quando actio pro parte uenditur, licet non possit tunc pro parte donari, ut per Bald. in d. l. per diuersas, & ibi Saly. q. xvi. & no. idem. Bald. in l. ij. col. iij. uers. quaeo si in instrumentum. C. ne liceat poten. Praecedentibus meritis in instrumento donationis, an probet merita praecessisse. Bar. in l. si forte in i. col. in fi. uer. & per hoc dico l. q. ff. de consti. pecunia, quod non, & addo Bar. in l. si donatione in i. col. in uer. sed quaeo ubi etiam d. Bald. in i. col. in uer. quaeo glo. & late. d. Alexan. Imo. in ij. colum. in principi. cum in finitibus concor. ibidem per eum signatis.

Quibus addo Bald. in l. illud q. iij. C. de sacrosanc. eccl. ubi dicit quod si uerba enunciativa bene meritorum posita in instrumento donationis, debent facere fidem ipsa benemerita praecessisse, quod oportet deuenire ad particularitates bene meritorum, nec sufficeret de eis in genere facere mentionem, ita nor. Oldra. consil. v. inci. Ticius dedit, & Sozi. consil. ccxcv. incip. in causa contra filios & haeredes petri. col. ij. uer. circa secundam difficultatem, quorum in opi. reprobatur clarissimi. do. meus Philip. decius, consil. xx. incip. in causa istorum fratrum, & multis iuribus & rationibus, quas ibi uide per totum, quia per hoc tenebis forte indistincte ad dictum Bar. in d. l. si forte.

Sciens non esse obligatam alteri dictam rem, debet poni in instrumento obligationis, uel pignoris, ut secundus creditor uel emptor certificetur, an sit res ipsa alteri obligata uel non. l. & quae nondum. ff. qui res suas. ff. de pigno.

Qui syndicus possit obligare bona communis & priuatorum: Operatur ut qui libet de populo possit conueniri pro debito communis. Bar. in l. sicut in prin. in i. q. ff. quid cuius. un. no. & in l. iij. ff. si actor in ij. col. in prin. uers. sed pone quod syndicus. ff. de re iudi. Ang. in l. ij. C. de dona. in angu. & ab angu. factis.

Alia est l. pe. C. de dona. inter ui. & uxo. et in l. i. col. fi. uer. ult. facit ista gl. ff. quod quisque iur. Imo post eum in l. pot. in fi. de aucto. tuto. Bal. in l. i. col. i. uer. modo in ista lege aliqua dicam. C. ne filius pro pa. & in praalle. l. i. ff. quod si ne. mo. col. i. uer. sed iuxta hoc quaeo. ff. quod cuiuscumque uniuers. no. & omnino Alexan. in l. iij. col. vij. uers. postremo quaeo Bar. ff. de re iudi. cum multis concor. ibi per eum sig.

Ad meliorandum: Operatur ut resectio rei debeatur, secundum Bar. c. po. in ti. de serui. urba. c. lix. adde in. eodem uer. promissit meliorare:

Suos haeredes & successores, quomodo intelligat in instrumentis, uide Bal. in l. si in personam, in fi. C. de fideius. qui dicit quod intelligitur de haeredibus.

uel



uel descendentes in infinitū. Alex. plenè consi. cxviij. uolu. ij. & intelligitur de hæredibus uniuersalibus, qui sint hæredes de iure ciuili, uel qui succedant uniuersaliter de iure prætorio, ut no. Imo. in l. quod dicitur col. fi. ff. de uer. ob. & omnino Alex. in l. quedam. §. nihil. col. i. ff. de eden. & not. in apostil. ad l. fluminū. §. adijcitur in uer. successoris super glo. in uer. dñium. ff. de dam. infecto, & Bal. in addi. Spe. de emp. & uen. uer. uerba illa per se q̄ de uniuersalibus. Bal. in l. emptorem, in ij. col. in fi. in uer. quid si instrumentū C. oc. & in l. liberti. in vij. col. C. de ope. lib.

Sine exceptione aliqua in instrumentis, quomodo intelligatur. Bal. in addi. Spe. de emp. & uendi. uer. uerba. sine aliqua qd̄ excludit omnē excep.

Quæ omnia & singula sub pœna: quid operetur. Bal. in addi. Spe. de emp. & uendi. uer. quæ omnia dicit q̄ referuntur ad singula pacta & capitula.

Ad habendum tenendum & possidendū, quid operetur. Bal. in addi. Spe. de emp. & uen. uer. ad habendum.

Rebus sic stantibus semper subauditur in iuramento. Bal. in l. clarifico meo. C. de fideicom. l. fi. qui satis. cog. c. breui. de iureiur. in glo. in c. quem admodum, eo. ti. & in l. cum quis in prin. de solu. & But. in c. cum p. de renun. quod iuramentum scholaris de non se doctorando nisi Bononiæ, intelligitur rebus sic stantibus, & in l. fi. in i. col. in uer. vij. inest conditio. C. de non nume. pecu. & ibi Salyce, & Fede. de Senis, consi. ccxxiij. ubi dicit quod nec iuramentum ualidat contractum rebus mutatis, unde ex causa noua licitū est facere contra, ideo Saly. in l. fi. hic alle. ponit multa exempla. Tu adde aliud, sed Host. & Io. An. in nouella in c. significauit de censu. & Fede. d. se. cō. si. ccxcix. quod debitor iurans soluere creditori infra annum, non est per iurans non soluens: & interim condemnatus in confiscatione bonorum, quia status est mutatus. Item subauditur in ultimis uoluntatibus Bar. in l. quociens §. si duo ul. q. de hære. insti. l. paulo. §. i. de leg. iij. & in l. Meuiā. §. fi. de annu. leg. ubi legatum ab uxore hære. factum seruis intelligitur rebus sic stantibus. i. uxore non pregnantē. Adde l. in confirmando, ubi per Bar. ponuntur multa exempla, de confir. tu. Idem in contractibus l. quæro §. inter locatorem. ff. loca. l. si conuenerit pro soc. l. cum quis de sol. Idem in priuilegio. c. suggestū de decimis, de hac clausula uide Alex. in §. duo fratres, ult. colum. de uerbo obli. Item in constitutione facta de certo numero canonicorum, qui intelligitur nisi fructus superexcrecant. not. abb. in c. cum. in i. colum. de consti.

Rebus sic stantibus: subauditur in contractibus. l. q̄ seruius, & ibi no. ff. de con. ob causam, & Bar. cepo. de serui. ur. c. l. item & in renunciatione iuriam Bar. in d. l. quod seruius ad fi. uide omnino Alexan. in d. l. q̄ seruius. & in l. si conuenerit §. si nuda de pigno. act. & gl. c. ne quis xij. q. quæ dicit clausulam semper intelligi rebus sic stantibus, & ibi optimè probatur de deponēte gladium alteri, quia ei non debet reddi, si postea furiosus factus est.

Rato manente pacto: hæc clausula uidetur posita in odium contra uenientis non in fauorem, ideo non mutat naturam contractus, nec pœnam quæ uenit ex natura contractus. Bal. in addi. Spec. de loca. in v. col. uer. clausula rama. pac. & ibi Spec. §. nunc aliqua uer. xxxvi. & uer. seq. Bar. post glo. in l. ij. ult. col. in uer. quæro quando promissa est. C. de iure emphi. & operatur fauorem seruantis, ut infra eo. uer. iij. Rato manente pacto: subauditur in contractibus bonæ fidei. l. prædia. de act. emp. Bal. in l. si pacto in iij. col. nu. viij. in uer. si, quid dicemus dicit Bar. C. de pact.

Rato manente pacto. Operatur in fauorem seruantis, pactum: non in odium eius, in glo. et doc. in c. potuit in uer. potuisset expelli de loca. in l. ij. C. de iur. em. in gl. mar. uer. repellere, in uer. item si promisit pœnam, & in l. qui fidei. & ibi Ale. etiam ubi per Bar. plene in ij. col. in uer. quæro quid si hoc ca



su ff. de tran. uide Dy et Bar. in l. cū pater. §. libertis. in uer. gl. signat. ff. de trā. uide Dy. Bar. in l. cum pater. §. libertis in uer. ul. glo. signat. ff. de le. ij.

Addo Bal. in l. cum proponas nu. viij. quod ibi posui in apostil. ad istum in uer. pro eo qui seruat contractum. C. de pac. & panor. c. cum inter. r. nu. ij. ubi etiam notauī in apostil. in uer. clausula rato manente pacto extra de elec.

Rato ma. pac. impedit nouationem, & inducit augmentationem. Bal. in l. ancillæ ul. col. in uer. oppo. quod electa. C. de fur. & in l. i. x. col. in uer. sed istud est contra dictum. C. de his quæ pœ. no. item impedit per stipulationē pœnalem nouari principalem. Alexan. in l. ita stipulatus in fi. de uer. sig. Item posita in compromisso facit actionem nasci ex laudo glo. in l. ij. i. uer. ex ceptionem. ff. de arb.

Ra. ma. pac. facit pœnam pluries committi. l. si duo. §. semel, & ibi Bart. ff. de arbitris & in l. ij. ad finem in uer. si. item si est dictum. C. de fur. emp. & omnino per Bal. in addi. Spec. de loca. in v. colum. uer. pœna, sed impedit moram purgari. Bart. Ang. raf. imola. Alexan. in l. si in sulam ix. fallen. de uer. obli.

Ra. ma. pac. instrumento pacis. Operatur ut unus possit petere pœnam pacis ruptæ & uenire, contra pacem secundum Card. zaberel. & Alexand. de uin. in c. potuit de loc.

Ra. ma. pac. æquiparatur, iuramento. Bar. in l. si quis Maior. in ij. col. in prin. uer. item dico & ibidem Bar. in ulti. col. in uer. si. item dico: quod iuramen. C. de transac. Alexand. in l. ita stipulatus, in fi. de uer. obli.

Pœna totiens committatur quotiens fuerit contra factum &c. impedit nouationem. Bal. in l. i. x. col. in uer. pone quod est clausula, quod totiens committatur. C. de his quæ pœ. no. Totiens quotiens &c. uerificatur in quatuor uicibus uel pluribus. Bal. in d. l. i. x. col. in uer. sed pro quot uicibus item in duabus. doc. in l. ij. de custo. reo. Ange. in l. oratione, & in l. si finita. ff. de dam. infecto. Ro. in rub. de arbi. colum. xxij. & Lanfran. de oria. in trac. de arbi. parte. v. q. xvi. & per Alexan. consi. cxlv. ij. parte, ubi etiam ponit de clausula, quotiens opus fuerit, quod intelligitur in infinitum. Totiens quotiens &c. Operatur contra emphiteotam, ut soluta pœna dericiatur. Bar. in l. ij. in ulti. col. in uer. item si est dictum. C. de iure emphiteo. Item quid in compromisso, uide supra de clau. compromis. uer. pœna totiens.

Promisit totiens præsentare, quotiens &c. intelligitur his tantum supra eo. uer. si. ij. Item intelligitur, scilicet usq; ad sententiam, nisi dicatur totiens quotiens & quodcumq; quia etiam post sententiam tenetur Ange. no. in l. quod si nolit. §. si quid ita de edil. ædic. addo Ange. in l. si finita. in prin. ff. de damno infec. ibidem Imol. & late. d. Alexan. Imol. in i. col. cum seq. in uer. & per hoc infert cum concordant. ibidem per eum signatis. Alexand. in l. iij. qui satis. cogan. & in l. græce. in prin. de fideius. etiam post Bar. uide de Alex. in consi. cxlv. ij. parte, & quid de clausula qua pœna soluta uel non.

Tu dic quod potest mora purgari non obstante illa clausula. Sed operatur quod per solutionem pœnæ uideatur abrogatum stipulationi sortis secundū Anto. de prato ueteri consi. suo incip. paucis utar, quod est post consi. Alex. de Imol. consil. xlv. uolumi. iij.

Totiens quotiens non afficit hæredem. Pau. de ca. consi. xxix.

Non aliter, nec alio modo faciat sic confessum non posse condemnari, nisi aliud probetur, sed Bar. in l. si quidem in ij. col. in uer. no. glo. quæ non est alibi. C. de exceptionibus.

Suis hæredibus & successoribus, in contractu, subauditur. l. ueteris. C. de contra. & commit. sti. l. si pactum. ff. de proba. & l. ij. C. de pac. inter emp. & uendito. uide etiam in l. si necessarias. §. de uendendo. ff. de pigno. actio. l. sicut



sicut. § antepenulti. quibus modis pig. sol. l. iurisgen. § pactorum, de pac. & l. tale. in princi. eo. titulo. l. à testatore, de condi. & demonstratio. l. qui Romæ § augerius. ff. de uerbo. obliga. l. si ego § i. ff. de iure dori. & Barto. in addi. Specu. de emptio. & uendi. uer. uerba illa per se. & ibi Specu.

T. & t. ex una parte, & t. altera parte. Operatur obligationem, uel acquisitionem habito respectu ad numerum nominatorum flo. in l. sed & loci § qui communem. ff. si. reg.

Saluo iure domini. In refirmatione feudi uel emphiteosi. Operatur quòd si antea feudatarius uel emphiteota ceciderit à iure suo, ob aliquam causam, non profit sibi noua refirmatio. Ioan. de Pra. singulariter in l. hæc conditio. § si sic de condi. & demon.

Pro se filiis & hæredibus. Operatur institutionem filiorum in contractu, si aliter de testamento non constet. no. in l. tale § si. & ibi Bar. ff. de pac.

Et ego c. Notarius; in instrumentis debet poni, aliàs non subscriptum à Notario non ualet. Bal. in l. ij. iij. colum. C. quando fiscus uel priua. de qua clausula quare ponatur uide Bar. in l. diuus Traianus in fi. ff. de testa. mil. Bal. in tit. de ua. con. § pacta. & Pau. de Cast. in l. cum antiquitas. in fi. C. de test.

Actum in tali loco debet poni in instrumentis, ut significetur Instrumentum esse perfectum. Bald. in Auten. quòd sine in prima col. in uer. etiam ideo Tabelliones, C. de test. uide etiam Cy. in l. contractus C. de fide. instru.

Clausula debet esse specialis nō gñalis. Ang. sing. in Autē. qui mo. na. eff. le. § illud in fi. col. vi. et in Aut ut præpo. no. impera. in prin. uer. Item apponitur locus col. v.

Rogatus scribere scripsi; intelligitur. f. q̄ fuit rogatus à partibus, uel à testatore. Bar. in l. i. in prin. ff. de hære. insti. Bal. & Alex. in l. stipulatio ista § si quis ita. ff. uerbo. ob.

Vacuam liberam & expeditam: quid importet Bart. in l. Meuius § fundo in ult. col. in uer. sed quæro pone. ff. de leg. ij. & in l. uim facit, de ui & ui ar. & in l. ij. § i. uer. quæro ad istam. q. ff. de pac. emp. & in l. si quis fundum, eo. tit.

Ego dico q̄ possessio uacua intelligitur, etiam si alteri debeatur seruitus in re. gl. est in l. fi. in uer. uacuam. C. uñ ui. & Alex. omnino in l. ij. § i. de act. em.

Cum accessibus & exitibus usq; in uias publicas. Operatur q̄ in uenditione ueniat uia que al's non ueniret, Bart. in l. binas. in fi. ff. de serui. urb. prædi. Bar. in l. uia § fi. ff. de serui. rusti. prædio. ubi dixit secus esse in ult. uoluntatib. & in l. i. uer. quæro, quando legatur. ff. de ser. lega. & Bar. cepo. de ser. urba. c. xxxvij. nisi in uia ad sepulchrum, ut per Bar. ubi proxí. per l. qui sepulchrum. de reli.

Vt antecessores soluerunt, an probetur annua prestatio per dicta uerba, uide Pau. de ca. consi. cccxx.

Omnia bona præcario pro creditore: Operatur quòd creditor potest agere contra quencūq; possessorem rerum debitoris, etiam nō facta discussione debitoris secundum Bal. in l. si paulo post prin. & ibi Ang. C. de acqui. pos. Ange. in l. ij. § hac acti. el. ij. in fi. ff. ui. bo. rapto. & in l. exitus. & ibi Raph. & lo. de Imol. & ibidem Lodo. ro. & d. Alex. Imo. in ult. col. in uerb. addit. & hic Ange. cum concor. ibi per eum datis. ff. de acquiren. pos. Flo. in Auten. hoc si debitor. C. de pigno. & Bar. cepo. in caute. lxxij. & omnino eum uide in cau. clxi. Addo Lod. Roma. in consi. clxxxix. in fi. pri. col. ubi hoc limitat esse uerum, nisi præcarium expirasset, quia si mortuus esset debitor, non poterit perueniri ad extraneos possessores, non facta alia discussione.

Perpetuò rata firma habere omnia & singula, promisit & nunq; contrauenire. Operatur ut nunq; currat præscriptio contra actionem per l. quòd si nol. § si quis, et ibi Bal. et Ange. ff. de ad. adic. & Rapha. in consi. in proposita



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

quæstione uidetur mihi singularis. no. Ang. & Bartho. cepto. in cautela. cxv. Ratum & firmum quid importet, & dic operatur quòd contraveniens siue de iure, siue de facto incidat in pœnam. Secus si promissit tantum habere ratum, & non committit pœnam contraveniendo de facto, ut no. Bar. post gl. in l. id quod pauperibus. C. de epi. & cle. Alexan. in l. stipulatio ista. §. si quis forte. ad fi. ff. de uerbo obli.

Concedo tibi & cui uis, uel cui ius dederit: quomodo hæ clausulæ intelligant. Bald. in l. liberti. xij. colum. in uer. quid significant ista uerba. C. de ope. lib.

Non reuocando alium procuratorem posita in mandato secundi procuratoris. Operatur ut ambo sint in solidum constituti. Bald. in Rubrica C. de in. fito. ultri. col. ante uer. ij. quæro, & Bart. in l. cum semel. uer. sed contra. ff. de tute. & in l. si quis cum procurator. §. fi. ff. de procura.

Promittens uenditor emptorem defendere ab omni persona, tam agendo quàm defendendo, tam petitorio quàm possessorio iudicio, omnibus iuris personis in iudicio & extra, & litem in se suscipere, & ad finem perducere, & si res euinceretur, promittit restituere precium & precij lucrum, & reficere re damna & expensas litis & extra, dicto emptori: quare ponatur in instrumento uenditionis, & quid operetur. Ioan de Pra. qui abntem. ff. de procura. Bar. in l. nenditores paulo post prin. ff. de uer. obli. & in l. ratio. in prin. de act. empt. & per Bal in l. i. ad fi. in uer. iij. quæro. C. de peri. & cõmo. rei uen. Bar. cepto. in cautela. clxxvij. & seq. Item dicta clausula promissit reficere sumptus litis & extra. Operatur quòd emptor succumbens in causa euictionis si est aduocatus repetat sumptus, quos fecisset in alio aduocato. Bald. in l. si in ultri. col. in uer. pone aliquis est aduocatus. C. de fruc. & li. expen. Caue quia mihi dixit de hac clausula & in q. illa determinat contrarium, quòd Imola. ex quo fuit aduocatus in causa propria, non repetit sumptus, est uerũ quòd loquitur in casu uictoriæ, hic è contra.

Sciens se decipi ultra dimidiam iusti precij & c. tollit beneficium. l. ij. C. de rescin. uen. & probat talem sententiam, Bald. in l. mater. C. de rei uen. & Lod. in l. si dari. de uerbo. obligatio. in l. ij. per P. de su. xiiij. colum. præalleg. & Cardina. in clemen. i. §. fina. iij. q. de rebus eccle. non alie.

Si quid plus ualeat quantumcunq; sit. donat emptori: tollit beneficium. d. l. ij. C. de rescin. uen. Barto. in l. si quis cum aliter. in ij. col. in uer. quæro, dicitur in instrumento, & ibi Host. de por. & Pe. de su. ff. de uer. ob. & Pe. de su. in d. l. ij. xv. colum. quæ clausula ualeat secundum Barto. in l. per diuersas. in fin. colum. in prin. uer. & ideo hodie in pñibus C. mandati. Sed non probatio ueram donationem secundum Bartho. in l. si tibi in prin. uer. & hoc facit. ff. de pactis, & in d. l. si quis cum aliter. Et ibi per Doct. & Bald. & Alexand. in l. & si post tres si quis cau.

Si quid plus ualeat, donat emptori propter benè merita: ualeat tam de iure quàm de consuetudine, etiam in instrumento uenditionis actionum, in quo sit uenditio & cessio. Bald. in l. per diuersas. iij. q. C. manda. contra Barto. in l. ij. in iij. colum. in uer. quæro quid si dictum est in instrumento. C. de rescin. uen. licet in instrumento uenditionis ualeat secundum Bart. in d. l. per diuersas in fine colum. in prin. in uer. & ideo hodie in omnibus contractibus & Alex. in l. & si post tres si quis cau. dicunt quod tunc plus intelligitur de modico arbitrio boni iuri.

Ratum & firmum habere: intelligitur .s. ratum de iure & firmum de facto. Barto. in l. metum. §. uolenti ij. colum. in uer. item uerbum ratum. ff. quod metus causa, & dixi supra prox. in clausula ratum & firmum.

Et ad alia matora expressis etiam quæ exigunt speciale mandatum posita in instru.



stru. mandatorum, quid operetur per Io. de pra. in l. pompo. in prin. & in l. mandato generali, & in l. procurator cui libera. ff. de procur. & Card. in cle. ij. q. xvi. extra de procur.

Cedit emptori omnia iura, & fecit eum procuratorem in rem suam: Operatur quod possit emptor licet non dñs agere rei uen. quàmuis nondum sit secuta traditio. Dy. in regu. pro possessore. lib. vi. & Bart. in l. si ager. in fi. & ibi Pe. de su. ff. de rei uen. Item operatur quod conductor uel colonus teneatur stare emptori, cui alias stare non cogeretur. Bar. in l. qui fundum ad fi. ff. loca.

Vendit omne ius & actiones, quas habet: Operatur ut in emptorem transeant directè sine cessione, sine qua alias transirent utiles tantum. Bar. in l. creditor. ff. de act. emp. quem uide omnino in l. si ager. ff. de rei uen. item operatur ut possit emptor dictam rem loco pignoris retinere. Bar. in l. si. in prin. ff. de distr. pig. Item intelligitur. s. si. qd ius habet, ideo non probatur titulus nisi constet quod habebat ius in re. secundum Dy. & Bal. in l. si sic. ff. si mihi, in fi. de le. i. Item clausula cum omnibus iuribus & pertinentiis: operatur si de iuribus & pertinentiis aliter constet. Dy. & Bar. in l. si sic. ff. de leg. i. in Spe. de loca. ff. i. uer. l. vij. & Old. consi. clxxxij. uiso. priuilegio &c.

Dedit, tradidit: Operatur quod si uenditor est dominus, intelligitur dare i. dominium transferre in emptorem, si uero non est dominus, intelligatur tradere. Barto. in l. exempto. in fi. prin. ff. de act. empr. & plenius per Bart. in l. si. in i. colum. in uer. & ideo instrumenta que fiunt. ff. de condi. ob causam, & an stipulatus, in prin. ff. de usur. ubi dicit quod uerbum dedit nihil operatur in instrumento uenditionis. Item intelligitur. s. tempore instrumenti. Bart. in l. post dotem, in i. q. in vi. colum. in uer. pro hoc facere quod communiter. ff. so. ma. & de ista clausula dedit & tradidit ad Bar. in l. i. ad fi. C. de rer. permu.

Vendit, tradit, cessit & concessit &c. in instrumento uenditionis non probat traditionem possessionis rei uendite absentis sed presentis sic. s. quando instrumentum celebratur in facie rei & operatur, ut sua auctoritate emptor ingredi possit possessionem rei quod alias non posset. l. pradia. & ibi Dy. Oldr. & Bar. circa fi. ff. de acqui. pos. doc. & Pe. de su. in l. emancipatione. C. de fide instru. Bar. in l. ij. in fi. C. de acqui. pos. & per Bal. in Rubrica. C. de contrahen. emp. xix. q. & per Alex. consi. x. iij. parte. Item operatur cessionem actionum utilium & directarum. Bar. in l. ij. col. in fi. in uer. tu dicas breuiter, & ibi Pe. de su. C. de act. & ob. Item dicta clausula ualeat, in instrumento uenditionis, & non facit desinere esse uenditionem, licet uerbum dedit, cuius natura est dominium transferre, non si proprie positum in uenditione, cuius natura est tradere, sed impropriatur. Bar. in l. i. circa fi. C. de rerum permu. & adde supra proximi. uerbo. Adde ad primum in quantum dicitur, quod talis clausula non probat traditionem possessionis, Spec. in ti. de emp. & uen. sciendum uer. si uero res cum se ubi limitat, nisi in instrumento esset appositum, uerbum constituit, quia tunc probat traditionem possessionis, & tenet Bal. in ff. per traditionem insti. de rerum diui. & d. Alexan. in l. pradia. in ulti. col. in uer. ult. no. cum concor. ibidem per eum signatis.

Liberum ab omnibus dicimus, intelligitur. s. extra ordinariis non ordinariis. Bal. singu. in l. fistulas. ff. de contrahen. emp.

Licentiam propria auctoritate intrandi dedit dicto emptori, qui emptor donec possessionem acquirat, constituit se precario nomine possidere: Operatur ut emptor possit propria auctoritate intrare possessionem, quod alias non posset, per l. si ex stipulatione, & ibi doc. & Pau. de ca. de acqui. pos. Per. de su. in l. pe. C. de pig. act. & plene per Bart. in l. creditores. q. ij. princ. in iij. colum. in fi. uer. s. Item quæro quid si, & in iij. q. princ. ad fi. C. de pigno. Item



Item inducit translationem possessionis. Bar. in l. ij. C. de acqui. pos. Item facit quod creditor possit resistenti vim inferre in continenti, quod alias non posset. Bar. in d. l. creditores. iij. q. prin. in viij. col. in uersi. & prædicta uera. C. de pig. Item operatur quod possit resistentem aut contradicentem, expellere. not. idem Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. ma. quod est uerum nisi solo uerbo contradicat, ut not. idem Bart. in l. iij. in iij. q. prin. in lec. ordina. C. de pig.

Promisit non molestare emptorem in possessione rei: Operatur licentię cōcessionem de intrando propria auctoritate, secundum Ange. & Pe. de su. in l. eius rei. ff. de rei uendi. ubi dicunt idem si testator in Testamento ponat dicta uerba prohibens heredem dictum legatarium molestare in possessione ut dicitur infra in clausulis Testamenti, in clausula hæres legatariū in possessione non molestet. uide omnino Bald. in l. i. C. de nudi. & in l. i. vi. col. ff. de his que pe. no. & per Pau. de ca. consi. exc. & per Io. de Imo. in l. lucius §. tres ad Treb.

Obligans bona quæ nomine creditoris se constituit possidere: Operatur quod etiam futura bona ueniant in obligatione secundum Barto. in l. si. ad fl. C. quæ res pig. ob. po.

Licentiã creditori propria auctoritate capiendi bona obligata, si contra ueniat: an operetur ante liquidatam contrauentionem uel post, & quando. Bart. in l. iij. q. prin. C. de pig. & ibidem uide per eum in vi. col. in uer. sed an possit ubi dat remedium, quo mediante etiam ante negocium liquidatum poterit creditor ingredi auctoritate propria.

Alteri non uendere, cum pacto de ingrediendo, propria auctoritate: Operatur, ut illud locum habeat contra singularem successorem, ut per Bar. in l. is cui. §. qui in possessione. ff. ut in posses. lega. & in l. si quis sub hac cōditione ff. de contra emp. & in l. iij. in iij. q. uer. hoc promisso uenio ad. q. propositam. C. de pigno. in repe. & omnino Alex. ibi & consi. lxxviiij. uolu. iij.

Promisit de euictione siue euicta fuerit possessio siue proprietas, & qualiter cuncq; euincatur siue per arbitrum uoluntarium, siue necessarium, etiam si lata esset sententia contra emptorem, inique, nel ob eius iniustam absentiam, uel negligentia, uel alio quocuncq; modo: quid operetur Ange. in l. emptor: de euic. doc. in l. ij. de acti. empt. & in l. Iul. §. ibidem eo. tit. glo. in l. cum poena. in uer. nec ne. ff. de arbi. & in l. libera. C. de senten. & interlo. om. iudi. Barto. in l. uenditores, in fine de uerb. obl. & in l. ratio in prin. de act. emp. Bal. in l. si domus §. de euictione, de leg. i. Lanfr. in tractatu de arbi. viij. parte. xxxv. q. & Barto. cep. in cautela. cxxxviij. ubi plenè. & adde supra eo. in uer. promittens uenditor & Ang. in consi. xxvi. incipiendum est & c. ubi dicit quod non tenetur, si sententia sit iniusta, nisi cum dicta clausula, & tenet Alex. in l. exceptione. de fideiusso.

Defendere emptorem de iure & de facto, quid operetur. Bar. in l. stipulatio ista in prin. in iij. col. in uer. quæro aliquis uendens. ff. de uerb. obl. & ibi Alexan. & Bald. in l. si. in i. col. in uerbo quærun doc. C. de act. emp. Item operatur quod sententia lata contra emptorem noceant uenditori. Bald. in d. l. si. in ij. col. in prin. in uer. quæro quid operabuntur, & subdit Alex. in d. l. stipulatio ista ul. col. quod tunc uenditor non tenetur de iniusta sententia lata contra emptorem in causa euictionis, secundum Bal. & Saly. in d. l. si. quod intelligit secundum Ang. in consi. clxxiij. inci. in Christi nomine præmittendum est quando iudex omnino processit extra ordinem iuris seruauit, sed iniusticiam fecit & subdit Alexan. esse uera in uenditore priuato, non in superiore uendente, secundum Pe. de Anch. in consi. lxxxiiij. quod inci. in Christi nomine omisso primo dubio. ar. no. c. i. de offi. deleg. & in c. pro illorum de preben.



ben. & per Alex. in l. exceptione de fideicom.

Defendere aduersus omnes, quid operetur. uide Bal. in l. si fundum. ff. de uerb. sig.

Promisit duplam pro euictione etiam si fundus esset publicatus: Operatur quod tenetur uenditor ad duplum casu quo fundus ut publicatus euincatur, quia clausula deficiente dicto casu teneretur ad precij restitutionem duntaxat. Bar. in l. necessario. ff. de peric. & commo. rei. uen.

Etiam si de litis euictione non fuerit certificatus: Operatur ut uenditor teneatur de euictione, etiam si non fuit sibi notificatum quod sit mota lis de euictione. Ang. in l. emptor. C. de euic. Bald. in l. i. in ulti. col. in uer. item & tertio quæro. C. de pericu. & commo. re. uen. & Bar. cep. in causa. clxxviij.

Cessit actiones reales & personales, & procuratorem in rem suam constituit dictum emptorem uel donatarium: Operatur quod secundus emptor non teneatur denunciare litem motam suo auctori, sed potest denunciari primo uenditori. i. auctori uenditoris sui. Bar. in l. si pro. ff. si pro euictione in fi. ff. de euictione. & plene in l. Iul. ff. qui fundum. in ij. col. in prin. in uer. quæro uendidi ff. de uerb. obli. & Bar. dicit in l. per diuerfas. C. man. & dicta clausula ualeat, ut ibi in pe. col. in fi. in uer. & ideo hodie in omnibus contractibus & in l. si pro re. ff. in fi. ff. de euic. ubi dicit quod dicta clausula debet poni in instrumentis, & per Bal. in l. cum successores. in uer. sed hic quæro. C. de euic.

Præcarium nomine emptoris se constituit possidere, facit præsumi fictam uenditionem, nisi uenditor respondeat emptori de fructibus, uel nisi usufructum rei sibi reseruauerit. Bart. in l. sicut. ff. superuacuum in ij. colum. uer. quæro quid si in instrumento. ff. qui. mo. pig. uel spo. sol. & Bal. in addi. Spe. de alleg. & dispu. uer. præsumitur fraus. Item facit uenditionem non posse rescindi contrario sensu partium. glo. & Bar. in l. ab emptione. in ij. col. in uer. sed quæro quid si ego. ff. de pac. Item facit cessare acti. ex uendi. & competere rei uen. uel interdictum uti possideris, si desit uerbum præcarium secundum glo. & Barto. doc. & Alex. in d. l. ab emptione in ij. col. in uer. nota & tene menti glo. istam, & ibi Pau. de cast. in d. l. ij. C. quando licet ab empti. disce. Item facit esse traditionem fictam, sed possessionem ueram etiam quando per procuratorem addicitur. Barto. sing. in d. l. ab emptione. in fi. in uer. ultimo ad uertas. & in l. si is quis pro emptore. xxxiiij. colum. uer. uenio ad secundum cum fingit, ibi & ideo dixi & dico. ff. de usuca. Adde etiam quantum ad primū Bar. in l. post contractum. in iij. colum. in uer. sed quid si uenditor. ff. de dona. & maximè dico istud procedere si fieret in præiudicium fisci uel creditorum, secundum Bald. in l. i. in ij. col. in prin. in uer. ex hoc patet quod cum interuenit præcarium. C. de donati. ante nup. & uide Bald. in c. i. si. ad fi. uer. sed nunquid constitutum de feu. dato in uicem. l. commis. Et an sit de substantia contractus, ut possit addi in instrumento per Notarium publicante pro hoc collum Notarij mortui habens dictionem &c. uide Alex. consi. xxviiij. secunda parte.

Tradidit posita in instrumento, probat traditionem solū, quando tempore instrumenti potuit interuenire, ut quia reus erat præsens, aliàs probat licentiam apprehendendi possessionem, Bald. singu. in l. iudicia. C. de rei uen. in i. col. in uer. sed iuxta hoc quæro, & in l. minus. in i. col. in fi. uer. sequitur in tex. pro tradita. C. de acqui. pos. Bar. in l. prædia circa fi. ff. eod. titu. & in l. post dorem. in i. q. ff. solu. ma. & in l. ij. in fi. C. de acquiren. pos. no. in l. i. C. de iur. haf. fil. lib. x. Lanfran. in c. quoniam contra. uer. testes. de proba. & supra eo. in uer. uendit. tradit. & per Bald. in addi. Spec. de emp. & uen. uer. uerbum tradere.

Cum eadem conditione exponitur. i. cum eisdem pactis & oneribus. l. nisi



hil. & ibi Bar. in fi. ff. de coniung. cum eman. li. & in l. si societatem. §. arbitro rum i. col. in uer. ex qua no. ff. pro soc. & Flo. in l. iij. §. i. ff. de serui. & Old. in q. duo sunt statuta. & infra in clausulis testamentorum. uer. cum eadem con ditione.

Obligans bona, operatur ut creditor possit facere unam rem extimari per iudicem. & eam sibi eligere pro satisfactione sua. Baro. in l. iij. ulti. quaesti. ij. princi. in vi. colum. in fi. uersicu. iuxta praedicta. C. pigno.

Præsentibus. t. potest poni in princi. Et in fi. instrumenti. Bart. in l. præ posterii. in fi. C. de testa. Addo Bal. in §. die lune. in uersu. in præsentia. hoc habes in titu. de pac. constan. & in l. hac consultissima. in i. colum. in fi. in uer si. nunc uenio ad alia. C. qui testamenta facere possunt.

Firmi Anconæ fani & c. de hac clausula.

Tu dic pro enodatione huius clausulæ. q. debitor promittens se posse con ueniri Firmi & Anconæ. & ubiq. locorū inueniatur. potest opponere excep tionem fori. si conueniatur alibi quàm ubi contraxit. Secus si promittat se so luturum firmi & Anconæ. & ubiq. locorum secundū Guil. de cug. in l. si quis ad declinadam. nu. iij. & quod ibi notauit in apostil. ad ipsum in uer. ista opi non placet. C. de epis. & cle. de quo omnes per Gerar. de petra sancta sing. suo. vi. inci. notant doc. in l. si conuenierit ubi reprobatur opi. communem.

Soluere in quolibet loco. & ubiq. quomodo. intelligitur. & quid importet Bart. in l. si conuenierit. in fi. ff. de iuris. om. iu. addo Barto. in l. i. ad fi. ff. de eo quod cer. loco. & Panor. in c. i. in xij. col. de iudi. & per d. Alexan. in d. l. si cō uenerit. in vi. col. in uer. quid si promitto. cū alijs concor. ibidem per eum sig natis. Adde Alexan. omnino in l. Lucius. la. i. & ibi Pau. de ca. ff. depo siti. & quod notauit supra proxi. uersu.

Dicta bona regere & gubernare promisit dictus maritus: importat solius administrationis translationem non dominij rerum in maritum. quando res dotales nō sunt datæ et estimatæ. Laur. de fano. in l. in quorū. xij. col. ff. de pig.

Tot sunt donationes quot centenaria & c. facit donationem de mille etiam nō insinuatam ualere secus de clausula. tot sint donationes quot summæ. Bal. in l. i. col. in uer. & est arg. ad donationem. C. quando dices lega. ce. & quod no. in l. scire debemus. in principio. ff. de uerbo. oblig. & in Specu. de instru. æditio. §. porrò nunc uer. si. Sed caue. quia Spe. hoc non dicit. solum dicit q. licet donatio excedens legitimum modum debeat insinuari. fallit tamen in do natione facta ad pios usus. Addo Bar. in l. modestinus. in ij. col. in uer. quæro quid si fuerit dictū. ff. de dona. ubi tenet cōtrariū. et per Spe. in ti. de dona. in uersu. quid si aliquis dat. & ibi Bal. in addi. in uer. ex multis. & Old. cōsi. cclij.

Stipulati pro altero. quid importet hæc clausula per Ang. & doc. post gl. in l. huiusmodi in prin. de lega.

Die talit: ad quid ponitur in contractibus. Bal. in ti. de pac. constan. §. die lu ne circa princi.

Addo Bald. in l. cum tabernam. ff. de pi. & an debeat poni in instrumento de nocte facto. uide eundem Bal. in l. si qua beneficio nu. i. & quod ibi posui in apostil. in uer. secus in instrumentis. C. de diuer. rescrip. quod sic. Idem ta men Guil. de cug. per in l. edita nu. v. & ibi posui etiam in addi. in uer. cum die & consule. C. de eden. & Fely. c. i. col. iij. uersu. item requiritur & ibi an debeat poni nomen diei. extra de fi. instrumen. in scriptura uero priuata secundum communem opi. non requiritur de necessitate. ut per Bald. in §. quibus nu. vi. & quod ibi notauit in addi. in uer. scriptura priuata in i. con sti. C. Math. mathesi. sing. xlv. inci. nota quod tempus & locus & Alex. clx xi. uolu. ij. & consi. cix. uol. iij.



Habit tractatu & licentia epi &c. non probat nisi de his aliter costet Bar. in Auren. si quis in aliquo ad fi. in uer. iuxta predicta quero: C. de eden. Pau. de Cast. consi. lxxxix. Laudu. in de. i. de rebus eccle. non alie. Laur. in rubri. eo. titu. in vi. in xxvi. q. in Spec. de loca. & sequitur uersi. & scias, dixi in tracta. tu de epo. iij. lib. Fede. de se. consi. cxxxviij. inci. concessio facta nuncio. Imo debet fieri instrumentum de illo de per se secundum Pau. de ca. consi. xc. als est alleg. consil. lxxxix. & Alex. consi. xvi. uolu. iij.

Ad renouandum: in locationibus an ualeat. Bal. quod sic in l. uoluntas, col. i. uer. illud certum est. C. de fideicom. Barto. tamen contra, & forte melius in l. si finita. & si de uectigalibus. ff. de dam. infer.

Quot sunt anni, tot locationes: quid operetur, uide Spec. in ti. de dona. & i. uer. quid si aliquis ubi dicit in simili ista clausulam nihil operari, tanquam sit facta in fraudem legis. not Guil. de cug. in l. illud aut illud nu. iij. & ibi posui in ad di. ad eum in uer. non excedat centum, & ibi etiam posui in apostil. ad Bal. in uer. si actum. nu. x. C. de sacrosanc. eccle. Pau. de ca. in l. scire debemus. in fi. de uer. bo. obli. Mathesi. singu. cvij. lxx. nota quod leges Panor. in c. apostolicę. nu. v. & ibi addidi post ipsum in uer. dicendum est quod non. extra de dona. & Roma. consi. xxvi. inci. pro decisione eorum, ubi dicit quod ista est omnium opi. quem sequitur Alex. consi. lxxvij. inci. uisus duobus elegantissimis consilijs.

Promisit meliorare in instrumentis emphite. Operatur, & intelligit de paruis non de magnis melioramentis. Item intelligitur donec erit emphiteota non post Io. de por. in l. senatus. & Marcellus. de leg. i. item intelligitur quod emphiteota deiectus ob canonem non solum non possit repetere melioramenta. Bar tho. in l. colonus. in fi. prin. ff. loca. & supra eo. uer. ad meliorandum.

Præsente patre & consentiente: in instrumento filij quid operetur, dicit quod non operatur obligationem patris nisi expresse se obligauerit ad illum contractum. Bar tho. singu. in l. Lucius prima. in fi. ff. de adm. tuto. sed idem Bar tho. contrarium tenet post glos. in l. i. & si is qui nauem. in fi. ff. de exercito.

Alteri uel de uno in alterum, quid operetur, uide no. in l. i. & ibi Bald. in l. colum. in fi. uer. quærit glo. si apposita. C. de dona. cau. mor. & dicit habere locum etiam quando alter moritur cum filio si apponitur inter extraneos, seueus si inter suos, ut ibi, item quia alter est partituum duorum non bene ponitur de pluribus quam duobus, ideo uitiat inquisitionem, ut singu. dixi, secundum Bald. supra. in clausu. iudiciorum uersi. alter alteri.

Actum in castro. t. comitatus firmi &c. an probet illud castrum esse de iurisdictione, uel dominio firmi glo. in uer. nullo. Bal. in i. col. uer. iij. no. doe. Pau. de cast. & Bart. in l. cum aliquis. in uer. glo. inducit hanc l. C. de iur. deli. dicit quod non nisi inter eosdem factum sit instrumentum, uel etiam inter alios si sunt plura instrumenta secundum Bald. ibi & in l. optimam. in ij. colum. in fi. in uer. tu uero dicas glo. C. de contra. & comit. stip. no. in l. prædij. de leg. iij. & Flo. in l. in finalibus. ff. fini. regum. uel nisi instrumenta sint antiqua uel si sunt noua, probant inter contrahentes tantum, secundum Bald. in d. l. cum aliquis. in i. col. uer. item quod dicit glo. ubi etiam per doc. Addo glo. in c. cum olim. in uer. instrumentis de cen. & d. Alex. in d. l. cum aliquis. in ij. colum. in uer. dicit etiam notabiliter Bald. cum alijs concor. ibidem per eum signatis.

Adde omnino eundem Alex. in l. emptor. & ancilla de rei uendica. & in l. ex. hac. de dona. & notauit in apostil. ad Guil. de cug. in Auren. si quis in fi. in uer. faciunt fidem. C. de eden. & in apostil. ad Panor. c. series. nu. iij. in uer. plenam fidem extra de test. & Roma. sing. cliij. & cccccxxvi.

A. cum Beneficio inuentarij uendit pro satisfaciendo creditoribus & le-



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

gataris: Operatur ne emptor molestetur hypothecaria à creditoribus & legatariis. Pau. de cast. in l. si s. licentiam. C. de iur. delibe.

Clausula actorum in domo Titij non probat dominium. Ang. in Auten. ut spoo. lar. s. & hoc in sup. ult. col. uer. & exēplū si Notarius dicit. col. ix. uide gl. in uer. nullo. & doct. in d. l. cū aliquis. & in l. p̄dij. ff. de le. iij. & sup. uer.

Finis quinquennio iterū locat. quid operetur. uide Dy. in l. (proximo. codicillis s. instituto, & ibi posui in apostil. ad eum. ff. de le. ij.

Non sit melior conditio occupantis, & qd per unū fuerit cōceptū, per aliū perfici possit. Posita in instrumento procuratoris, uel mandati facti pluribus, operatur quod quilibet sit procurator in solidum, & unus possit finire inchoata p̄ alium, non tñ sic locus p̄uentioni. Bar. & doc. in l. pluribus. ff. de procu. con. trarium not. in c. si duo. de procur. in vi. & Bar. cep. in rubri. de uerb. sig. xxvi. col. & d. Gemi. inc. si papa. in prin. in ul. col. uer. fallit quarto de priu. in vi.

Viso testamento & eius uerbis: in transactionis instrumentis. poni debet, al's non ualet transactio, nisi constet qd aliter transigentes habuerunt notitiā testamenti. l. de his. & ibi Bar. in i. col. in fi. uer. sis igitur cautus. ff. de transac. & Bar. in l. sub p̄textu. la. i. in i. colum. in uer. Item in eo quod glo. allegat. C. de transac.

Eūdem Bar. in l. i. in fi. prin. s. al's est s. ratio. ff. quemadmo. testa. ape. quod est uerum secundum Pau. de cast. ibi nisi tenor fuerit probatus per testes uel Notarium, uel nisi transigens sciat tenorem testamēti, licet non uideri, ut per Bar. in alleg. l. de his uer. si. quæro extra glo. & in l. cīphi. ff. de op. lega. uel nisi aliās illud legerit, licet non tempore transactionis ut ipse ibidem ubi ponit aliās fallen. Et ultra ipsum idem, si cum iuramento. ut per Alexan. in l. qui rō mā s. duo fratres. char. antepe. de uerb. ob. & consi. xi. uolu. ij.

Sciens promisit: hæc clausula tollit exceptionem erroris quæ opponi non potest. Bar. in l. sed & si quis s. fi. ff. si quis cau. doc. & Pe. de su. in l. generaliter. C. de non nume. pe. & Bar. in l. si dari in fi. ff. de uerb. obli. & Alex. ibi. & in l. cum de indebito. de proba. & supra uer. si. clausula ex certa scientia in clausulis rescriptorum, ubi plenius. Quod uerum nisi in renunciatione uellet. facta per mulieris ut infra, quia nihil operatur secundum Pau. de Cast. in consi. cccxxxij. Item tollit condi. indebi. quæ non datur promittenti indebitum scienter Bar. in l. si s. idem quæsi. in i. col. uer. unde ut p̄dicta cessent. ff. de condi. indebi. ubi dicit uerum etiam si renunciatum sit instrumento conditioni indebiti condic. sine cau. & omnibus. ll. auxilijs. & per Pau. consi. cxxxij. & per Alex. in d. l. si s. i. & Bal. in l. mater. C. de rei uen.

Si constet indebitum donat: Operatur tantum quantum cōsciens ad p̄dicta se non teneri & c. de qua supra p̄dictū est, Bar. in l. i. s. idem quæsi. in i. col. in fi. ff. de condi. inde.

Obligans se refico periculo & fortune, idem dicit quod obligaret se ad casus fortuitos secundū Bar. in l. si is qui in aliena. in prin. ff. de acqui. re. do.

Possit substituere etiam pluries & substituendo remaneat procurator: Operatur quod sonant uerba. i. qd procurator substituens nō desinat esse procurator. Bar. in l. quod si forte s. quid ergo, circa si. quem s. legit in l. uero procuratori. ff. de solu.

Certiorata de beneficio Velleiano, nō probant dicta uerba certiorationem. gl. & doc. in Auten. quomodo oportet ep̄os s. igitur. in uer. interroget et Pe. de su. in l. si. C. ad Vellei. & Pau. de ca. consi. cccxxxij. Addo Fred. de se. in cō. si. suo. cxcix. quod incipit quæritur ando. Margareta & do. Ant. de bur. in c. quoniam contra falsam in xiiij. col. de proba. Panor. in c. cum causam. t. in y. col. in uer. quoad secundum de circumstantijs testi. & omnino per d. Alex. in l. sciendum. in xiiij. col. uer. sed quid si instrumento. ff. de uer. ob. cum alijs concor. ibidem per eum signatis.

Possit



possit pignus uendere iure creditoris, operatur ut uendi possit pignus etiam absente debitore. Bal. in l. si cum militaribus. C. de re mili.

Promittens sub pœna seruare intelligitur. s. per stipulationem. Barto. in l. ad diem. ff. de uerb. obl. glo. & Pau. de ca. in l. rescriptum §. si pacto. in fi. ff. de pactis.

Quod est uerum, nisi interrogatio præcesserit, & responsio secuta fuerit in continenti. no. ita Alexan. in i. nam & postea §. i. ff. de iure iur. & in l. sciendū, colum. iij. de uerb. ob.

Res uendita sit pro precio obligata. Operatur quòd ipsa res per emptorem ante solutum precium non possit alienari. Bar. in l. si ita quis §. ea lege. in i. colum. in uer. uenio ul. ad q. in fi. uer. de uerb. obli.

Iurant uera esse contenta in instrumento &c. hæc clausula tollit præsumptionem simulationis. Bald. in l. si. C. de non nume. pe. & cep. intra. de contra. & i. simul ul. præsump. uer. sed circa prædictas. Item facit prescriptionem non currere, & exceptionem non numeratę pecunię, non posse excipi, maxime si interuenit iuramentum duplex, ut not. plene Fely. in c. si cautio. colum. vij. extra de fide. instr. Sed an exceptionem falsi. Alexan. consil. lxxxix. ij. parte.

Oblato libello & lite conte. hæc clausula in instrumento posita non probat. Inno. in c. quoniam contra in ij. col. magna in fi. in gl. sua in uerbo personas. ij. de proba. & in Spe. eo. ti. §. si uer. sed pone iudex. & Fre. de sen. in consil. ccvij. quæritur an. d. Margareta &c.

Confessus habuisse & recepisse, facit præsumi quòd tunc habuerit, non ex interuallo temporis. Bart. in l. certi §. si nummos. ij. col. in fi. in uer. si. hic moueo dubium. ff. si cer. pe. & in l. si ita stipulatus §. grisogonus. in ij. col. in uer. item aduerte. ff. de uerb. ob. & in l. post dotem. i. q. & ibi Bal. in ul. col. in uer. quæro uir fuit confessus. ff. so. mat. & in l. prædia. in uer. istal. facit ad quæstionem. ff. de acqui. pos. & in l. singularia. in vi. colum. in uer. quandoq; si cer. pe. & Ang. in d. §. grisogonus, ubi per Alex. quod uerum si est renunciatum exceptioni non nume. pecu. secundum Bal. ubi supra in d. l. post dotem. in ul. col. in uer. aduertatis, licet, & ibi sentit Bart. in præalleg. prima q. & gl. & doc. in l. si ex cautione. in uerbo probare. C. de non nume. pecu. & Bar. in l. i. C. de dote cau. non nume. Item talis probat confessionem non actum numerationem, doc. & Bar. in d. l. si ex cautione. in i. col. uer. tu aduerte, & ibidem Bald. in iij. colum. & in l. i. C. de do. cau. non nume. quod uerū est nisi sit renunciatum exceptioni non nu. pe. Bald. in l. pecunię, paulo post princ. B. de solu. & Bar. in d. l. i. & in d. l. si ex cautione. Item nisi addantur uerba. s. à Titio dando & numerando ei, quia propter uerbum gerundij dando, probat ueram numerationem, quia illud significat actum uisui subiectum.

Bald. in d. l. si ex cautione, in iij. colum. in v. q. secus autem si addantur uerba participia, scilicet à Titio dante & soluente, quia tunc nihil operatur, nec probant numerationem actualem, quia ibi dante &c. uenit in consequentiam confessionis, præambulæ, non quòd Notarius attestetur numerationem secundū Bal. sing. in l. si ex precio. in i. col. uer. modo hic reuocatur in dubium. C. si cer. peta. & in d. l. si ex cautione. iij. q. & in l. i. x. col. uer. & est simile quòd quoti die accidit. C. de confes. Item uerum nisi addantur uerba in præsentia mei Notarij, quia tunc probatur numeratio, de qua Notarius attestatur secundū Bar. in d. l. i. de do. cau. non nu. potest tamen contrarium probari. s. quòd tempore contractus non interuenit pecunia secundū Bal. in d. l. si ex precio. in d. uer. modo hic reuocatur, quem etiam uide in d. l. si ex cautione. vi. q. & in l. aduerte. eo. t. it.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

Clausula qui uenditores confessi fuerunt precium recepisse uel receperunt  
præsente me Notario & testibus: Operatur ut omnes de euictione teneantur.  
Bal. in l. quidam, in fi. ff. de euic.

Nomen debitoris beneficium facere promisit. in instrumento cessionis po  
ni debet, & quid importet. Bar. in l. i. in fi. prin. ff. ad Macedo.

Procuratorem in rem suam, & posuit in locum suum, & de euictione non  
teneatur: poni debet in instrumentis mandatorum, & colligitur ex textu. l.  
si procuratorem & dolo. & ibi Bar. ff. manda.

Ad sensum sapientis, quid operetur. Bar. in l. ex ea. in prin. ff. de uerb. ob.  
& ibi doc. & Imol. in l. si mandato & Paulus ultimo. ff. manda. & in l. illa insti  
tutio. in i. col. & i. q. ff. de hære. insti. ubi etiam per doc. Bal. in l. sancimus. in  
i. col. in uer. sed quid si promitto. C. de uerbo. sig. & in l. humanitatis. xiiij.  
col. C. de impu. & ali. substi. & in l. captatorias. in i. col. ad fi. in uer. v. op  
po. quòd tota di. C. de testa. mili. & in addi. Spec. de emp. & uen. in i. colū.  
in uer. quid si promittitur, & in ti. de arbi. in vi. col. uer. an possit addi. & Ol  
dr. consi. cxxxix. & Alex. in l. iij. ff. qui satisda. cug. & in l. quicquid astringē  
dæ, de uerbo obliga. ubi post Ang. & Imol. dicit non operari eam in stipulatio  
ne, quæ requirit uerba expressa, nec in sententiâ, nec in appellatione quæ res  
quirunt scripturam, sed in contractibus qui solo consensu partium perficiunt  
tur sic, & Fely. omnino in c. ex literis. col. iij. uer. quid operetur, extra de fi.

Procuratorem & nunciū specialem, facit esse electionem constituti (instru.  
an uelit esse procurator uel nuncius. Bar. in l. si Titio. la. i. ff. de usufru. leg. de  
qua c'p'a uide Bar. in l. qui aut & constituere. in uer. ex hoc habes. ff. de consti.  
pe. & in l. multum & fi. in i. no. C. si quis alteri uel sibi.

Remittit omne ius quod habet & habere sperat in dicta re: Operatur re  
missionem iuris, qd' habet tm̄ ex causa de præsentī nō ex causa de futuro. Bar.  
in l. post eman. & illud in fi. ff. de libe. lega. & in l. qui cum tutoribus, in prin.  
in uer. ex hoc dico. ff. de transac. per l. i. de sta. libe. & in l. qui Romæ & duo fra  
tres. in xi. col. in uer. sexto quæro. ff. de uerb. ob. & in l. si uxor & diuus. in fi. ff.  
de adul. & Bal. in l. pactum xiiij. q. C. de colp. Adde Bar. in l. qd' seruus, in ij.  
col. ff. de condi. ob cau. & ibidem. d. Alex. in ij. col. in uer. extra gl. cū alijs con  
cor. ibidem per eū signatis, quid aut si diceret omnino ius qd' habet & habere  
sperat, uel posset habere, an intelligatur etiam ex causa de futuro, uide Bar.  
in l. hæredem. ff. man. quòd sic.

Præsenti & recipienti: hæc clausula non probat præsentiam secundū Paul.  
de ca. sing. in l. illud. C. de sacrosan. eccl.

Adde tamen quòd facit præsumptionem, q' fuerit præsens. ut no. Ang. in l.  
i. & ibi Bald. C. de contra. & con. stipu.

Fideiussor promissit soluere de suo, tam respectu iudicij quàm contractus,  
& soluere iudicatum: facit executionem fieri posse contra eum, quæ aliàs fieri  
non posset. Bal. in l. fi. in fi. C. de fideiuf. tuto.

Quia sic placuit in quietationibus, quid operetur. Bal. in l. pac. xvij. q. C.  
colla.

Periculum sit commune: Operatur ut non dicantur duo rei debendi in solū  
dum. Bal. in l. rem mihi & in exercitu. ff. cōmoda. & in l. si non singuli. uer. si.  
ex prædictis ergo. C. si certum petatur.

Cessit actionem realem & personalem dicto emptori: Operatur ut emptor  
possit agere contra actorem uenditoris sui, ut suscipiat in se iudicium euictio  
nis. Bal. in l. i. in fi. C. de iur. do.

Tutor defendere sine mora promittit dictum pupillum: poni debet in in  
strumentis tutelarum. Bal. in fi. & omnem in prin. C. de admi. tu. quid opere  
tur. Bal. in l. si & defensionem. eo. tit.



Et iudicium subire: Operatur ut talis promittens præcisè cōpellatur Bal. in l. ij. in iij. oppo. C. de hære. uel actua. uen.

De rato promissit, hæc clausula non ampliatur mandatum, nec speciale mandatum inducit. Bal. in addi. Spe. de proc. in prima col. uer. c. pa. rati. & uer. seq.

Vt patet in instrumento, t. Notarij uiso & lecto: hæc clausula probat licet de illo instrō a r nō constet. in Spe. de instr. edit. s. restat. uer. quid si in aliquo & ibi Bal. in addi. in vi. col. uer. quando. instr. m. Ang. in l. sciendū in repe. ubi allegat Spe. ff. de uerb. ob. & ibi Ange. & Alex. & Io. Petrus de peru. et doc. moderni in Auten. si quis in aliquo. C. de eden. Sed ibi Ange. & Rapha. & Pau. de ca. tenent cōtrariū siue dicatur à me uiso & lecto, siue dicatur, ut patet in instrumēto manu mei Notarij in fra scripti, in hoc tñ ult. Raph. & Francis. ibi tenent cōtrariū, ut tūc phet. Sed ar. cōtra p. Bal. in l. quedam. ff. eo ti. ubi dicit qd Notario creditur ut uni testi qñ dicit se rogatū de tali actu. quia si nō aparet de actu, nō habetur eius dictū p. instrō publico secundū Bal. Sed Fran. de capil. li. in d. Auten. cōcordauit opi. licet in cōsi. quidam Anto. de pelegriais & c. tenuerit cū c. pi. Ang. & sequaciū cōcordat aut sic, quia prima opi. Specu. procedit qñ instrumentū referens attestatur de alio, qd est necessariū antecedens ad ipsum, ut .t. tutor, de cuius tutela patet publico instrumēto manu. p. scripto à me uiso et lecto, quo casu probat, quia instrumētu tutelę est necessariū antecedens ad quitationem, ut ibi als nō secus est, & procedit opi. Albe. & aliorū Rapha. uero. in l. si quis ex arg. s. pretor. ff. de eden. dicit sim. p. p. qd probet & eū sequit. d. Fran. in d. Auten. si quis in aliquo. v. col. & ibidē uide d. Alex. Imol. ulti. col. in uer. ij. est utrū ubi saluat dictum Spec. supra relationem. & d. Anto. & Alex. in ij. col. aliter saluantem & deinde pro. d. Iaso. may in xv. col. cum duabus sequen. in uer. ultra. Bar. ij. limita. ubi tenet instinctæ contra Spec. reprobando omnes saluationes, sed Alex. de Imo. in consi. vi. iij. parte. dicit quod probat quo ad partes inter quas Notarius sic asseruit non quo ad præiudiciū tertij. Adde omnino quod notauit in apostil. ad Lanfran de oria. in c. quoniam contrā falsam uersi. instrumētorum productiones. nu. xxij. uer. modo quæro. in uer. ij. in alio instrumēto extra de proba. & quod posui in apostil. ad Guil. de cug. in auten. si quis in aliquo. nu. i. in uer. mentio nem & ibi etiā posui in apostil. ad Bal. in uer. facit mentionē. nu. v. C. de eden.

Vt in tali instrumento continetur tanquā narratoria non probat secundū Inno. in addi. c. si. de si. instru. uide quod notauit. supra prox. uer. si.

Si res euincatur, salua sit prior actio posita in instrumento dationis in solum: Operatur quod re euicta detur contra reum prima actio, quæ aliās non daretur. Bar. in l. si quis aliam, in prima colum. in uer. alij dicūt quod hæc soluit. ff. de solu. & in l. eleganter in prin. in uer. ad secundum opponitur. ff. de pig. acti. Ange. in l. libera. C. de sen. & Barto. cepo. in cau. cccxv.

Saluo iure in hypotheca, & contra fideiussores in instrumento dationis in solum: Operatur ut euicta re creditor possit agere contra fideiussorem per dationem in solum liberatos & hypothecaria contra possessores bonorum rei. Barto. in d. l. si quis aliam, in i. colum. in uer. alij dicunt quod hic soluitur ff. de solu. & Barto. cepo. in d. cau. cccxv.

Consentio saluo iure meo: Operatur quod consensus non præiudicet l. iij. s. i. ff. qui mo. pig. uel hypo. sol. & Pau. de ca. consi. cccci. & ita consului.

Recipio sortem, saluo iure interesse, quid operetur, uide Bar. in l. si. in pe. cpl. ad si. in uer. ulti. quæro quid si creditor. ff. de eo quod cer. loco.

Recipio sortem, saluo iure pœnę, quid operetur dic quod tunc pœnam pōt peti quatenus sortem excedit, in Spec. de arbi. s. si uer. sed pone quod dum respicit.

Bene & diligenter .i. arbitrio boni uiri. Bar. in l. cum filius. s. si pater. de le.



ij. l. si ita sit scriptum, de ma. testa. c. i. in fi. de eo qui mit. in pos. in vi. & in cle. i. de offi. ordi. & Alexan. consil. lx. iij. parte.

Locator promissit sub hypotheca suorum bonorum seruare promissa &c. Operatur quod emptor uon possit expellere conductorem de illa re, etiam et hypothecata secundum Bar. in l. i. §. quod autem, in uer. & ideo dixi iam. ff. de superfi. Adde Bar. in l. emptorem. C. loca. & ibi Bald. in ij. col. in uer. quæ ro an emptor.

Computata omni quantitate confessata numerata promissa, quæ de dicto debito appareret &c. Operatur ut non possit iterum peri, licet constet de promissione & de confessione, uel de numeratione. Barto. in l. plane. §. i. in fi. de le. i. & in l. triticum. ff. de uerbo. obliga.

Boni auri, & iusti ponderis, in contractibus non est necessaria, quia subauditur semper in promissionibus, quod detur pecunia, non reprobata. Bart. in l. lecta. ij. colum. in prin. in uer. uerius tamen puto. ff. si cer. peta.

Obligans bona presentia & futura, intelligitur de futuris, quæ nunquam ante fuerint obligata, ideo non intelligitur de re alienata per debitorem consensu creditoris, & postea redempta per debitorem, quia illa non uenit in hypotheca, ex quo aliàs fuit & desijt esse de hypo. per alienationem cum consensu creditoris factam, casus est sing. secundum Bal. in l. solita. quæ est l. sing. & ibidem Bar. C. de remis. pig. Sed Bar. tenet contrarium in l. sicut. §. superuacuum in ij. col. in uersicu. uenio ad secundum. ff. qui mo. pigno. sol. s. quod si hypo. erat generalis recidit res eadem in priorem hypothe. licet desierit esse hypothecata per consensum prestitum ia eius alienatione, per creditorem quod not.

Adde Bartholo. sozi in suo trac. fallen. regu. cvij. Bald. in l. si nu. ix. uer. sed pone quod est adiectum, & quod ibi posui in addi. ad ipsam in uer. de futuris. C. de pac. Fely. in c. in presentia colum. iij. uersic. in tex. ibi uende uniuersa. extra. de proba. Panor. inc. nulla ecclesiastica, nu. xi. & ibi posui in apostil. ad ipsum in uer. presentia & futura extra de concess. præben. & per Philip. cor. consi. ix. inci. quanquam in litera p.

Nihil contra diuisionem facturos hæc clausula, non impedit fideicom. petitionem Barto. in l. si §. idem quæ sijt. in fi. ff. de condi. inde. sed quid operetur per Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. i. q. & ibi doc. de uer. ob.

Testibus uocatis in instrumentis posita intelligitur. s. ap hoc quod actum fuit interpretes. Ang. in Auten. de Tabel. in prin. ij. colum. uersi. quid autem si instrumentum col. iij. Bart. in l. hæredes palam. §. in testamentis. ff. de testi. & infra uersi. proxi.

Et rogatis hoc uerbum poni debet, aliàs non præsumitur rogatus testium factus. Bar. in d. l. hæredes. §. in testamentis. ff. omnino uide. Adde Bartho. in l. sciendum, in iij. colum. in uersi. quæ ro extra glo. ff. de uerb. obli. & d. Anto. de But. in c. sicut de re iud. & omnino per do. Alexand. Imol. in d. l. sciendum in xvi. col. in fi. in uer. extra gl. inducit Bart. cum concor. & tribus Notabilibus limitationibus ibi ad hoc per eum positis.

Adde Bal. in repe. l. habeat nume. xxxviij. & quod ibi posui in apostil. ad ipsam in uersi. super quarto puncto. C. de sac. san. eccle. dixi etiam in apostil. ad Lanfran. de Oriã. in c. quoniam contra falsam. §. testium depositiones, nu. xxiiij. uer. quæ ro ulterius & seq. extra de proba.

Renunciavit beneficijs omnibus &c. in instrumentis correorum, uel fideiussorum, non extenditur ad Beneficium cedendarum. Bald. in l. si diuisa C. loca.

Clausula uidelicet quam renunciationem partes uoluerunt extendi ad omnia, & ignorata: Operatur id quod uerba sonant.

Adde



Adde doc. in l. emptor. §. lucius, & ibi Bar. ff. de pact. & Car. in cle. i. in xij. nota. in iij. oppo. extra de sepul.

Clausula renuncians omnibus probationibus, uel quod non possit probari contrarium, nisi per aliud instrumentum non ualet. Bart. & doc. in Auten in bemus. in ij. col. in uer. quæro dicitur, hic ibi & ideo illa. C. de iudi.

Adde in quantum dicit non ualere clausulam qua renunciatur probationi testium, uide de Fely. omnino in c. ij. col. pe. uer. si. decimo. intellige, ubi limitat, nisi in pacto iudiciario, uel iurato, extra de proba. & quid de generali renunciatione testium. uide Fely. ubi suprâ. col. fi. & Guil. de cug. in l. cum debitoris in fi. C. de iudi. tantum quod uel nō tñ transit ad hæredes, idem tenuit Roma. in l. i. ff. ne quis eum qui & in l. qui bona §. quædam. ff. de dam. in fact.

Beneficio de duobus reis, epistolæ diui Adri. & cedendarum, quid opere tur, uide Ange. in Auten. de duo. reb. in i. col. in uer. ad euentiam scias, & uer. si. est & alia constitutio, & in uer. est & tertia. l. colum. vij. & Bald. in addi. Spe. de renunci. & conclu. uer. quatuor sunt.

Ego dico quod renunciatio beneficij de duobus reis tollit beneficium inter principales in solidum obligatos. not. Ange. ubi suprâ, & uer. & hoc est doctrina. colla. vij. Renunciatio autem beneficij epistolæ diui Adri. tollit fidei iussores in solidum obligatos. ut per Bal. & Ange. ubi suprâ, & Bart. in l. si a duobus §. si a Ticio. col. fi. pe. q. ff. de duobus reis.

Et omni l. auxilio, in renunciationibus mulierum & maximè quando tutelam accipiunt, est de substantia contractus. Bald. in addi. Spec. de tuto. uer. tenetur mater quæ suscepit. Bal. in Auten. matri & auia. colum. iij. uer. si. uenio ad illam gl. C. quando mulier tu. offi. & in l. si quis sub conditione uer. si. quæro, pro Auten. quæritur. col. vi. ff. de testa. tute. & Pau. de ca. consi. lxxv. in ci. uis compromisso. in dubio. Et operatur quod discussio non requiratur. ut not. Bal. in l. i. colum. iij. C. de conue. fisci. debi. li. x. & Alex. consi. xxxi. uo.

Renunciavit & c. hæc clausula debet extendi secundum ordinem & consuetudinem Notarij, Bald. in addi. Spec. de instru. edit. in ij. col. in prin. uer. quid operentur.

Adde quod notauit in apostil. ad l. cæterum in apostil. super eo. uer. de leg. l. Jac. rebuffi. in l. inuitis. nu. ij. & quod ibi posui in apostil. in uer. & c. C. de decre. decu. li. x. Gemi. c. i. §. in cæteris. & ibi posui in apostil. ad eum in eo. uer. & iterum ibi in apostil. ad Philip. fran. etiam in eo. uer. extra de cle. coniug. dixi etiam in apostil. ad Lanfran. de Ori. post Bene. uadum. in prin. nu. xij. in uer. dictio & c. extra de proba. Fely. in c. cū. p. Tabellio. uer. septimo quæritur col. iij. extra de fide instru. & Bal. consil. lxxij. uolumi. v.

Iurans non contra uenire intelligitur. s. si modicè ledatur, nisi addatur ratione lesionis, quia intelligitur etiam de magna. Io. de Imol. in c. cum contingat xxiiij. col. de iure iuran. & Bar. cep. de ser. rusti. ti. de aquæduc.

## CLAUSVLAE TESTAMENTORVM.

**Q**uisquis mihi hæres erit: hæc clausula extenditur etiam ad successores ab intestato. Bar. in l. si quis cū nullū in prin. ff. de iur. co. & habet uim clausulæ codicillaris, ut repetat legata a uenientibus ab intestato. gl. & doc. in l. ex duobus §. filium. in uerbo quoq. ff. de uulg. & pup.

Saluo iure coloni. Hæc clausula in legao rei locata alteri per testatorem operatur, & legatario datur utilis actio contra colonū ad pensiones, quæ aliās peti nō possent. Bal. in l. i. iij. col. in uer. quæro quid si testator. C. de usu. & fru. leg.

Pupillus moretur cū tutore. Intelligitur. s. quatenus ei sit utile: aliās non, secundū Bar. in consi. Bitroniensis quidam per l. i. ff. ubi pu. ædu. de.

Nisi hæres det tibi fundum, ex nunc dono: hæc clausula in testamento ualet secundū Bald. in l. sancimus in fi. C. de testa.

Cum



Cum potero testari, hæc clausula posita in testamento intestabilis non ualidat illud testamentum. Bald. in l. eam quam. pe. colum. in uer. item si frater minor testetur, C. de fideic. ubi idem dicit.

Clausula cum capere poterit legatarius, non ualidat legatum factum incapaci. secundum Bal. ibidem in uer. item uetat testatoribus iuncto. uerfi. præce. & ex hoc infertur secus in Clausula. cum capere poterit hæres, quia ualidat testamentum. l. in tempus. ff. de hære. insti. sed Clausula. cum uidua erit uxor, non ualidat donationem inter uirum & uxorem. secundum Bald. in d. l. eam quam pe. colum. uerfi. dicit aliquis immo ualeat. C. de fideicom.

Mater uidens. t. esse idoneum tutorem, hæc clausula probat idoneitatem tutoris petiti, non tamen probat quod per inquisitionem datus sit. i. citatis citandis. Bal. in l. omnem in ij. col. in prin. uer. quæro an datus. C. ad Tertul. hæc clausula magis cadit. supra inter clausulas contractus.

Si contigat me mutare testamentum, ex nunc dono hæreditatem meam inter uisuos, quid operetur per Ba. in l. sancimus in ult. col. in uer. nunquid autem testator. C. de test. & in l. cum antiquitas in uer. de ista autem donatione. C. eo. tit. & Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta in prima col. in uer. per istam. l. damno. ff. de uer. ob. & ibi Alex. plenius, quod non operatur donationem, nec impedit testamēti mutationē, & Bar. in l. si quis in prin. testamenti in pe. col. in uer. sicu. dicit ergo sic testator. ff. de leg. iij. & in l. cū duobus. §. idem respondet. ff. pro soc. & Pau. consi. cxliij. quod operatur in legatis. & fideicom. non in hæreditate.

Cassans & irritans: hæc clausula tacite inest in secundo testamento. Bald. in l. si. v. q. C. de ædi. di. Adri. tos. per. glo. in l. hæredem. ff. de his qui ut indig.

Clausula cassans & c. in secundo testamento, non solemnni non tollit primū solemnne. Bart. in l. si iure in ij. col. in uer. quæro dicit testator. ff. de le. iij. Bal. in l. sancimus in i. col. in uer. reuoco in dubium, & ibidem Pau. C. de reſta.

Clausula, cassans, nihil operatur nisi ex ipso testamento adatur hæreditas, Barto. in l. sed si in conditione. §. si. in uer. & istud inducebam. ff. de hære. insti. & in d. l. si iure. ad si. in uer. & idem si. in ij. parte. Sed Bald. in Auten. hoc inter liberos in prima col. in uer. & ideo sufficiunt clausulæ. C. de testa. dicit quod dicta clausula sufficit ad derogationem primi test. & adde. supra uer. clausula derogato, in uer. ult.

Clausula, cassans, uide supra uer. clausula derogatoria per totum, & uide in uer. clausula non obstantibus, uer. xvij. & plenissimè per Alexan. consi. viij. iij. parte

Clausula quod testamentum uolo ualere, etiam iure donationis inter uisuos non impedit testī mutationem. Pe. de Anch. & Imo. in rubrica de test. & Alex. in l. stipulatio hoc modo in uer. oblig. item.

Clausula, si non ualeat ut testamentum, ualeat ut donatio inter uisuos, nō impedit test. mutationem, quia non ualeat ut donatio. Bal. Ange. & Imo. in l. hæredes palam. §. si. de test. Alex. in l. stipulatio hoc modo. l. col. de uer. obli.

Plus petere non possit in testamento in quo hæres sit institutus, in parte & cohæredem non habeat, quomodo intelligatur. Bart. in l. quotiens. §. si duo. paulo post prin. ff. de hære. insti. & in l. fideicom. §. si quis ita. de leg. iij. uer. sed quid si testator. & in l. iurisiurandi. §. si liberi. in ij. col. in prin. ff. de oper. l.

Clausula, plus petere non possit; intelligitur. s. de bonis defuncti. Bal. in l. liberti. x. colum. uer. sed dubitatur in filia. C. de ope. li. & Bar. in l. ut iurisiur. §. si liberi. in ij. col. in uer. quæro pater instituit. ff. eo. tit. Item intelligitur ut hæres non ut filia, & ideo succedit in emphi. non obstante dicta clausula. Bal. in l. si adulta, in uer. si. sed nunquid. C. de hære. act. Item tollit ius accref. Bar. in



in l. si ego in i. col. in fi. in uer. & prædicta faciunt. ff. de iniur. te. Item intelligitur, nisi pro legitima suppletione, nisi expressim ei renunciatur. l. scimus §. cum autem. de inoffi. testa.

Clausula, & plus petere non possit adiecta uni legato, an facit reuocari alia legata in eodem testamento facta. Bal. in l. liberti pe. col. uer. sed an ista clausula. C. de oper. libe. dicit quod non nisi delegatis expressè dicat nec etiam legata in alio testamento, nisi coniectura sit in contrarium.

Clausula: sis contentus tali re pro omnibus, quæ tibi legauit, intelligitur. f. pro legatis puris non pro conditionalibus. l. paulo §. i. & ibi Bar. in fi. de leg. iij. & plenius in l. fideicommissa §. si ita scripserit. eo. titu.

Iure institutionis, omissa in testamento possunt probari per testes duos, licet plures requirantur in testamento: quia agitur de probanda solemnitate testamenti de uoluntate testatoris. Bal. in l. ij. in ij. col. in uer. ex his resultat decisio. C. de secū. tab. uide Bal. in l. errorem C. de test. ul. col. in uer. quærit hic in co. ubi dicit uerū esse quando testamentū est nuncupatiuū, nō quando in scriptis. Saly. in l. in exercendis, ult. col. dicit quod immo per vij. debet probari.

Clausula iure institutionis: non potest addi codicillis ad legatum factum in testamento simpliciter filio. Bal. in l. non codicillum circa fi. in uer. quid ergo si pater. C. de testa. per l. q. p. manus de iure codicillo, sed in testamento sic ex uirtute clausulæ q. extendi possit de consilio sapientis.

Clausula relinquo iure institutionis, importat institutionē sicut uerbū instit. Bar. in l. filiū §. sed si portio. ff. de leg. prestan. gl. & Dy. Barto. & doc. in l. his uerbis in prin. ff. de hære. insti. Guil. de cug. in l. i. nu. iij. & ibi posui in apostil. ad ipsum ti. uer. uerbum relinquo. C. de sacrosanc. eccle. & gl. in c. si pater extra de testa. li. vi.

Hæres restituat bona sua: intelligitur. f. de bonis testatoris, nō de bonis hæredis, quia uerbum, sua, refertur ad testatorem, non ad hæredem. Bar. in l. cū in testamento. de auro & argen. lega.

Cum eadem conditione, id est cū eisdem pactis & oneribus. l. nihil, & ibi Bar. in fi. ff. de coniung. cum eman. lib. & in l. si societatem §. arbitratorū. i. col. in uer. ex qua not. ff. pro soc. Bal. & Flo. in l. iij. §. i. ff. de ser. Oldr. in q. duo sunt statuta & c. & supra in clausulis cōtractuum uer. cum eadem cōditione.

Si decesserit sine filiis, hæc clausula adiecta institutioni filij clerici qui filios naturales habere non potest, intelligitur de legitimis tantum, id est de ecclesia. Bar. in l. hæredibus §. Titius. in uer. facit ad. q. ff. ad Trebel. addo Bald. in l. generalr. §. cum aut circa mediū uer. sed quid si ista conditio. C. de insti. & substi. sed uide Ang. in l. si quis posthumos in prin. ff. de lib. & post. q. imo si clericus habeat filios spurios q. illi excludent substitutum, & Panor. in c. in præsentia in xij. col. in uer. quæro ulterius de proba. & omnino per d. Alex. Imo. in d. l. si quis posthumos in prin. in iij. col. in fi. uer. subdit hic Ang. cum alijs concor. ibidem per eum signatis. Item adiecta à patre, intelligitur de filiis masculis, non de foeminis, secus si ab extraneo secundum Alexan. consi. xiiij. iij. parte.

Hæres legatariū in possessione nō molestet: Operatur q. legatarius ppria auctoritate possit apprehendere possessionem rei legate. Ant. & Pe. de su. in l. rei. ff. de rei uen. al' s uero nō possit. C. quorū le. l. i. Addo q. ubi testator dicitur uim fieri uero legatarijs meis operatur, ut eis uideatur dedisse licentiā apprehendendi possessionem rei legate auctoritate propria ita sing. Lodo. Ro. in Auten. similiter in xx. speciali. C. ad le. fal.

Substituit uulgariter pupillariter & p. fideic. Operatur q. datio substituti uulgaris nō tollat fuitatem. Bar. in l. non iustam. in i. col. in uer. sicu. ex hac nota. C. ad Trebel. Item intelligitur q. electio sit substituti. uide Bald. in l. si frater. C. de fideicom. Adde



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

Adde eundem in apostil. ad Spec. in ti. de instru. edi. uerfi. forma illa col. xij. & in l. precibus. col. pe. uerfi. sed quid si testator. C. de impu. & alijs substiti. non autem habetur beneficium abstinenti, sed remanet suitas ut nor. Bal. vij. l. non iustam in op. C. ad Trebel.

Alter alteri, uel de uno in alterum: habet locum etiam quando alter moritur cum filio si apponitur inter extraneos: secus si inter suos secundum Bald. no. in l. i. in uer. quærit gl. fi. C. de do. cau. mor. quod no. ad l. cum acutissimi de fideic. cum concor.

Quamdiu caste & uidualter uixerit: non importat perpetuam uidualitatem & sic debet habere præstationem dietim. Bal. in l. fi. in i. col. in uer. & dicit la co. but. C. de indic. uid. tol. & in l. i. C. de fideicō. i. col. in uer. aut aliquid est dietim. uide Bart. in damnas esto in prin. ff. de usufr. le. no. in apo. in l. legatū eo. uer. ff. de annu. le.

Volo omnia debita solui: intelligitur etiam de debito naturali tantum. Bal. in l. ij. in ij. q. C. de fideicom. & in l. id quod pauperibus. in v. col. in uer. ix. quæritur. C. de epi. & de. & Io. de pra. in l. quibus diebus. s. dominus de condi. & demon.

Valeat omni meliori modo in testamentis, quid operetur, uide supra uerbo omni meliori inter clausulas libellorum & inter clausulas compromissorum in. e. uer.

Si deus aliud faceret de filio: intelligitur si morietur non si exbanniatur. Bald. in Rubrica. C. de po. in ix. q. l. publi. in prin. & ibi Bar. eo. titu. ff.

Si omnes uel uterq; uel si ambo decefferint sine filijs, uel in pupillari ætate an importent reciprocam substitutionem & quomodo, uide Pau. de cast. con fil. lvij.

Stetur dicto tutoris, uide doc. in l. plane, & ibi Bar. ff. quod falso tuto. au. cto. gestum est, & in l. testamenta. C. de test.

Testator sequens animi sui uoluntatem potius quam iuris solemnitatem, quid operetur. uide tex. & doc. in l. pe. s. fi. de leg. ij. & uide Bald. in l. quidam colum. fi. uerfi. si autem non dixit. C. de iure deli.

Testamentum ualeat ad consilium sapientis, quid operetur, uide Barto. in l. pater filium. s. de leg. iij. & in l. Gallus de libe. & posthu. & in illa institutio in i. q. ubi plenè de hære. insti. & Bald. in l. captatorias in ij. col. in prin. in uerfi. quinto opp. quod tota die uidemus. C. de testa. mili. & omnino per Io. an. in Spec. de instru. adi. s. viij. uer. quid si a contrahentibus in addi. m. uide quod notauit supra in uer. clausula iure institutionis, uer. ij.

Quod hæres ubiq; conueniatur a legatarijs: potest in testamento poni per testatorem, sed intelligitur dummodo hæres non reperiatur tanquam aduersaria. Bald. in l. fi. s. sed & si quis pe. col. in uer. extra quæro testator. C. communi de lega.

Sanus mente, licet corpore languens, quare ponatur in testamētis est tex. & Bald. in l. sanum. C. de transa.

Tu dic, quia cū in dubio staretur medicorū relationi & iudicio, ut euitetur illa medicorum uicinorum examinatio, cum iam non sit casus dubius, quia apparet per hanc clausulam de eius sanitate, ut per Bar. in l. ij. ad fi. ff. de testa. et in l. obseruare. ff. de cura. furio.

Cum petiero, non facit conditionem. l. Titia hæredis, & ibi Barto. ff. de cōdi. & demō.

Si uelit fauore libertatis, exponitur. i. si debuerit uelle uel non fuerit arbitratu. Bal. in l. captatorias. i. col. in iij. oppo. C. de test. mili.



## CLAVSVLAE CODICILLARES.

**C**lausula codicillaris si nō ualeat iure testamenti, ualeat iure codicillorum: facit deberi legata a uenientibus ab intestato. l. ex ea §. ex his & ibi Bart. ff. de test. & infra eo. per discursum.

Clausula Codicillaris in testamento rupto natiuitate posthumi, importat si deicommissum in personam instituti, sed an conseruet legata. uide Pau. de ca. l. vi. lviij. & consil. lviij.

Clausula codicillaris an habeat locum in testamento nullo ex causa præteritionis, & an quando testamentum irritatur præteritione posthumi præteriti Pau. de ca. in consil. lviij.

Clausula codicillaris in testamento inualido, facit uenientes ab intestato uide rigrauatos de restituendo hære. scripto. l. ex ea §. i. per glo. in uerbo uerbis in uer. sed nunquid tota, & Barto. de testa. l. quia autem cum glo. si quis. o. cau. te. & Bar. in l. posthumus §. si. de iniust. test. & in Auten. ex causa ult. q. & ibi Bald. viij. q. de lib. præte. & Oldr. consil. cxxxviij. & Alexan. in l. certi. C. de test. mil. & per eū in consil. xxvi. i. parte. Bar. in l. i. v. q. ff. de iur. codi. Pau. de ca. in l. i. in fi. C. de po. hære. insti. & in marg. uer. testator, in prin. Bal. in d. l. ex ea. in §. ex his post Dy. dicit quod nihil operatur in præterito nato sed nascituro. sic, si in d. clausula est uerbum, non ualebit.

Clausula codicillaris operatur in fauorem posthuminum. Bald. in l. si totas C. inoff. dona.

Clausula codicil. an includat ius de futuro. Bal. in l. ex testamento in lec. anti. C. de fideicom.

Clausula codicillaris in substitutione directa facit eam ualere iure fideicommissi, Rapha. & Pau. de cast. in l. si frater. C. de fideicom. Bal. in l. uerbis ciuilibus in ij. col. in uer. item ex ista glo. no. & ibi Ang. & Imol. qui istud exclamat. ff. de uulg. & pu. Ang. & Rapha. in l. precibus. C. de impu. & ali. substi. & dicit ibi se ita consuluisse, & Pau. de ca. consil. lix. adde. d. An. & Imol. in c. Raynutius, in materia compendiosè, de testa. & d. Alex. in d. l. uerbis. in l. col. in fi. cum concor. suis.

Clausula codicillaris non inducit licentiam repudiandi, & ideo suitatem nō tollit quæ tolli solet per licentiam repudiandi. Ang. in l. qui aut in fi. ff. si quis omi. ca. te. Bal. in rubrica. C. si quis omi. cau. test. in ij. col. in prin. in uer. ij. quando testator. & infra. e. uer. xxx.

Clausula codicillaris in testamento sororis, in quo est institutus uir, cōdem natus de crimine publico, an tollit quærelam inofficiosi testamenti, alteri sorori, & an facit directam substitutionem transire io fideicommissi. Pau. de cast. consil. lix.

Clausula codicillaris in testamento filij, quid operetur. doc. & Ang. in l. qui in potestate. ff. de testa. Cy. & Bald. in l. lenium. in i. col. in fi. uer. modo formatur talis. q. C. qui test. fa. po. & Bal. in addi. Spec. de instru. adi. uer. filius.

Adde Bar. in l. si iure ad fi. ff. de leg. iij. & Pau. de cast. consil. ccxxvi. inci. circa primum quælitum.

Clausula codicillaris conseruat fideicommissum uel relictum in testamento rupto, per natiuitatem posthumi nati post testamentum, uiuo testatore. Pau. de ca. in l. i. in fi. de post. hære. insti.

Clausula codicil. non operatur ubi est defectus personæ, sed ubi est defectus solemnitatis. Bald. in l. lenium in ij. col. in prin. uer. & facit ad prædicta. C. qui testa. fa. po.

Clausula codicil. an conseruet testamentum a principio ualidum & postea



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

ruptum, & an ualeat testamentum à principio nullum, Bal. in l. fi. i. & ij. q. col. magna. C. de codicil. distinguit. uide quod notauit supra eo. uer. iij.

Clausula Codicil. quot & quibus modis concipiatur. Bal. in d. l. fi. iij. col. mag. in fi. in uer. ij. præmitto. C. de codi. & Bart. in l. i. ff. in eo. ti. & infra per discursum.

Clausula codicil. an & quid operetur in testamēto nullo præteritione post humi mortui uiuo testatore. Bald. in l. fi. pe. col. in prin. uer. sed quæro de tali. q. C. de codi. & Pau. de ca. in l. i. in fi. C. de posthu. hære. insti.

Clausula codicillaris in primo testamento non inducit fideicom. ut sic hæres ex primo testamento teneatur per fideic. hæredi ex secundo testamento. Bald. in l. fi. ulti. col. in uer. sed pone quod testator. C. de codicil.

Clausula codicillaris an et quid operetur in testamento, in quo posthumus est præteritus & extraneus est hæres & posthumus uiuo testatore decedit. Bal. in d. l. fi. viij. col. uer. si. sed quæro de tali quæstione. C. de codic. & supra eo. in uer. xv.

Clausula codicillaris non ualeat iure directo iure fideicom. in pupillari substitutione inualida, euanescit post pubertate, sicut ipsa substō pupillaris, nisi dictū sit, si non ualebit, quia tunc durat etiam post pubertatem, ut tamen Bal. in l. si frater. C. de fideicom. in lec. anti. uide Oldr. consi. cxlix.

Clausula codicillaris posita in testamēto, & nō declarata testatori per Notarium nihil operatur. Bart. in l. i. vi. q. C. de iur. codicil. & in simi. bur. & abb in c. cum contingat de iure iur. & in c. quinta uallis. eorti. And. Barba. in consi. spectabilis & c. xi. col. quod est post consil. xvi. Alex. de Imol. in iij. parte.

Clausula codicillaris an operetur in testamento continente præteritionem nepotis posthumi. Alexan. consi. cxxij. prima parte.

Clausula codicillaris an conseruet legata, quando hereditas repudiatur, ita no. Bar. in l. i. q. xij. ff. de iure codicil. & in l. eam quam & ibi doc. C. de fideic. quod est uerum si sit ista clausula concepta per uerba futuri temporis. s. si non ualebit, ut per Bar. ubi supra, & Bal. in l. si iure in fi. C. de codi.

Clausula codicillaris, quas personas uideatur grauare. gl. in uerb. uoluerit & Bar. in l. i. in prin. in uer. & primo quæro. ff. de iure codi.

Clausula codicillaris ualeat iure testamenti, & codicillorū ualeat. Bar. in l. i. ij. q. ff. de iure cod. per l. fi. & ibi Bal. in v. col. magna in uer. nūc aliqua de clausula. C. e. tit. quia dictio, & resoluitur pro uel ut dicit Bar. in terminis d. cle. in l. si Titio in prin. ff. de usufr. leg.

Clausula, ualeat iure testamenti, uel saltem codicillorum, quid operetur. Bar. in d. l. i. ij. col. in uer. sed quid si dixit. ff. de iur. codicil.

Clausula, uel ualuit ualere iure codicillorum, ualeat secundum Bar. in d. l. i. ij. col. in uer. sed quid si reperitur.

Clausula codicillaris habet effectum etiam quando testm non ualeat, ratione solemnitatis omisse. Bar. in d. l. i. ij. col. in uer. tertio quæro. C. de codi. ff. de leg. ij. & l. his uerbis de testa. secus si non ualeat ratione uoluntatis imperfecte secundum Bar. ibi in iij. q. & Bald. in l. ex ea. in prin. ff. de test.

Clausula codicillaris an operetur in testamento continente præteritionem. Bar. in d. l. i. v. q. & doc. in Auten. ex causa de libe. præte. Pau. de ca. cōsi. lviij & consi. xxxvij. i. parte. Alex. de Imol. Bar. in l. ij. ad fi. in uer. ult. scias. ff. de leg. ij. & ibi Bald. dicunt communem opi. esse contra Guil. & gl. in d. Autē. ubi etiā Bar. idem tamen dicens quod sic Bal. in d. l. ex ea. ff. de testa. dici post Dy. & Ray. quod in nato non operatur in posthumo sic, si in clausula est uerbum, non ualebit, & supra eo. uer. xv. & xvij.

Clausula codicillaris quid operetur quando posthumus est præteritus, uide de Bar. in d. l. i. vi. q. ff. de cod. & in l. si stipulatus fuerim. ff. cum stipulamur ff. de uerb. ob.

Clausula



Clausula codicillaris in testamento tantum significat, quantum dicendo si legata non debentur ex testamento, debeantur ab intestato, secundum Bal. in rub. C. si quis omis. cau. test. in ij. col. in prin. uer. ij. quando testator. et Bar. in l. quia aut in prin. in iij. no. ff. eo. tit. & in l. i. in i. col. & i. q. ff. de codicil.

Clausula codicillaris non inducit licentiam repudiandi, ut repudians possit adire ab intestato. Bal. in rubri. C. si quis omis. cau. test. in ij. col. in prin. uer. ij. quando testator. & Ang. in l. quia aut. ff. eo. tit. quod est uerum secundum Bal. etiam si sic cl'a ualeat iure testamēti & codicillorum, quia nihilominus hæ res repudiando incidit in ædictum secundum Bal. ibi.

Clausula si non ualet uel non ualebit iure testamenti, facit præsumi testatorem cogitasse de ruptura testamenti. Bald. in Auten. ex causa vi. col. in uer. item in testamentis communiter. C. de lib. p'ate. quem etiam uide in l. si. in pe. col. in prin. uer. deinde repudiamus uerbum. C. de codi. & omnino per Pau. de ca. consi. lvi. & lviij.

Clausula si non ualet iure testamenti, ualeat iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis, facit ualere iure dona. causa mor. testamentum filij familiæ, factum patre præsentem, & operatur quod legata debeantur etiam hæreditate non adita. Bald. in l. eam quam. vi. col. C. fideicom.

Clausula si non ualet iure testamenti, an referatur ante tempus conditi testamenti. Bar. in l. i. vij. q. ff. de codic. quod sic.

Clausula codi. non operatur quando testamentum ualet iure testamenti, Alex. in l. certi. C. de test. mili. unde Clausula codi. in testamento uiri, in quo est uxor ad uitam instituta non facit eam uideri grauata de restituendo post mortem uenientibus ab intestato. Alex. in sing. contra Ang. in d. l. certi.

Clausula si non ualet & c. intelligitur. s. de præsentem non futuro, & ideo cautela est eam concipi, si non ualet, uel non ualebit iure testamenti & c. Bart. in l. si ita scripsisset in fi. ff. de leg. ij. ubi remittit se ad dicta in i. ff. de codi. & in Auten. ex causa de li. præte. in ult. col. & in l. si ita in penul. col. in uer. quæro, scitis. ff. de aur. & ar. leg. ubi dicit ualere si dicatur, si non ualet iure testamēti falsum ualeat & c. Idem est si dicitur: si non ualeret, quia trahitur ad futurum, & exponitur. i. si non ualebit secundum Bal. in l. si. in pe. col. i. in fi. uer. ij. quæstione. C. de codic. & Bar. in l. si debitor. in fi. ff. de cōtrahen. emp. & in l. si stipulatus fuero. §. cum stipulamur, & in l. cum stipulamur: per Ang. & Alex. de Imol. ff. de uerb. obli. & Bal. in l. si frater. C. de fideicom. in lec. anti.

Clausula si non ualet iure testamēti, ualeat omni meliori modo quo potest, quomodo intelligatur. Bar. in d. l. i. vij. q. ff. de codicillis, & in l. si ita quis in fi. prin. ff. de leg. ij. & in l. si ita in præallegato uer. quæro scitis. ff. de auro & at gen. lega.

Clausula codi. operatur etiam in testamento rupto ex causa exhæredationis. Bar. in l. i. ix. q. de codi. & in Auten. ex causa in ult. col. & ibi. doc. C. de li. præte.

Clausula si non ualet iure testamenti, ualeat iure donationis inter uiuos, quã fecit mihi Notario stipulanti pro hærede, non tollit effectum in secundo testamento, nec ualidat primum, unde hæres ex primo non potest uti contractu donationis, & excludere hæredem ex secundo Testamento. Bald. sing. in l. ex testamento. C. de fideicom.

Clausula codicillaris non facit deberi legata nominatim relicta à præterito. Bal. in l. pe. uer. it em quæro nunquid. C. de fideicom.

Clausula codicillaris conseruat testamentum continens præteritionem lineæ maternæ. Pau. de ca. consi. cclxviij.

Clausula codicillaris operatur etiam in testamento rupto contra tabulas. Bart. in l. i. x. q. de codi.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

Clausula codicil. operatur in testamento rupto per quærelam inoff. testa. Bart. in l. Titia. ff. de inoff. testa. & in Auten. ex causa ult. col. in uer. quæro utrū ista clā. C. de libe. præte. & Pau. de ca. consi. lix. tenet contrarium.

Clausula codicillaris an operatur in testamento rupto agnatione sui hæredis, puta: quia unus ex hæredibus moriatur uiuo altero superstitionibus filijs, deinde moriatur auus eius pater superstitionibus filijs suis, & nepotibus ex filio præmortuo instituto præteritis. Bar. in d. l. i. xi. q. C. de codic. q̄ non nisi quantū ad substituenda legata, & adde infra eo. uer. pe. & omnino per Alex. consi. cxlij. ij. parte.

Clausula Codicillaris in testamento fratris continente institutionem turpis personæ, nihil operatur, nec facit q̄ soror quærelans contra testamentum uideatur rogata per fideic. restituere hæreditatem turpi personæ. Pau. de ca. consi. lix. & Ang. in Aut. ex causa. C. de li. præte. & Bar. cep. in fi. uer. lxxxij.

Clausula codi. in primo testamento reuocato per secundum, an facit primū ualere iure codicillorum. Bar. in d. l. i. xv. q. de codicil. q̄ non, & Bal. in l. fi. ul. ti. col. in prin. uer. sed pone quod testator. C. eo. titu.

Clausula, si non ualeat, exponitur. i. quatenus non ualeat. Bar. in l. Stichū qui meus erit. in ij. col. in uer. ista faciunt ad. q. ff. de leg. i. & in Auten. ex causa ul. col. uer. ueritas est hæc. C. de li. præte. & Pau. consi. cxlvij.

Clausula codicillaris in testamento, in quo sunt duo equaliter instituti: operatur q̄ ipsi possint inuicem aliquid petere, quia tantum debet unus dare, quantum recipere. Bar. in l. ab omnibus. §. si Titio. in fi. de leg. i.

Clausula codicillaris, an operatur in testamento continente substitutionem pupillarem. Bal. in l. i. xvi. q. ff. de codi. quod sic.

Clausula codicillaris in codicillis an & quid operetur. Bar. in d. l. i. xvij. q. ff. de codi. & Bal. in d. l. fi. pe. col. in fi. uer. extra quæro. C. eo. tit. ubi dicit contra Bar. q̄ facit ualere ut testamentum.

Clā codicillaris an operetur in testamento nouiter uel postea facto ualido uel inualido. Bald. in l. C. de fideicom. liber. quod non.

Clausula codicillaris operatur etiam in testamento rupto ex non adita hæreditate. Bar. in d. l. i. xij. q. C. de codi.

Clausula codicillaris operatur in testamento rupto ex defectu hæredis incapacis, secundum Bar. in d. l. i. xij. q. de codi.

Clausula codicillaris impedit detrahi duas quartas. Bar. in l. papi. §. memisse in fi. de inoff. testa. & in l. quanquam. in fi. C. ad le. fal. ubi dicit, quod si alius testamentum est nullum, talis clausula facit uideri uenientes ab intestato pure rogatos de restituendo, ideo filius institutus legitimam tantū detrahit, & omnino per Alex. consi. cxlij. parte.

Clausula codicillaris in testamento rupto agnatione posthumi an operatur, dic quod non. Bar. tenet in l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. de uerbo. obli. quem etiam uide in d. l. i. vi. q. C. de codi.

Clausulæ codicillaris materiam supple. in Spe. de instr. edi. §. compendiosa uer. item uide, & ibi Bal. in addi. uer. clā si non ualeat & c. aum seq. & per Old. consil. clxxij. & per Alex. consi. clx. ij. parte, & consi. xxvi. prima parte.

CLAUSULAE IUDICIALIUM.

**N**on consentit nisi sit competens: hæc clausula operatur ut quis non dicatur contumax, nam si simpliciter opponitur exceptio incompetentiæ, nec dicitur nisi quatenus sit competens, dicitur contumax. Bal. in marga. uer. contumax. uer. v. Io. And. in c. cumana, de elec. post Innoc. in i. col. ad fi. uer. sed ecce aliquis & Ange. & doc. in l. non uidetur. ff. de iudi.

Adde



Adde Ang. & Pe. de su. in l. non uidetur. ff. de iudi. Io. de Imol. post Bar. in l. non solum & morte. in fi. de ope. no. nuncia. Panor in c. cum. m. nu. ij. in apostil. in uer. si. adde dictum, & ibi Fely. col. xxv. uer. quinta cōclusio protestans. extra de proba. & in c. cumana. nu. ix. in uer. in quantum extra de elec. not. Bal in l. ex coniunctione. nu. viij. & ibi posui in apostil. ad eum in uer. se non consentire. C. de pac. Mathē. mathesi. singu. lxij. inci. nota. cautelam. & Alexan. consi. xliij. incip. in casu & litē. col. iij. uer. si. ex quibus infertur uolu. iij.

Alter alteri auxilium &c. hæc clausula in inquisitione uel accusatione criminali ponitur aptē, quando sunt duo tantum, non quando plures secundum Bal. sing. in l. ancillæ. C. de fur. in i. col. in uer. quarto not. & supra in clausula alter alteri in clausulis contractuum.

Ego dico quod denotat unum duorum, & non plurium proprie secundum Bal. ubi supra non determinando, ut not. Card. in cle. i. in prin. extra de præben. & in cle. ij. de reb. eccle. non alie. dixi autem proprie propter uerba. Pau. de ca. consi. xvij. ubi dicit quod improprie dicitur de tribus & ultra quod modo puto uerum tum propter dogma grammaticorū quod est quod alter dicatur de duobus & alius de pluribus: tum propter no. per Bal. ubi supra, dum dicit quod irritatur inquisitio, in qua dicitur alterum alteri auxiliū præstitisse, si inquisiti sunt tres, uel ultra, de quo etiam per Ang. are. in tract. malefi. in uer. alter alteri. & Io. de ferra. in suo trac. de lib. in fur. inquisiti.

Instrumentū non rasum nec cancellatum in productione instrumentorum facta in iudicio poni debet. l. fi. & ibi doc. & Bal. C. de edi. diui Adri. tol. puto q̄ uoluerit allegare Bal. in iij. oppo. sed non loquitur ita clarē & talis c̄sa probat, licet postea constet instrumentum cancellatum. Bar. in l. i. ff. si tab. testa. extra, & Bal. in l. si unus. in fi. C. de testa.

Cassum hæc c̄sa posita in margine prothocolli uel actorum nō probat cancellationem, etiam si sit manu eiusdem Notarij nisi habeat testes diem & consulem, ut ibi per Io. an. in addi. Spe. de instru. edit. & ostenso. uer. illud quoq̄, in additione incipiente dixit Rolandinus & Pau. de ca. consi. xl. dubium. Ad do Pau. de ca. in l. si unus, & ibi d. Alex. Imo. in pe. col. ad fi. C. de testa.

Si senseris te grauatum in præceptis posita: Operatur q̄ omne præceptum iudicis sic factum resoluatur in simplicem citationem, sed Bal. in l. ij. iij. col. uer. uenio ad citationem uerbalem. C. de epis. audi. Bar. & doc. in l. i. C. de execu. rei iudi. in l. de pupillo & meminisse in i. col. in uer. dicatur ergo. ut ff. de oper. no. nu. & glo. & doc. in c. ex parte. el. i. in uer. dubia. de uerb. sig. & plenē. Addo Bal. in l. actione in ij. col. in uer. si. quærit Iaco. C. de transac.

Adde eundem Bal. in c. i. de mili. uaral. qui contu. est. & in l. ij. C. de ser. ui. Card. in cle. ij. col. xxij; de iudi. & in c. i. extra de resti. spol. quod est uerum si fiat comparenti aliās licet uim concepti ut no. idem Bal. super Rubri. C. commi. uel episto. col. i. uer. si. quid de eo & in l. ad peremptorium. ff. de iudi. & ideo non artat, si comparet ut per Are. in & curare insti. de act. Alex. in allega. & meminisse, & Pau. de cast. consi. v. inci. causa quæ uertitur, & non aliter nec alio modo, quid operetur. Bald. in l. si quidem, in ij. col. in uer. no. glo. quæ non est alibi. C. de excep. quod reus confitens cum illo uerbo non potest condemnari nisi aliud probetur.

Admittit si & in quantum: debet exponi .s. de iure & non de facto. Bald. & doc. in l. i. in ulti. col. ibi in ulti. glo. & ibi Pe. de su. C. quomodo & quando iudex.

Admitto si & in quantum: nihil operatur, quando iudex admittit non admittenda, quia habentur pro non admissis. Bar. in l. si quando in fi. princ. & ibi Imol. ff. de le. i. uide Bar. in l. ambitiosa in xij. col. in uer. quæro quid si in formatione. ff. de decr. ab ordi. fa. & in l. ille à quo & si de testamento in ij. col.



*in uer. quæro quid operetur. ff. ad Trebel. & in l. moris. §. iste fere. ff. de pe. & in l. iudex postq̄ in i. col. in uer. ulti. quæro, & ibi Io. de Imol. de re iudi. & in l. ait prætor. §. i. in ij. col. in uer. per hanc etiam legem eo. ti. sed caue quia in d. §. iste fere. & in d. l. iudex. & in d. l. ait. prætor. §. i. non loquuntur de hac clausula, sed de alia penitus diuersa Io. de Imola. & Ange. in d. §. si testamento, & Lod. consi. lvi. doc. in c. constitutus, de appel. Io. And. in c. cum appellatione. eo. tit. li. vi. & in c. cum contingat, & ibi Io. de Imol. & doc. de offi. dele. l. Beblius de pac. do. addo. Ange. in d. l. iudex, & ibi d. Alexan. Imol. in ulti. col. in uer. quærit Ange. ibi & Bald. plenè in l. edita. in xxx. col. C. de æden. in repetitione perusina in uer. item dubitatur si iudex & Bar. in l. & si conditionalis, & ibi d. Alex. in apostil. cum concor. ibi per eum signatis, & eundem do. Alex. in apostil. Bar. d. l. si. quando cum concor. ibi per eum datis, cui addo d. Philip. de perusio in c. sape de appel. Admitto si & in quantum facit admissa haberi de actis, quæ producta non admissa, non essent de actis, ut in positionibus interrogatorijs, & si c. præsentium de testi. in vi. Barto. in l. generaliter. §. sed & iuramento in i. colum. in uer. no. super uer. approbatum. C. de re. cre. & iureiuran. Item dicta clausula ommissa facit producta haberi pro non productis, nec releuant no. in c. contingat. de offi. dele. & Bal. in d. §. sed iuramentum.*

*Non admissit intelligitur. i. reñcit. Bal. in l. i. in fi. C. de neg. gest. Alexan. in l. si pupilli. §. si quæcunq; de neg. gest.*

*Admitto si & in quantum de iure possum in decreto iudicis, uel in auctoritate tutoris: quid operetur. Bar. & doc. in l. quando in princi. de leg. i. & in l. cum propter, de lega. præstan. & in l. & si conditionalis de aucto. tu. Bald. in l. i. pe. colum. in uer. ij. Item dubitatur. C. qui admit. quod uale. & Bar. in l. cum procurator. de ope. no. nun. Addo Ang. in l. iudex. postq̄. & ibi d. Alexan. in ult. col. in uer. & similiter hic Ange. ff. de re iudi.*

*Addo Bald. in l. edita. nu. xcviij. colum. pe. & quod ibi posui in addi. ad ipsum in uer. & in quantum de iure teneor. C. de ædendo. & Fely. in c. cum contingat. col. iij. uer. quid aut si in libello. extra de of. dele.*

*Admitto libellum si de iure ualet aliàs non. quid operetur. Bal. in l. edita. xxx. colum. in uer. Item dubitatur iudex in repe. perusina. C. de æden.*

*Defero appellationi. si & in quantum de iure debeo, quid operetur. per Bal. in d. l. edita. xxx. col. in præalleg. uer. item dubitatur si iudex. de æden. quod si non debet deferri iudex, a quo præ se ferat in iurisdictione.*

*Si & in quantum de iure possum, in alienatione feudi uelemphi, quid operetur. Bald. in c. i. §. hoc quoq; in vij. colum. in uer. sed pone quod uendidit, de suc. feu. in ufi. feu. & in l. cum eorum. C. de sen. & in l. diffamari. C. de in ge. man. addo d. Alex. Imol. in l. iudex postquam ad fi. in uer. Et similiter. ff. de re iudi.*

*In quantum de iure fieri potest: in reformationibus, quid operetur. Bar. in l. ambitiosa. in xij. col. in uer. quæro quid si in reformatione. ff. de decr. ab ordi. fa. ul. col.*

*Si & quatenus iusticia patiat, in protestatione de non contestando litem operatur ut contumacem iudex condemnare non possit, doc. & Pe. de su. in i. non uidetur. ff. de iudi.*

*Confirmo si de iure uenit confirmandum in confirmationibus subauditur etiam ommissa. Bal. in marg. uer. littera. uer. iij.*

*Et per eum non steterit in processu posita, nihil operatur ad poenam statuti requirentis facti cõsummationem. Bal. in addi. Spec. de accusatore. in ij. col. in fi. & uer. no. quod ubicunq; & infra. uer. statutum. de maleficijs, uer. lxxviij. & sequenti.*



Reservatus exceptionibus in definitiva hæc clausula posita in interlocutoria iudicis operatur ut si constabit exceptiones esse veras, factum habeatur pro non facto. Bart. in l. ille à quo §. si de testamento, in ij. col. in uersu, quæro quid operetur ista reservatio. & ibi Ange. & Imol. & omnino per d. Alex. Imola, in ij. col. in uersu. sed dubium uertitur, cum alijs concor. per eum datis. ff. ad Trebel. & potest iudex sic pronunciare, sed non debet, quia prius debet cognoscere exceptionem. Alex. post Bart. in l. si pupilli §. si quando cõp. ff. de negotijs gestis.

Citatus iuratus hæc clausula probat iuramentum non citationem. Bald. in l. si. in ul. col. uersu. quæro cauetur. C. de re iudi. quod est uerum in iuramento quando examinatio fuit facta tali die qua potuerit iurari. aliàs secus secundum Bal. ibi. & in Auten. si quis in aliquo. in ij. col. magna in fi. in uersu. & idẽ dicimus in teste. C. de ædendo. & in l. iurissurandi, in prima colum. in uersu. sed pone quòd reperitur. C. de testamentis, ubi dicit uerum, nisi addatur iuratus tali loco, & tali die, quia tunc probat sic esse secundum Baldum ibi in uersu. aut Notarius dicere potest hosti, & Io. an. in c. quoniam cõtra. de probatio. Bal. uero aliter loquitur in addi. Spec. de teste, in ul. car. uersu. in actis non reperitur. Item uerum nisi addatur præsentate parte, quia aliter non præsumitur iuratus. Bar. in l. theopompus in princi. in uer. doc. & Oldr. ff. de do. præleg. uide tamen in Spe. de teste §. sequitur uer. & no. ubi aliter loquitur, & tenet abb. sic. in c. quod autem. de iure pa. & per Alexan. consil. xli. iij. parte, ubi etiam dicit quòd non creditur Notario asserenti sententiam transiuisse in rem iudicatam.

Adde dum loquitur testem in dubio præsumi deponere non iuratum, Bald. in Auten. si quis in aliquo nu. ix. & quod ibi posui in apostil. ad eum in uer. probaret iuramentum interuenisse. C. de æden. ubi teneo contra eũ per iura hic alleg. notauĩ etiam in apostil. ad Iacob. Rebuffi. in l. per hanc nu. iij. in uer. iuratus deponat. C. de ero. mili. anno, li. xij. de quo ple. per Fely. in c. tuis colum. iij. uersu. Item in quantum do. Anto. & do. Abb. & ibi Panor. colum. fi. de testi.

Præsentate. t. & non contradicente posita in actis iudicialijs nocet, nisi in definitiva & interlocutoria, quia præsentate & non contradicens potest appellare infra x. dies secundum Bart. in l. i. in i. col. in uer. ultimo no. C. de relat. & Bal. in l. ne in arbi. in fi. C. de arbi. & infra eo, in clausulis sententiarũ uer. præsentate. t. & non contradicente.

Si in termino non compareas, procedetur ad cognitionem &c. posita in citatione habet uim peremptorij. Car. in l. si finita §. lul. ij. col. in uer. ij. quæro ff. de dam. infec.

## CLAVSVLAE SENTENTIARVM.

Computatio banno uel eius pœna poni debet in sententia cõdemnatoria pœnali ne duplex pœna. s. banni & sententię posita credatur pro eodem delicto. Bald. in l. i. vij. col. in uer. sed si in ipsa bannitione ibi & ideo sæpe iudices. C. de hæredi. insti. sed in practica non seruatur.

Reservato iure competentie: in sententia apposita intelligitur. s. si quod ius competat secundũ Io. pa. in sum. in ti. de sententia. uer. absoluiumus facit gl. in no. in cle. i. uer. dignitatibus in fi. de præben.

Si sententia lata est in maiori uel in minori quantitate quam debeat ex nunc eam reducimus, quid operetur, per Bar. in l. iudex postq̃ in i. col. in fi. uer. ul. quæro pone. ff. de re iud.

Saluo et reservato quod si &c. ista clã est eadem cum præcedenti, de qua Bar. in l. iudex postquam in d. uer. ult. quæro pone. ff. de re iud. & ibi doc.



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

mode, ubi etiam dicunt q̄ debet poni añ uer. cōdemnamus nō post ut sibi per Bar. & Imo. & in l. i. §. fi. de quest. & in l. i. ad turpil. & in l. moris §. iste de pœnis. Bal. in l. si quis filio §. fi. in fi. ff. de iniust. te & Ang. are. plene in tractatu maleficiorum uer. saluo semper Addo. d. Alex. in d. l. iudex. post q̄ in ult. col. qui allegat Bal. in ti. de iud. sed in ult. col.

Clausula, saluo semper & reseruato, in sententia supet ciuilibus posita quid operetur. Bal. in l. terminato. i. col. uer. mō. quero utrum iudex. C. de fruc. & li. expen. ubi dicit q̄ operatur in his que postea inseruntur, uel p̄ insertis haberi debent nō prorsus omittuntur, unde nō uicianē declarata prius si post dictam c̄lam nihil aliud declaretur secundum Bal. ibi.

Cla, saluo & reseruato, nō facit conditionem si dispositio est perfecta in se Bal. in d. l. terminato. in ij. col. in uersic. no. quod illa uerba saluo.

Clausula, saluo & reseruato, an resoluat si cōtrariū declaratur post Bar. dicit, q̄ sic in d. l. iudex post q̄ de re. iud. s. anteq̄ diuersum sit ad extraneos actus al's non, ut tenet Bal. in d. terminato in ij. col. in uer. no. q̄ illa uerba saluo.

Restituas & non molestes: operatur q̄ molestare non possit etiam si sibi ius postea superueniat in re restituta glo. in l. per misceri. §. species in uer. restitute. ff. de acqui. pos. Ang. & pe. de su. in l. qui restituere. de rei uen.

Viso compromisso: posita in laudo probat cōpromissum, de quo aliter nō appareat secundum Io. de Imo. & Lod. pō. in l. sciendum. ff. de uer. ob. & Inno. in c. quia uarijs. de iure iur. Pau. de ca. col. ij. & consi. cxlv. Dy. consi. xij. inci. Ptolomeus. Pe. de Ancha. consi. clxij.

Tu dic hoc uerum quando cōpromissum presente & non contra dicente parte est latum, uel quando laudū est antiquū & sic concor. doc. contra. Ita no. Inno. in e. quia uarijs, extra de iure iur. facit l. peregre de acquiri possess. ita not. Bal. consi. suo incip. in Christi nomine amen, quod ex privilegio & Pe. de ancha. consi. clxij.

Viso libello litis contestatione debet poni in sententia, al's non ualet secundum doc. Bar. in l. ij. in prin. in uer. si tamen iudex & ibi Pe. de su. ff. de iudi. et no. in l. i. C. de senten. ex pericu. recip. quod est uerum etiam si sententia sit iusta secundum Bar. doc. & Ioan. de pra. in l. multum conditio. & demon. in iij. col. Caue tamen quia Bar. ibi nihil dicit de ista cla, & Barto. in l. prope randum §. & siquidem in uer. no. aliud quod hic dicitur. C. de iudi. Item uerū nisi sit sententia, que transuerit in rem iud. secundum compo. in c. in presentia, de renuncia. & do. de rota. in deci. cclxxxij. & Fran. de padu. in Auten. si quis in aliquo. C. de eden. & Pau. de ca. consil. iij. & ex dictis uerbis probantur acta maximē quando pars non fuit absens, sed presentis secundū compo. et doc. in d. c. in presentia, & in c. quoniam contra de proba. Inno. in c. bonē. el. i. in iij. col. magna in gl. sua in uer. præsimitur de elec. & per Pau. de ca. in d. consi. & Fran. ubi suprā ult. col. sed uide in Spec. de proba. §. iij. & omnino no. per Bar. & doc. in l. i. in uersic. ulterius not. C. de rela. & Inno. in d. c. quoniam contra in ult. col. in glo. sua in uerbo processu, & inc. cumbert. in ij. col. magna in glo. in uer. concessimus de re iud. & in c. cum in iure. in ij. col. in gl. in uer. de mandato de offi. dele. & Bar. in d. Auten. si quis in aliquo ad finē in uer. quero reperitur, & ibi per Bal. in ij. col. magna ad fi. in uersic. sed ponamus quod iudex, & Bart. in l. fi. in uer. & hoc inducebam ad. q. ff. quando ap. sit Bald. in marg. uer. sententia v. col.

Sunt autē prædicta uera si addatur sententia uiso libello, & alijs de quib. ego Notarius sum rogatus tali die, quia tūc pbat secundū Host. & Lanfr. in d. c. qm̄ contra. in prin. xix. col. de proba. uide Ang. in §. & hoc in super in iij. col. in prin. in uer. ulterius pone quod in sententia in Auten. ut spō. lar. Addo Pa  
nor



nor. in c. quoniam contra. in xvij. col. in uer. nunc quæro an in casibus de proba. uide Ang. in §. & hoc insuper in Auten. ut spon. larg. & Card. in de. i. ij. q. de proba. quod non probantur nisi quæ facta sunt eadem die & loco, & non alia etiam si exprimaturs dies & locus, quibus facta sint & per Alex. consi. xli. iij. parte

Visa citatione & relatione, in sententia nõ est necessaria, licet sit de cautela quia ex quo de eis constat ex actis præsumitur iudex uidisset & cognouisset. Bal. in l. edicto. C. de ed. di. Adri. tol. puto quod uoluerit allegare in v. col. in i. op. in fi. sed non loquitur de ista clã. & Sicu. in c. qm̄ contra. x. col. de proba. & Phi. in c. cum parati. ult. charta de appel. addo Ang. in §. & hoc insuper in iij. col. uer. Sed pone quod Instrumentũ in Auten. ut spon. larg. colla. ix.

Viso mandato, in sententia non probat mandatum. Bal. in addi. Spec. de proba. in i. col. in fi. uer. licet in sententia, sed clausula talem constitui procuratorem in supplicatione probat mandatum. l. ne satisfatio. ff. rem ra. ha. secundum Lod. in sin. uer. procurator. uer. utrum uerba. & ita no. Saly. in l. optimam. C. de contra. & con. stipu. Bald. in c. i. §. sed utrum in ti. per quos fiat inuesti. in feu. & gl. in c. nonnulli de rescrip. Si aut̄ apponatur clausula uiso & lecto in sententia puto, quod probaretur mandatum, ita no. lo. an in addi. ad Spec. in ti. de instu. edi. §. restat. uer. si. i. ibi Nico. de Orlandino, & ibi Spec. ad fi. Bar. & doc. in l. sciendum. de uerbo. obli.

Pro tribunali sedentes: poni debet in sententia, uel in alio actu requirente causæ cognitionem. Bar. in l. a procedente in i. no. C. de dila. & in l. i. uer. & ideo sis cautus. C. de sen. ex peri. re. de qua clausula uide per Ang. are. in trac. maleficiorum. uer. si. nos potestas pro tri. seden.

In his scriptis pronunciamus, debet poni diffinitiuã, aliã omiſsa uitiãt. Ange. in l. errorem. C. de te. & in l. fi. C. de sen. ex peri. reci. Lanfran. in c. quoniam contra uer. si. sententias. iij. col. de proba.

Absoluo ab omni eo quod petere posset posita in laudo, quid importet per Alex. consi. xlv. i. parte.

Procuratorio nomine in sententia an probet illum esse procuratorem. Ange. in Auten. ut spon. larg. §. & hoc insuper. iij. col. in prin. in uer. sed tunc quæro col. ix. quod non. Adde quod posui supra proximi. uer. mandato.

Lectã data: in sententia poni debet aliã sententia non lectã non ualeat. Bal. in l. fideicommissa §. i. in prin. de le. iij. & plenius in l. ij. C. de sen. experi. reci. Bald. in l. cum sententiam uer. si. quæro nunquid iudex. C. de sen. & interlo. omni iudi. quod intellige de diffinitiuã, ut plene dixi in apostil. ad Lanfran. de Ori. post eum in c. quoniam contra falsam §. interlo. & appel. nu. v. uer. si. est ordine successiuo, & nu. vi. uer. secundo requiritur extra de proba. & in ij. uer. incipienter sententialiter.

Et si non soluat amputetur ei manus, quomodo hæc clausula intelligatur, uide Bar. in l. stichus. col. pe. uer. si. & per hanc legem dico. ff. de pecu. leg. Ange. in Auten. ut nulli iudi §. fi. Bald. in l. quanquam, & ibi Alex. ubi no. iudicẽ posse auferre de bonis taliter condemnati licet dicat magis sibi expedire amputationem membri quã pœnam illam pecuniariam. not. idem Alex. in l. i. ff. de requi. reis.

Sententialiter promulgata: facit præsumi, sententiam latam cum recitatione scripti & iudice pro tribunali sedente. Bart. in l. sciendum. in fi. ff. de uerb. ob. & ibi Alexan. ad fi. & Pau. de ca. consi. iij. item facit præsumi latam esse etiam si non dicatur lata & c. Bartho. in l. fi. C. de senten. experi. reci. ubi dicit secus in clausula data, & infra proximẽ & Alexan. ubi supra in fi. Bal. & Ang. in l. quæcunq; §. fi. ff. de publicia, & Bal. in l. fideicommissa §. i. de le. iij. & in l. si is qui de te. & in l. i. de sent. ex peri. re. & in l. i. ult. char. de fide



ARTIS NOTARIATVS TOMVS I.

instrumen. & iure hal. fil. lib. x. & Doct. in c. sicut. de re iudi. & in c. fi. eo. tit. in vi.

Data hec clausula non probat sententiam fuisse latam, nisi aliud addatur, secundum Bart. in l. fi. in fin. C. de senten. experi. reci. & supra proximi. uer.

In his scriptis promulgata an probet sententiam latam in scriptis in Spec. de sententia. §. iuxta uer. rota, & Bar. in l. fi. uer. sed quæro. C. de sen. experi. re. distinguit.

Condemno, si de iure est condemnandus: uel si probatum fuerit non est forma sententiæ, nec sententia, sed monitio Inno, in c. prudentiam. de offi. deleg. & Bald. in marg. clausula. uer. v.

Rapha. & Pet. de su. in l. iij. C. quomodo & quando iudex. & Lanfran. in trac. de arbi. parte. i. colum. xi. Et ideo cauti practici dicunt, me præsentem & contradicente secundum Bartho. cepo. caute. cxlvij. inci. regula est. & Alex. an. omnino. in l. i. de uerb. oblig. de quo omnino Anto. Corse. ling. suis in uer. taciturnitas, & quod ibi posui.

Præsentem .T. & non contradicente, in sententiâ diffinitiuâ uel interlocutoria non nocet, quia potest postea appellare secus in alijs iudicialibus actibus. Baro. in l. i. in uer. ulti. no. C. de rela.

Bal. in l. ut in arbitris in fi. C. de arb. & supra in clausulis iudiciorum in uersicu. præsentem. t. & non contradicente.

Finis Clausularum.

TOMVS



THE  
SECOND  
PART

The first part of the book is devoted to a general  
introduction of the subject, and to a description  
of the various kinds of plants which are found  
in the country. The second part is devoted to a  
description of the various kinds of animals which  
are found in the country. The third part is devoted  
to a description of the various kinds of minerals  
which are found in the country. The fourth part  
is devoted to a description of the various kinds  
of fossils which are found in the country. The  
fifth part is devoted to a description of the  
various kinds of rocks which are found in the  
country. The sixth part is devoted to a  
description of the various kinds of soils which  
are found in the country. The seventh part is  
devoted to a description of the various kinds  
of climates which are found in the country. The  
eighth part is devoted to a description of the  
various kinds of winds which are found in the  
country. The ninth part is devoted to a  
description of the various kinds of storms which  
are found in the country. The tenth part is  
devoted to a description of the various kinds  
of earthquakes which are found in the country.







# TOMVS SECVNDVS

## ARTIS NOTARIATVS, QVI PRAXIM solam continet. PRAEFATIO.



**V**E Madmodum ordine prius est discere quā  
 agere, ita uicissim ipsae Actionis partes longē  
 praestantiores clarioreſq; nō immeritō habentur:  
 cum finis, in quaq; disciplina solus sit, qui requiratur  
 expetaturq;. Nam ueluti cum in scholis pueri uersaremur,  
 frustra nominum uerborumq; inflexiones constructionesq; &  
 rerum Grammaticarum leges atq; regulas didicissemus, nisi easdem  
 postea ad usū tam loquēdi quā scribendi retulissemus: & ut aliquis  
 Medicinæ studiosus singularum herbarum radicumq;, tum etiam totius  
 illius artis cognitionem inaniter sibi cōparauerit, nisi & usum fructūq;  
 eius in morbis depellendis sanitateq; restituēda probare nobis  
 & exhibere possit, ita profecto & reliquarū artium omnium sterilis  
 fuerit ociosaq; doctrina, si nō ad eam usus quoq; & praxis ipsa adiungatur.  
 Ita q; fit ut semper nobis illustriora ea quae aliqua ex arte perfecta  
 sunt, arte ipsa uideantur. Cæterum illud minime obscurū est,  
 difficilioreſ quoq; plerumq; esse partes agendi et practicandi, q̄ sūt  
 partes cognoscendi. Neq; n. qui carminum genera legesq; tenet idē  
 propterea & uersus feliciter conscribet; neq; qui Rhetoricae præcepta  
 uel exactissimē perdidicit, idem & Orator est, Multae igitur artes ita  
 habent, ut ad ipsam cognitionem, magnum præterea usum & exercitationem  
 requirant. Inter illas & Notariatus est, qui non solum in ea cognitione  
 cōsistit, qui cōtractus fieri & iure subsistere possint, uerum etiam  
 qua rectissimē forma concipiendi, et in scripturam firmissimē  
 redigendi sint. Et sanē ipsa uerborum forma, atq; stylus (ut hodie  
 uocant) non postrema pars est eius practicae quae Iuris civilis  
 scientiae coheret. Ita q; & olim Ciceronis tempore (ut ipse scribit  
 primo lib. de legibus) à multis diligenter conscriptae erant Stipulationum  
 & Iudiciorum formulae. Neq; uero uulgò aut temerē ille à quouis  
 primum concipiebantur, sed à doctis tantum hominibus & Iurisperitis,  
 ut de Aquilio & alijs memoriae traditum est. Postea uero cū  
 extarent iam ille uarijs de rebus formulae, contenti posterī maiorum  
 diligentia, ipsas in usu retinuerunt, & ad sua quaeq; negotia, mutatis  
 tantū mutandis, applicuerunt, magis describentes illas quā cōscribentes:  
 unde & Formulariorum & Pragmaticorum postea nomen emerſit.  
 Eadem hæc ratio post extinctam ueterem illam Iuris prudentiam,  
 eandemq; tandem quasi renatam, rursus in usum reuocata



## Artis Notariatus

est à doctis aliquot uiris, qui singulari industria & rerum experientia præditi, rudem, uagum & inconditum illum Notariorum stilum abrogarunt, certasq; & legitimas de singulis negocijs formulas cōstituerunt, iuxta quas Notarij deinceps citra laborē Instrumēta sua quā rectissimè conficerent. Neq; enim eiusmodi formularum usus cuiq; uitio uerti, sed magis laudi dari debet, cū longè cautius sit multorū an norū usu recepta atq; perpolitā formā uti, quā nouiter excogitata: cum nullius hominis ingeniu perfectū, è contra uero omnī artū Ma gister tempus sit. Notario autē eo magis necesse est, & probè scire formam Instrumētandi, & diligenter seruare, q̄ omīssa ea, Instrumentū esse falsum atq; cōmentitium præsumitur, nec erroris aut ignorantia prætextu ille tutus sit, sed ut Falsarius puniri possit. Quapropter ut rem in pauca uerba cōferamus, cū ueluti in Medicina sanitas, ita in Notariatu finis sit legale formaleq; Instrumentū, cum priore Tomo quali obseruatione legale esse possit, expositum sit, hoc secundo quibus obseruationibus formale quoq; reddatur, uarijs omnium negociorum selectissimis formulis declarabitur. Eas tu, candide lector, in bonam partem & accipito, & cum usus exiget, practicato.

Feli. c. ex li-  
teris de fid. In  
stru. Bar. in l.  
librarius. ff.  
de rog. iur.

## Q V I D S I T I N T R V M E N T V M, E T Q V Æ S V B S T A N. tialia eiusdem.

**I**NSTRVmentorū nomine ea omnia accipiēda sunt (inquit Paulus iureconsultus) quibus causa instrui potest, & ideo tam testimonia quā personæ Instrumentorū loco habentur. l. i. ff. de fide Instr. Quod quidem dictum generaliter intelligendum est, alioquin enim secundum eam significationem quæ crebrior usu moleuit, Instrumentum est solemnē & ritè ordinata scriptura, per authenticæ personæ manū, publicæ causa memoriæ facta. Ita diffinit Speculator de Instru. edit. in prin. Qua diffinitione retenti (ut sanè aptior alijs uidetur) cadit illa quorundam diuisio, qua Instrumentum in publicum et priuatū diuidit. Si. n. eam tantum scripturam quæ solemnē est, & per Tabellionem cōficitur ex receptiori significatione intelligimus in Instrumenti nomine, planè sequit priuatas scripturas, ueluti epistolas, chirographa, libros rationum, Apochas, & similia, pro Instrumento nō intelligi, nisi genericè, ut in d. l. i. Igitur omīssa hac diuisione, alterā illam quæ Instrumenti partitio est, tractemus. Quodlibet enim Instrumentum ex duobus consistit, Facto siue substantia negocij: & publicationib. siue solemnī forma, tali scripturæ, quæ Instrumentum appellari debet, peculiariter per communem usum appropriatæ. Factum multiplex atq; uarium est, prout ipsa quoq; negocia; actus, & contractus



tractus hominum variant, itaq; nihil opus est, ut & Speculatori uisum est, de hoc pluribus commentari. Publicationes autem Instrumenti regulariter nouem numerantur, uidelicet, Inuocatio Nominis Domini, Anni eiusdem, Inditio, Nomina Imperatoris, Regis, uel Papæ, Dies contractus, Locus, Testes, Nomen Tabellionis & eiusdem signum.

Principio itaq; Nominis Domini Inuocatio præponitur, quum pietas moneat nihil citrà diuini numinis auspicium esse inchoandū. Sed quid si omissa sit illa inuocatio, nec Instrumento apposita, an ualeat? Variè tractatur hæc questio. Vulgo creditur talem omissionem Instrumentum uitiare. Sed Bar. in l. 5. quis ex argentarijs §. Initium. ff. de pact. tenet, Instrumentum nihilominus ualere. Bandem sententiam secutus est Bal. in proæmio Codicis, & ibidem Paul. Castrensis, qui dicit hoc ita seruari Pistorij. Idem tenuit & Ioan. Andree in additio. ad Specu. in tit. de Instr. edit. §. i. & plures alij. Censetur enim hæc appositio leuis quedam solēnitas: quare omitti potest, tum etiã quòd ut Baldus ait in d. proæmio, talia uerba nihil important, & non sunt necessaria concomitantia ipsius actus, qualia sunt cetera requisita, puta dies, annus, locus &c. talia enim apposita fidem faciunt ipsi actui, quod non efficitur per Inuocationis appositionem. Alijs tamen uisum est hanc Inuocationem necessario præponi debere, cum ratione consuetudinis ista solēnitas effecta sit de substantia, secundum gl. in Auten. ut præpo. nomen Impera. per quam dixit Abbas in proæmio Decretalium, Quod ommissio solēnitatis ex sola consuetudine introductæ, reddat actum nullum. Cæterum in hanc sententiam consentire omnes uidentur, quod si ita haberet consuetudo in illis locis ubi conficitur Instrumentum, quod apponatur nominis diuini Inuocatio, seruanda sit omnino talis consuetudo. Sin aut consuetudo non esset, tunc non fore necesse ut apponatur. Vide Feli. in c. i. col. i. de fid. Inst. Ex quo & illa questio soluta est, Vtrum, si Christianus conficiat instrumentū inter Iudeos, Inuocare nomen dñi debeat? Nam si consuetudo ita habet, apponet Inuocationem in Instrumento etiã inter Iudeos: si secus habet consuetudo, non apponet. Vt per Docto. in allega. locis traditur, et qui plura desyderat, uideat Docto. in rub. de noui operis nunc. in ff. Denicq; hoc memorabile uidetur, quod asserit Bar. in d. §. initium. in repet. & repetitur per Feli. in d. c. i. Si Notarius in principio cōtractus scripsisset, In Nomine, & reliqua omisisset, uel sic, In Dñi, quòd talis ommissio & imperfectio Instrumentum non uitiaret, Cum secundum eum semper ex uisententiæ subintelligatur uerbum Dñi, uel Nomine, quod sanè notandū puto. Neq; enim ociose sunt & fictę huiusmodi questiones, sed ex rebus ipsis ueniunt, qualem hoc tempore scio in controuersia quadam ob leuis-



## Artis Notariatus

simam quandam ex Notarij negligentia uel festinatione fortè commissam omissionem, multo tempore agitari. Studere tamen debet notarius, ut Instrumentum omnibus quibus potest modis à cauillationibus muniat, defectusq; qualescunq; caueat.

**ANNVS** Dñi qui tempore celebrati contractus currit, proxime subiungitur. Quoniam uero quibusdã in locis añorũ supputatio fit ab incarnatione dñi, in aliquib. aut à Natiuitate Dñi, sequetur Notarius cõsuetudinẽ eius loci in quo cõficit Instrumentũ. Nam de eo nihil refert ex utra numeretur annus, dũmodo constet de año. Rectè tamen faciet Notarius, si in diuersa supputatione, quę rarius usurpatur, uidelicet ab incarnatione Dñi, semper adponat: Secundum morem istius loci &c. Ita, n. cauebit, ne in dubium uocetur cõtractus ratione temporis, quod apud ignaros illius moris, aliàs secundum cõmunem supputationem intelligeretur. Exempli gratia. In diocæsi Treuerensi moris est numerare annos Dñi ab incarnatione eiusdem. Pono Notarius in illa Diocæsi conficit Instrumentũ Mutui, de hoc mense Junio añi M. D. XXXIX. qui nunc currit; in eo cõtinetur, quod Accius pmisit Titio illa C. mutuata soluere ad kalendas Februarias anni proximi subsequenti, uidelicet An. xl. & omissum est illud: secundum supputationem Treuerensẽ. &c. Iam si annus Dñi ex cõmuni usu intelligatur, habebit debitor tantum septem menses: si uero ex locali more Treuerensi intelligat, habebit menses xix. intra quos debitum exoluat. Facile igit fieri potest, si hoc Instrumentũ ad partes longinquas perferretur, & in cõtrouersiam ueniret, quod Iudex illius loci, ignorato tali more, septimo mense Reũ ad solutionem damnaret, qui integri adhuc anni dilationem reuera haberet. Nihil itaq; tam exile est, quod negligendum Notario sit, si ullum aliquod dubiũ uel impedimentum ex eo aliquando possit emergere. Quærit aut, an sint de substantia Instrumẽti, añi Dñi, uel omitti possint? Quidam dixerunt necessariò requiri, cũ sine añis Dñi nõ possit cõstare de Indictione, quę ex illis colligit: alij dixerunt non requiri de necessitate, cũ hoc Iure constitutũ non sit. Quia uero consuetudine obseruat, ut semper ponantur añi Dñi, standũ est illi cõsuetudini: & habendũ hoc membrũ pro necessario requisito. Vide Feli. in d. c. i. col. ij. Et ita tenuit gl. in Auten. ut præpo. no. Imp. & gl. in c. inter dilect. de fid. Instr.

Tertio ponitur **INDICTIO**. Sciendum est Indictionem ueteri & propria significatione esse, quod edicto principis subditis indicitur, quod plerumq; non habet certam constitutamq; quantitatem. Et in hac significatione intelligitur titulus de Indictionibus in Cod. lib. x. & passim omnes alię leges quę de Indictione loquuntur. Posteriori uero tẽpore aliam quoq; significationẽ recepit, ut Indictio diceret tempus trilustricũ, xv. uidelicet annorũ, quod **Datis et literarum**



rum apponeretur, supputationemq; ipsorum temporū constitueret. Doctores secuti Glossam in d. Rubrica de Indict. communiter tradiderunt, Octauij Augusti tempore ccepisse, ut indiceretur Prouincijs per uniuersum orbem singulis lustris tributum. Primo quidem lustro auri, secundo argenti, tertio æris: finitoq; tertio lustro, ad primam præstationem reditum esse, & sic in usum abiisse, ut quemadmodū Iudei à diluuiō, Græci per Olimpiades, ita Romani per Indictiones annorū numerū supputarent. Lucas de Peña hoc amplius addidit, Indictiones ob id trilustricas fuisse, quòd primo lustro Asia, secundo Aphrica, tertio Europa censeretur, & sic quindecimo quoque anno absolutum fuisse integræ Indictionis cursum. Mihi tamen hæc præter historiarum fidem esse semper uisa sunt, neq; enim de huiusmodi Octauij instituto quidq; constat, ( quantum ego quidem meminī) etiam per eos autores qui minutissimas qualq; res gestas ipsius memoriæ tradiderunt, neq; per quenq; Imperatorum post ipsum Octauium talem Indictionis in literarū Datis usum esse usurpatum obseruaui, usque ad Iustiniani tempora. Nam et illos qui proximè ante Iustinianum imperitauerunt, puta Anastasium, Zenonem, Leonem, Valentinianum, Theodosium & alios, non ex Indictionibus, sed Coss. prisco more Romano tempora numerasse, satis ex Rescriptis eorum apparet, quæ passim in Codice, præsertim tribus libris posterioribus leguntur. Iustinianus autem Indictiones quasi primus Rescriptis suis subiunxit. Sed & ipse hoc rarius, ut colligere possis, nouum quodammodo neque tum inolitum morem eum fuisse: postea uero inoleuisse ob Iustiniani potissimum edictū, quo singulis Instrumentis Indictionem illius anni quo conscribitur, inferi mandauit.

Sed hæc quidem ad historiam fortè nonnihil, ad ius uero nihil faciunt, quare ad illud redeamus. Constat igitur Indictionem tempus esse xv. annorum, quæ seriatim cum annis ipsis numeretur usque ad xv. quo cōpleto rursus ad principium nouæ indictionis & primæ redeatur. Quomodo autem supputanda uel inuenienda sit Indictio, Speculator his uerbis docet. Cæterū si uelis scire quotus sit annus Indictionis, diuide años Domini per quindenās quoties poteris, quia tot annis Indictionis cursus concludit, et adde tres años, quia tot præcesserant de Indictione quando Christus natus fuit, & quota fuerit summa remanens, tanta erit Indictio, seu annus indictionis. Quod idem his uersibus comprehenditur, quos subiungit.

Si per quindenos Domini diuiseris annos,

His tribus adiectis, Indictio certa notatur.

Vide Ialonem in l. placet. C. de sacros. eccles. Hæc Indictio de necessitate inferi debet in quolibet Instrumento, aliàs non ualeret, per lex. in d. Auten. ut præpona. no. impera. & c. inter dilectos ex.



## Artis Notariatus

de fid. Iustru, quòd Bar. in d. §. Initium. dicit sine dubio uerum esse. Sed quæritur, cum omissione Indictionis Instrumentum uitiatur, an & erronea seu falsa insertione Indictionis? Puta quia aliter habent Anni Domini, aliter uero Indictio. Bartol. in l. librarius. ff. de reg. iur. refert Dynum in tali casu consuluisse, quòd licet Indictio ommissa uitiaret contractum, tamen si posita sit, & erratum in ea esset, non uitiaret. L. quoties. ff. de hæred. Insti. Quam sententiam Dy. Bartolus ibi asserit: Et subiungit, si tali casu dubitaretur an error esset in Annis Domini, an uero in Indictione, quòd magis dicendum esset in Indictione erratum, quia dolus non præsumitur. Sed si diceretur erratum esse in Annis Domini, præsupponeretur erratum dolo uel lata culpa, cum communiter omnes sciant Annos Domini, sed non perinde Indictionem. Plures Quæstiones, quæ circa Indictionem sese offerunt, Vide apud Bartolum in d. §. Initium. Neque enim instituti mei est, omnes repetere, sed potissimum maseantur.

*Adde la. in l. repetit l. ad monendi ff. de iurciur. Et Lanfr. in re. pe. c. quoniã §. Instrumen-  
torum produ-  
ctiones. nu. 6  
ubi dicit hanc  
esse causam.*

**QUARTO** ponitur Dies & Mensis, in quo conficitur Instrumentum. Et Mensis quidem non est de substantia publici Instrumenti, si ponatur Dies certa, quæ Mensem cui includitur, certo demonstrat, Puta si Instrumentum dicat Anno M. D. XXXIX. Die natiuitatis Domini. Hic enim certum est illam diem esse de Mense Decembri, Consuetum tamen est Mensem semper inferere, ad expressiorem declarationem ipsius diei. Et ita Barto. docet. in d. §. Initium. Dies autem de substantia Instrumenti est. Quæres utra dies? Illa ne qua Notarius rogatur, & contractus fit, an illa qua extenditur & conscribitur per Notarium Instrumentum? Bart. in d. §. Initium. col. 5. dicit illum tantum diem necessario esse inferendum, quo rogatus Notarius fuit. Idem tenet Feli. in d. c. i. col. iij. Quid autem dicemus, si Instrumentum noctu confectum esset super aliquo actum uel contractu? Host. Bal. Alb. & Feli. in d. c. i. dicunt de nocte non fienda esse Instrumenta, nisi ex urgenti causa. Si tamen necessitas exigeret, puta aliquis ita langueret quòd euestigio necesse haberet testari, tunc si quidem ante mediam noctem Instrumentum fieret, denominaretur à die præcedenti: si post mediam noctem, à sequenti. An autem & hora sit de substantia? Ioan. Andr. in add. in Spe. & tit. §. i. uers. post Indictionem, quem refert & sequitur Feli. in d. c. i. dicit non esse de substantia, nisi in casu l. aut qui aliter ff. quòd ui aut clam. Multis tamen in casibus ualde expedit apponere horam quoque, ad prioritatem certitudinemque temporis demonstrandam, pro ut facere solent cauti & diligentes Notarij.

**QUINTO**



**QVINTO** Publicatio est, ut ponatur nomen Imperatoris uel Papæ. Imperatoris quidem in terris imperij, Papæ uero in terris Ecclesiæ, secundum Ioannem And. in data lib. vi. uers. Hic aduertendum. Si tamen aliter haberet consuetudo, non uitaretur instrumentum propter talem omissionem secundum Bart. in d. §. Initium, & Feli. in d. c. i. ubi dicit alioqui multa Instrumenta esse corruitura.

**SEXTO** Locus ponitur in quo fuerit cōtractus habitus. An autē de substantia locus sit, dubitatur propter d. Auten. ut præpo. no. Impe. ubi non annūmeratur locus. Glossa tamen in d. l. generali, tenet de substantia esse locum, quam secuti sunt Spec. Jacob. de Are. Cy. Ioan. And. Bart. Bal. ut refert eos Feli. in d. c. i. Quæri solet, utrum locus loci sit specificandus? Feli. distinguit. Aut negotium de quo conficitur Instrumentum nō exigit certum aliquem locum, in quo fiat, tunc sufficit exprimere ciuitatem, nec est necesse apponere locum ciuitatis, dicit probari in l. optimam C. de contra. stip. Aut exigit certum locum, puto quòd ante tribunal, uel in Ecclesia, modo exprimendus omnino locus ille est, qui tali negotio uel actui peculiariter est constitutus. Notandum est autem si instrumentum non contineret locum uel tempus, quòd mortuo Notario saltem semiplenam probationem faceret. Bart. in l. admonendi, uers. quid si in Instrumento. ff. de iure iu. Abb. in c. fo. i. extra eo. tit. Feli. in d. c. i.

**SEPTIMO** Testes, qui contractui interfuerunt, inseruntur. Nec necesse est quòd ipsi manibus suis subscribant, sed sufficit inscripta esse nomina ipsorum per Notarium l. in donationibus & ibi gl. & Bal. C. de dona. & gl. in Auten. de hære. & falci. §. si uero. uers. ad hoc. nisi in casibus, in quibus expressè à lege requiritur subscriptio. Et probant huiusmodi Testes, etiam si confectioni instrumenti affuerunt non rogati, ut copiose per Feli. in c. i. Cautus autem esse debet Notarius, ut eos testes actui adhibeat & ascribat, quos cognoscit esse fidedignos & integros, item ut tot cuilibet actui adhibeat, quot illius natura requirit, ut vñ. in Testamentis, l. hac consultiissima. In confessione creditoris de debito recepto, similiter in solutione debiti, cuius obligatio præcesserat in scriptis, v. Auten. rogati. C. de testib. in repudio vñ. testes adhibendi sunt. Et in his quatuor casibus rogati esse debent, ut d. iurib. Extra autē quatuor hos casus non requirunt testes rogati, ut per Lanfr. in repe. c. quoniam contra §. testiu depositiones. uers. Quæro ulterius nunquid testis. Item in Codicillis & omnib. alijs ultimis uoluntatibus requirunt v. testes,



Obseruet etiam hoc Notarius, ut si aliquo casu requiratur rogatus esse Testes, semper ascribat rogatos fuisse, nam si omitteret uerbum rogati, non presumeretur testes fuisse rogatos, per ea quæ tradit Lanfran. in d. uers. Quero ulterius.

Ultimo loco ponitur subscriptio Tabellionis de nomine & cognomine suo. Item appositio soliti sui signi. Obseruare autem debet Notarius, secundum Speculatoris in d. §. i. doctrinam, ut semper ponat in instrumento se rogatum fuisse à partibus ad tale instrumentum conficiendum, alioqui, n. eo mortuo tale instrumentum non ualere. Attamen de hoc aliter uisum est alijs, ut per eundem Specula. in eodem loco. Et asserit Albericus Rosates (qui secundum Iasonem in l. de noui op. nunc. col. v. & multis alijs locis magnus suo tempore practicus fuit) in Auten. Rogati, C. de testib. quòd in dubio presumatur Notarium fuisse rogatum, etiam si omissum sit uerbum Rogatus. Et si quis Lanfran. in d. cap. c. quoniam §. Testium depositio nes. uers. Queritur in casu. Congruit hæc opinio cõmuni intellectui, ut Notarius non nisi rogatus officium suum prestitisse alijs credatur, quare sine dubio etiam est sequenda. Cæterum quod ad signum Notarij attinet, dicit Bar. in d. §. Initium, quòd omnes Doctores nullo excepto, in hoc concordent, quòd signum sit de substantia publici instrumenti. Hoc signum cuiq; Notario proprium & peculiare esse debet, cum alter alterius Notarij signo uti minimè possit, ut per An. in c. accedens, de cri. fal. Feli. in d. c. i. Item tale signum constans & idem habere debet, non pro libitu immutare, nisi fortè ex urgente causa, & iussu superioris. Alias n. Si tempore mutaret, incurreret pœnam falsi, ut per Bal. & alios in proæmio Codicis.

Consuetudo plurimum operatur in Instrumentis.

Hæ igitur sunt publicationes Instrumenti, quæ & iure & cõmuni consuetudine receptæ sunt, quarum tamen quædam magis, quædam minus substantiales sunt. Quæ autem de substantia instrumenti sint, censet Bar. ex consuetudine prouinciæ & locorum esse sumenda, ea, n. de substantia sunt, inquit, quæ sunt consueta poni in contractibus in illa prouincia uel loco. Et sanè plurimum potest, operaturq; consuetudo loci in instrumentis, adeo ut etiam non authentica, faciat authentica; non ualida faciat ualida c. cum dilectus, de fid. Inst. & ibi scrib. Quis autem ordo obseruetur inter ipsas publicationes, non multum refert. Speculator scribit, quosdam solere in principio instrumenti omnes ponere. Rulandinus putat conuenientius esse ut illæ quæ tempus Instrumenti notant, in principio ponantur, ut sunt Anni Domini, Indictio, mensis, Dies, nomen Principis, reliquæ uero reponantur in fine, uidelicet, Locus, Testes, Nomen Notarij, & signum eiusdem. Et sane hic ordo etiam cõmuni consuetudine tanquam commodior, obseruatur.

Postre



Postremo pro complemento prædictorum quæri posset, an de substantia, uel saltem de requisitis sit, ut Instrumentum in membranis, charta hædina, uel uitulina scribatur, nam aliàs dicitur instrumentum solemniter esse scriptum debere. Felinus in d. c. i. col. 5. per multa quæ allegat, concludit, non esse necessarium ut scribatur in membranis: ex illis tamen quæ subiungit, satis colligitur, quanto uilior & uulgarior sit ipsa Instrumenti charta, tanto Instrumentum ipsum & fide indignius, & suspectius haberi. Nostro uero tempore cum plerique omnes Notarij iuramento promittant Comiti Palatino, eos creanti, quod uelint & debeant omnia & sing. instrumenta sua in membranis, & non chartis abrasis, neque papyraceis conscribere, minus apud nostros dubitabilis est hæc quæstio, cum cogantur illi iuramento suo stare, pro ut uideamus etiam consuetudine hoc obseruari.

## DE REFECTIONE ET Exemplatione Instrumenti.

**Q** Vandoquidem non rarò accidit ut Instrumentum à Notario confectum, partique traditum, postea casu aliquo amittatur, aut corrumpatur, ita ut refectione opus habeat, uel eius fidedigna copia peregrè mittenda cū sit, eiusdem Exemplatio requiratur de utroque genere, (quando huic loco maximè quadrare uidetur) breuiter annotemus. Inter Refectionem autem & Exemplationem hoc interest, quòd Reformatio per eundem, ut plurimum, fit Notarium, & Instrumentum originale efficit. Exemplatio autem per alium semper Notarium fit: & Instrumentum non originale, sed exemplatum reddit. Quando igitur Notarius super refectione Instrumenti amissi, uel aliàs corrupti, puta à muribus, tineis, aqua, et similibus, requiritur, diligenter perpendere debet, cuius naturæ conditionisque sit eiusmodi Instrumentum. Item quomodo primitus fuerit confectum. Scire enim debet, quòd eadem solemnitas requiritur in Refectione, quæ necessaria fuit in confectioe l. si ut proponis ff. C. de nupt. Fel. in d. c. accedens i. lit. contesta. Quapropter si Notarius instrumentū, quod reficiendū est, primitus ad requisitionem & per cōsensum utriusque partis confecit, facile iudicabit non licere sibi ad unius tantū partis requisitionem id reficere. Secus si principio ab illa parte sola fuisset requisitus super actu, qui ab una tantum parte fieri potest, ut super protestatione, Denunciatione, & similibus, quia tunc reficiet Instrumentum ad illius solius instantiam. Quandoque igitur cognoscere Notarius potest aut reputare, quòd ex eiusmodi reformatio.



## Artis Notariatus

refectio generari possit alteri parti, uel tertiæ personæ præiudicium aut periculum, puta quia ex tali refectione Instrumento de nouo peti posset debitum iam fortè exolutum, tunc ne detur occasio mali, (ut Speculator ait) non reficiet Instrumentum factum proprio: Sed auctoritate Iudicis & altera parte uocata. Pars igitur quæ refectionem petit, hoc casu Iudicem adibit, & fidem illi faciet, citata altera parte, de amissione Instrumenti, & tunc Iudex habita summaria cognitione de amissione, præcipiet Notario, ut petitum Instrumentum reficiat & parti exhibeat: qui postea super tali præcepto de refectione conficiet Instrumentum, cui includatur refectionum, & in subscriptione faciet mentionem de processu, & ex qua causa Instrumentum fuerit refectionum. Secundum Specula. in tit. de Instru. c. di. §. qualiter propria scriptura exemplatur in fi. Cæterum si per talem refectionem nemini præiudicaretur, aut pararetur aliqua lesio, tunc notarius eam facere posset, etiam sine Iudicis auctoritate, uel partis alterius uocatione, uel amissionis probatione, Idem Specula. in d. §. qualiter propria scriptura exemplatur. uers. Sed nunquid. Si autem essemus in eo casu, quo refectione facienda esset propter corruptionem tantum, puta quia à muribus uel tineis hinc inde arrosum esset, uel aqua cõspuratum, aut senio prope oblitteratum sit, tunc posset Notarius, si saltem aliquæ reliquæ restarent, unde intelligeretur tenor, propria auctoritate sine Iudice tale instrumentum reficere, retinendo penes se reliquias primi Instrumenti, quia hoc modo nullum pararetur præiudicium aliæ parti. Secundum Stephanum Marcelletti in Formulario suo.

Et sciendum est quando Notarius qui primitus Instrumentum confecit, & eiusdem postea refectionem aut etiam exemplum sumit ex prothocollo suo, uel proprio originali, quod non exemplum sed originale censendum est, quia cum originarius sit Notarius qui facit Instrumentum, originale dicitur & ipsum Instrumentum ratione personæ eiusdem Tabellionis, ita dixit Bal. in Auten. Si quis in aliquo. C. de eden. & Bar. in l. si quis §. prætor. ff. eo. Confici enim possunt de uno eodemque facto plura Instrumenta, & singula sunt originalia, ut est tex. in l. unum. ff. de Testa. Eiusmodi porrò Refectione, de qua hætenus diximus, in eadem forma fieri debet, qua primum Instrumentum fuit cõfectum. Quare tradit Speculator in d. §. qualiter propria &c. utile esse, & à cautis Tabellionibus solitum obseruari, cum partibus exhibent Instrumenta, quod pro se retinent in registris suis ipsorum Instrumentorum formas, quo facilius, prima Instrumenta casu perdita, sub eadem forma reficere possint.

EXEMPLATIO quoque non minori uerum etiam impensiore cura facienda est, quando quidem ea non fit ab originario Tabellione



lione, sed per alium cui non creditur, sicut primo. Imo si illi exemplanti tres aut quatuor alij Notarij etiam subscripsissent, & profiterentur se originale uidisse non uitiatum, non cancellatum, de uerbo ad uerbum ita continens &c. nihilomags ipsis crederetur, nisi Iudicis authoritas interuenisset, quia suspitio est quod propter aliquod uitium quod in Autentico latuerit, pars fecerit publicari. Præterea iudicis præsentia & authoritas est de substantia formæ publicationis, ideoq; non ualet, quod ea omiſſa agitur. Ita Specula. in d. tit. §. Qualiter aliena scriptura &c. uers. sed nunquid creditur. Et ita Bar. quoq; in effectu concludit aliquot pulchris rationibus, in d. Auten. Si quis in aliquo. uers. iuxta prædicta quæro.

In Exemplatione igitur quæ iure subsistere possit, ante omnia præsupponendum est, ut ipsum originale exemplum sit solemne & ualidum. Nam ut Bal. scribit in d. Auten. Si quis. col. pe. de natura Exemplationis, non est quod per eam Instrumentum fiat ualidum uel ualidius, sed ut de uerbo ad uerbum describatur. Hoc præsupposito ad legitimam exemplationem, præterea hæc requiruntur. Primo ut pars Iudicem accedat, & ab eo petat Exemplationem concedere, & autorizare. Iudex enim non impartitur officium suum, nisi rogatus & requisitus secundum Iura uulga. Secundo ut citetur pars aduersa, uel quicunq; prætendunt habere Interesse, aut ex tali exemplatione ledi possent, ut intersint huiusmodi exemplationi et publicationi. Et siquidem certa sit persona, cuius præiudicium uertitur, specialis citatio requiritur. Si autem incerta sit, puta quod agitur de priuilegijs generalibus, quæ non tangunt personæ certæ præiudicium, tunc sufficit edictum proponi, uel proclama fieri. Tertio tres Notarij interuenire debent ad subscribendum in hanc formam, Ego Petrus &c. originali Instrumento diligenter auscultato, uiso & intellecto, præsens exemplum extraxi, & quia in omnibus & per omnia concordare inueni cum suo originali, quod non erat rasum neq; cancellatum, ideo me subscripsi. Similiter subscribent alij duo Notarij. Postremo Iudex interponet auctoritatem suam, & per sententia interlocutoria pronuntiabit, tali exemplo plenam esse fidem adhibendam. Ita ponit Lanfran. in repe. d. c. quoniam §. Instrumentorum editiones. uers. Est ergo conclusio. Et dicit hanc formam tradi per Albe. & ceteros Doctores in l. quicunq; C. fide de Instru. Sed in his duobus posterioribus requisitis paulo aliter loquitur. Sali. in d. Auten. si quis. Ait enim transacto termino ad comparandum & opponendum: Si apparet aliquis contradictor, audiet Iudex causas illius & examinabit, & siquidem iustas esse perspiciet, exemplationem impediet & negabit. Sin intelliget esse iniustas, mandabit Notario, ut Instrumentum descri-



## Artis Notariatus

describat de uerbo ad uerbum, & illud sic exemplatum legetur & auscultabitur cum originali per ipsum Tabellionem, & alios duos Notarios, in praesentia Iudicis: & postea Iudex interponet auctoritatem suam, & mandabit cuilibet Notariorum ut se subscribat, et inter alia in subscriptione cuiuslibet continebitur, quomodo ipse auscultauit dictum exemplum cum originali, in praesentia talis Iudicis, & aliorum Notariorum, & sic uidit de uerbo ad uerbum contineri in originali, ut in exemplo, nec plus nec minus: ideo de mandato Iudicis in praesentia aliorum Notariorum se subscripsit. Hoc idem dicit habere locum, etiam si nullus appareat. Et haec forma mihi magis probatur, conuenit enim iussum Iudicis praecedere, Exemplationem sequi, & auctoritatem Iudicis tandem hunc actum concludere. Denique queritur an exemplatum Instrumentum amplius exemplari, & ita de exemplo fidedigno, uel authentico aliud exemplum authenticum sumi possit. Sali. in d. Auten. Si quis post Richard. Malum, dixit non posse, quemadmodum nec tempus suppletum, ampliorem suppletionem recipere potest. Sed quid si inter partes conueniat, ut fiat exemplatio, & illi Tabellionem rogent ut exemplat? An tali exemplo credatur? Innoc. censuit illi credendum esse. Cui accedere uidetur Bal in d. Auten. Si quis. Vbi tradit propter confessionem quae fit apud Notarium exemplaturum per partes ipsas super exemplatione eum requirentes, censerit hoc Instrumentum originale magis quam Exemplatum. Salicetus autem in d. Auten. Si quis, in fi. uoluit illud procedere, tunc demum si adhibiti essent testes & rogationi & exemplationi & auscultationi & subscriptioni Notarii, & quod quilibet postea se subscribat. Alioquin .n. facile exemplificationem quasi corruptam, a parte cauillari posse, contendendo aliter in originali contentum fuisse. Et ista in hac materia sufficiant: reliqua uideri possunt apud Docto. in d. l. quaecumque .ff. de fide. Instrument. & in Auten. Si quis in aliquo. C. de Testib. & Speculator in d. §. qualiter propria scriptura &c. Et in §. qualiter aliena scriptura &c. Tandem igitur aliquando ipsas Instrumentorum formas aggrediamur.

OMNIS



OMNIS GENERIS  
 probatissimae electissimaeq; Instrumen-  
 torum Formulae. Ex ordine civilium  
 Contractuum cum iudicio di-  
 ligenter congestae.



Um omnis obligatio ex Contractu uel quasi cōtractu oriatur. Contractus aut quadrupliciter fiat: Re, Verbis, Literis, Consensu. Quasi contractus uero in certis aliquot speciebus, puta, Negotiorum gestione, Tutela, Cōmuni diuidendo, Familia herciscūda, Legatorum nomine, non debiti in solum accepti occasione, & similibus, per singula Contractuum genera, & ipsas inde eorum dem species ordine procedendo, probatissimas de singulis Instrumentorum formulas hic proponemus.

Contractuum realium formulae.

MVTVM

Mutui, alias Debiti, recognitio  
 in forma Camerae.

**I**N nomine domini amen. (Ponas Annum, Indictionem, Mensem & diem, & postea subdas.) Pontificatus sanctissimi in Christo patris & dñi nostri, dñi Pauli, diuina prouidentia pape tertij. Pontificatus eiusdem año quarto. In mei Notarij publici, testiumq; infra scriptorum presentia personaliter constituti honorabiles uiri domini Stephanus & Camillus fratres, & filij olim Arigi Pancratij de Camillis de Florētia ambo principales et principaliter pro se ipsis & eorum hæredibus & successoribus, citrà tamen quorumcumq; procuratorum suorum constitutorum reuocationem, Non uii, dolo uel metu, seu aliqua alia machinatione circumuenti, sed ex eorū certa scientia et spontanea uoluntate confessi fuerunt, & palam & publice recognouerunt, & quilibet eorum insolidum: unica tamen solutione sufficiente, confessus fuit, recognouit, se habuisse & recepisse prout in ueritate actualiter, manualiter, ac ut prompta ac numerata pecunia, in presentia mei Notarij infra scripti testiumq; infra scriptorum habuerunt & receperunt, & ad se traxerunt, ex causa puri ueri, gratuiti, & amicabile mutui, ab honorabili uiro Thomasio de Spinollis cite & mercatore Florentino Romanam curiam sequente presente & acceptante summam & seu ualorem ac quantitatem ducatorum sexcentorum quadraginta trium auri largorum & Papalium, boni auri & iusti ponderis. Quos quidem ducatos sexcentos quadraginta tres auri papales, præfati Stephanus & Camillus debitores promiserunt, & solennibus stipulationibus conuenerunt, & quilibet eorum promisit & conuenit, præfato Thomasio, ut præfertur presenti & pro se & suis heredibus & successoribus recipienti & stipulanti eidem Thomasio, & eius hæredibus & successoribus, uel cui, & quibus iura sua concesserit, aut eius, aut eorum legitimo procuratori, ad hoc sufficiens mandatum habenti solue



## Artis Notariatus

re & integraliter restituere infra duos terminos proxime annotatos, uidelicet, trecentos ducatos auri similes hic in Romana curia, uel Florentiæ per totum mensem Maij proximè futuri: & residuum, uidelicet florenos trecentos quadraginta tres auri papales in dicta Romana curia, uel Florentiæ, (uel dicas & melius.) Et solutionem seu restitutionem prædictam facere promiserunt Florentiæ, Venetijs, Romæ, Bononiæ &c. ac etiam generaliter: dum modo per generalitatem specialitati non derogetur, nec è contrà, in qualibet mundi parte, in qua dictus Thomasius, uel eius heredes & successores, dictos Ste. & Ca. & eius heredes & bona inuenerint, uel cõuenerint, seu cõuenire uoluerint, & solutionem recipere: & in quolibet dictorum locorum in solidum. Vnica tamè solutione sufficiente: per totum mensem Ianuarij proximi futuri, à die huiusmodi celebrati contractus immediate computandos, unà cum omnibus expensis damnis & interesse, præfatum Tho. creditorem ob retardationem dicti debiti in requisitione in quolibet dictorum terminorũ termino non soluti incurrendis & sustinendis. Super quibus quidem damnis, expensis & interesse præfati Ste. & Ca. debitores credere & stare uoluerunt, & quilibet eorũ uoluit, soli simplici uerbo & assertioni dicti creditoris aut negotiorum suorum gestoris, etiam sine sacramento aut aliqua alia testium productione & probatione, iudicis taxatione, aut arbitrio, seu arbitramento, alicuius boni uiri. Pro quibus omnibus & singulis sic tenendis, obseruandis & inuolabiliter adimplendis, præfati debitores & eorũ quilibet in solidum obligauit & hypothecauit dicto Thomasio creditori, ut præfertur recipienti & stipulanti se ipsos & quemlibet eorum in solidum, nec non eorum & cuiuslibet ipsorum heredes, & successores ac bona omnia & singula iura, nomina, & actiones, præsentia & futura. Nec non iurisdictioni, compulsioni, coërtioni, iuribus & censuris, ac mero examini curiæ Cameræ apostolicæ, ipsiusq; generalis auditoris, uice auditoris, locum tenentis, & commissarij. Nec non per pactum expressum, & solemnem stipulationem uallatum, omnium aliarum curiarum, tam ecclesiasticarum, quàm secularium, ubilibet constitutarum, in qua seu quibus hoc præsens instrumentum exhiberi contigerit, seu produci se ipsos & quemlibet eorum submiserunt & supposuerunt, & quilibet eorum submisit & supposuit. Per quas quidem curias, & quamlibet earum, præfati debitores, & quilibet eorũ in solidum, ad dicti Th. creditoris uoluntatem, instantiam, & requisitionem, uoluerunt, & quilibet eorum in solidum uoluit, posse compelli, constringi, cogi, & coartari, nec non realiter & personaliter conueniri, capi & detineri usq; ad integram satisfactionem modo & forma, & in locis & terminis præmissis fiendam, Et ob obseruationem omnium & singulorum præmissorum renunciantes, & quilibet eorum in solidum renuncians in præmissis omnibus & singulis, per pactum expressum & solemnem stipulationem uallatũ, exceptioni dictorum secentorum quadraginta trium ducatorum, auri papalium ex causa antedicta, non habitorum, non debitorum, soluereq; non promissorum, doli mali, uis, metus: fraudis, in factum actioni, conditioni indebiti, ob turpem causam sine causa & ex iniusta causa, non sic facti & celebrati contractus, aliter fuisse dictum et seu recitatum quàm scriptum uel factum, & contra petitioni bullæ nouæ & nouarum constitutionum de pluribus reis debendi, & Epistolæ diui Adriani de fideiussoribus, beneficiorum cessionis bonorum, feriarum messium, & uindemiarum, appellationis remedio, & recursui ad arbitrium boni uiri, fori priuilegio, & exceptioni non numeratę pecunię, omniq; alij Iuris legum, Canonum & statutorum auxilio, & quibuscunq; constitutionibus contrarijs, priuilegijs, indultis, & statutis, papalibus & regalibus, localibus & temporalibus, à iure uel ab homine editis uel edendis, ac in genere uel in specie concessis & concedendis, omnibusq; alijs & singulis exceptionibus iuribus & defensionibus, quibus mediantibus contra præmissa



præmissa uel eorum aliquod dicere, facere uel uenire possent. Et præsertim Iuri & legi dicenti generalem renunciationem non ualere, seu non sufficere, nisi præcesserit specialis. Et ibidem & in continenti præfati dñi Stepha. & Camillus debitores, & quilibet eorum in solidum, ad maiorem firmitatem & cautelam dicti creditoris, omnibus melioribus modo, uia, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, fecerunt, constituerunt, creauerunt, & solemniter ordinauerunt, citra tamē quorumcunq; procuratorū per eos et eorum quemlibet hætenus cōstitutoꝝ reuocationem, suos ueros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumq; suorum infra scriptorū gestores, ac nuncios speciales, & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, uidelicet prouidos uiros, (Ponas nomina) in Romana curia causarum procuratores nec non N. dictarū Ro. curie causarum camerae notarios, & omnes alios & singulos tam dictarum quàm quarumcunq; aliarum curiarum tam ecclesiasticarum quàm secularium Notarios & Procuratores, quorum nomina & cognomina hic haberi uoluit pro sufficienter expressis, absentes sed tanquam præsentis, & quemlibet eorum in solidum, ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequens, sed quod unus eorum inceperit, alter eorundem nihilominus prosequi ualeat, mediare, & cum effectu finire, Specialiter & expresse ad comparandum, pro ipsis dominis constituentibus, & eorum quolibet omni tempore, die & hora, feriata, & non feriata, tam ante terminos solutionis huiusmodi, aut alterum eorū quàm in ipsis terminis & quolibet eorum, ac post ipsos terminos seu alterū eorum, quotiens, & quando dicto Thomasio de Spinellis creditori, aut eius procuratori legitimo ab hoc constituto placuerit, & uisum fuerit expedire coram dictis dominis auditoribus, uice auditoribus, iudicibus, & officialibus, ordinarijs extra ordinarijs, delegatis, et cōmissarijs quarumcunq; dictarum curiarum, & dictam summam et quantitatem, ducatorum sexcentorum quadraginta triū auri papalium prædictorum, semel uel pluries confitendum & recognoscendum petendumq; audiendum & recipiendum ipsorum constituentium & cuiuslibet eorum nominibus, omne protestum omnemq; monitionem, condemnationem, sententiam, mandatum, quæ, quod & quam præfati domini auditores, uice auditores, iudices, officiales, locum tenentes, ordinarij, extra ordinarij, delegati, ac cōmissarij, contra ipsos dominos constituentes, & quemlibet uel alterum eorum præmissorum occasione excōmunicationis sententiam ferant, & promulgent, aliosq; processus reales, & personales faciant, & decernant quos uoluerint, & creditori præfato placuerit, & uisum fuerit expedire, & generaliter omnia & singula alia faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum quæ in prædictis & circa prædicta necessaria fuerint quomodolibet & opportuna. Promittentes dñi cōstituentes et quilibet eorū promittēs dicto creditori, & mihi Notario publico, & infra scripto, publicæ personæ, recipienti, & stipulanti uice & nomine omnium & singulorū quorum interest, intererit aut interesse poterit, quomodolibet in futurum se ratum, gratum atq; firmū perpetuò habituros, omne id totum & quicquid per dictos suos Procuratores, & quemlibet uel alterum eorum, actum, factum, dictum, gestum, procuratum uel fuerit in præmissis seu quolibet præmissorum. Releuantes nihilominus, & releuare uolentes eisdem suis Procuratores, & quemlibet eorum ab omni onere satisfaciendi, de iudicio sisti, & iudicatum soluendi, expromiserunt & expromissores exiterunt prædictis suis Procuratoribus, & quolibet eorum, de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, cum omnibus & singulis clausulis necessarijs & opportunis. Sub hypotheca & obligatione sui suorumq; hæredum, & cuiuslibet eorū & omnium & singulorum bonorum suorum, & cuiuslibet ipsorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum. Insuper præfati domini constitu-



entes & debitores iurauerunt, & quilibet eorum iurauit ad sancta dei Euange-  
 lia, scripturis corporaliter manu tactis, in & super animam ipsorum, & cuius-  
 libet ipsorum premissa omnia & singula in presenti publico obligationis in-  
 strumento contenta, uera fuisse, & esse, & ueritate fulgere, & absque aliquo do-  
 lo, fraude, aut alia circumuentione, seu machinatione. Nec non dictos procura-  
 tores, seu aliquem eorum non reuocare, in aliquo, nec reuocari facere. Promise-  
 runtq; & iurauerunt, modo & forma premissis, prefati domini constituentes,  
 debitores moratoriam seu aliquam aliam dilationem, aut terminum quinquen-  
 nale ad soluendum eidem domino Nicolao creditori a prefato sanctissimo  
 domino nostro domino Sixto diuina providentia papa quarto, aut eius successo-  
 ribus Romanis pontificibus, super his forsitan potestatem habentibus, mini-  
 me impetrare, nec impetrari, per se uel alium facere uelle unquam, ullo tempo-  
 re nec illis uti, neq; contra premissa in presenti publico instrumeto contenta seu  
 aliquod eorundem dicere, facere, uel uenire, in iudicio uel extra, directe uel indi-  
 recte, tacite uel expresse; sed ea attendere & firmiter obseruare, atq; rata & gra-  
 ta habere, donec et quousq; de dicta summa & quantitate dictorum ducatorum sex-  
 centorum quadraginta trium auri papalium boni auri, & iusti ponderis, & de  
 expensis et interesse pro eodem debito recuperando, forsitan passis, uel sustinen-  
 dis, predicto creditori integre & plenarie fuit satis factum iuxta presentis pub-  
 lici instrumenti uim, formam, tenorem, continentiam, & effectum. De & super  
 quibus omnibus & singulis premissis idem Tho. creditor pro se & suis haere-  
 dibus, & successoribus, & dicti Stephanus & Camillus & quilibet eorum respec-  
 tuiue sibi a me Notario publico infra scripto fieri petierunt, & quilibet eorum  
 petijt instrumentum & instrumenta, unum uel plura, publicum seu publica.

### Instrumenti Mutui debitoris unius, et unius creditoris, breuis Formula.

Rolandinus.

**A**Ntoninus filius quondam Boetij fuit confessus & contentus se ex causa  
 mutui habuisse & recepisse a Cor. quondam Titij lib. iij. Bononien. Pro-  
 mittens pro se & suos haeredes sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligan-  
 do dicto Cor. pro se & suis haeredibus stipulantib. soluere, dare & restituere ei-  
 dem aut certo eius nuncio dictam quantitatem pecuniae, hic ad unum annum pro-  
 ximum in ciuitate Bonon. Quod si dictis loco & termino non soluerit, ut dictum  
 est, promisit eidem persoluere atq; dare duplum ipsius quantitatis pecuniae no-  
 mine poenae stipulañ. in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa  
 qua soluta uel non, rata maneant omnia & singula supra scripta & infra scripta.  
 Et nihilominus sortem & poenam ubicunque locorum et fori, creditor petie-  
 rit ab eodem, et specialiter tempore fori Maij et Augusti de Bononien. et in ip-  
 sis foris se integre soluturum. Item reficere et restituere sibi omnia et singula  
 damna et expensas ac interesse litis et extra, et de his credere suo simplici uerbo,  
 sine sacramento uel alia probatione. Pro quibus omnibus et singulis firmiter  
 obseruandis obligauit eidem omnia sua bona. Renuncians privilegio fori,  
 Exceptioni sibi non datae, et mutuo acceptae pecuniae, et omni alij iuris auxilio.

Instru-



## Instrumentum Solemne mutui duorum debitorum et duorum creditorum, diuersis fulcitur pactis.

**A**ntoninus & Phil. promiserunt per se & eorum heredes unusquisque ipso-  
rum principaliter & insolidum, sine aliqua exceptione iuris uel facti  
se obligando Contra. & Anton. pro se & eorum heredibus stip. & quilibet eo-  
rum insolidum possit hoc debitum pecunie petere exigere ac recipere cum effectu  
uni tantum eorum facta solutione ab alio liberetur soluere, dare ac restituere,  
eis aut alteri eorum uel ipsorum certo nuncio centum lib. Bon. hinc ad unum  
annum, proxime in ciuitate Bon. Quam pecunie quantitatem confessi fuerunt  
se ab ipsis Co. & An. ex causa mutui habuisse & recepisse. Recipientes etiam di-  
ctam pecuniam ab ipsis ibidem & in presenti pro ut confessi fuerunt tantam es-  
se quantitatem uolentes & paciscentes, non obstare, nec prauidicium fieri cre-  
ditoribus ante dictis, quod si ipsi, aut aliquis eorum partem debiti in iudicio,  
uel extra exegerit, uel receperit ab altero debitorum non ideo minus possit eun-  
dem debitorem, & etiam alium quem eorum maluerit ad residuum debiti ipsius  
principaliter & insolidum conuenire. Et promittentes non dicere uel oppone-  
re dictam pecunie quantitatem non integre fore acceptam datam solutam & nu-  
meratam, & in ipsorum utilitatem conuersam, et non probare solutionem aut  
liberationem huius debiti fore factam, nisi per hoc instrumentum incisum uel  
cancellatum, aut per aliud legalis & bonae fame tabellionis manu confectum, &  
non petere libellum ipsius debiti, nec exemplum huius instrumenti & speciali-  
ter ipse Phil. non dicere uel opponere, quod causa minoris, uel pro minori,  
scilicet ipso Antho. fuerit obligatus, certificatus, & sciens ipsum Antho. mis-  
sorem esse ipsi, ambo nullam aliam contrariam exceptionem, uel defensionem  
seu negationem iuris uel facti specialem uel generalem, contra hunc contra-  
ctum, seu contra aliquod predictorum, uel infra scriptorum, in aliquo uel face-  
re, uel opponere, quo minus principaliter & insolidum teneant ad solutionem  
dicti debiti, in dicto termino faciendam, & ad omnia & sing. in hoc contractu  
contenta plenius obseruanda efficaciter teneantur. Sed omnia & sing. in hoc  
contractu supra scripta, firma & ra. ha. & tene. obl. & adimplere, & non con-  
tra uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto. Quod si dictis loco  
& termino non soluerit. Et omnia & sing. in hoc contractu contenta, non ob-  
seruauerint, aut in aliquo conuenerint, promiserunt se ( ut dictum est ) principa-  
liter & insolidum obligando eisdem creditoribus stipu. ut dictum est eis per-  
soluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecunie, poenae nomine stip. in sin-  
capitulis huius contractus insolidum promissae, quae totiens committatur & exi-  
gi possit in sing. cap. quotiens contra factum fuerit. Et poena soluta uel non, ra-  
ta maneant omnia & sing. supra scripta & infra scripta. Et nihilominus sortem  
& poenam ubicunque locorum & terrarum, & in quocunque foro & mercato cre-  
ditores, uel alter eorum petierit ab ipsis debitoribus, aut ab altero eorundem se  
integre soluturos, & in quibus locis mercatis & foris, & quem uoluerint ipso-  
rum, & sub quocunque iudice maluerint, possint expacto ipsos debitores, & quem  
libet eorum insolidum ad solutionem dicti debiti faciendam, in dicto termi-  
no, & ad omnia & sing. in hoc contractu contenta efficaciter obseruanda reali-  
ter & personaliter conuenire. Insuper reficere & restituere sibi omnia & sin-  
gula damna & expensas, ac interesse, quod uel quas fecerint, uel sustinuerint  
in iudicio, siue extra, uel alias quocunque modo pro ipsa pecunia exigenda, & de  
his credere suo simplici uerbo, sine sacramento, uel alia probatione, aut alicuius



## Artis Notariatus

causæ recognitione. Insuper promiserunt in solidum præceptum recipere à cōmuni Boñ. hinc ad tertium diem de dicta pecunia soluenda prædicto termino sub pœna xxv. lib. Boñ. stipu. promissa qua soluta uel non rata maneant prædicta. Quod præceptum ad dictum terminum recipi iñdem creditores, ibidem & in præsentì denunciauerunt debitoribus antedictis, pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis & adimplendis obligauerunt ipsi debitores præfati dictis creditoribus omnia eorum bona, quæ precario, iure se ipsorum nomine, & pro eis possidere constituerunt, usq; ad integram solutionem dicti debiti, & satisfactionem omnium prædictorum, ita quòd à termino, antea si tunc solutio facta non fuerit, liceat ex pacto ipsis creditoribus & cuiq; ipsorum propria autoritate, sine curiæ proclamatione, aut aliqua denunciatione, uel aliquo præiudicio dictorum bonorum & quorum ex eis uoluerint, ingredi possessionem & eam accipere, uēdere, alienare, obligare, & apud se & pro iusto precio retinere, & se indemnes conseruare, tam de pœna damnis & expensis quàm de sorte, sine omni occasione legum Iuris & usus. Renunciauerunt autem debitores præfati fori priuilegio, Nouarum constitutionum & Epistolę diuī Adriani beneficio, Exceptioni doli, conditioni, sine causa in factū, actioni & exceptioni sibi non datae & non mutuo acceptæ pecuniæ, & omni alij Iuris auxilio. Insuper dictus An. quia minor erat, xxv. an maior tamen xiiij. iurauit corporaliter ad sancta dei Euangelia, nullam restitutionem impetrare contra prædicta uel aliquid prædictorum prætextu minoris ætatis, uel cuiuscunq; alterius rationis uel causæ. Ad hæc d. M. ipsius An. uxor prædictis omnibus præsens, prædictę obligationi ab ipso uiro suo factæ consensit, & certificata per me No. infrascriptum ipsa bona à dicto uiro suo obligata eisdem creditoribus sibi esse hypothecata pro dotibus suis, Renunciauit omni suo iuri hypothecarum, & cuiuslibet alij quod habebat uel habere poterat, occasione dotium suarum in dictis bonis obligatis, ut hypotheca sua, non obstante prædicta ipsis creditoribus obligatione pleno iure usq; ad satisfactionem prædictorū omnium præferatur, dictum suum ius ipsis creditoribus pacto remittens. Nec non promittens per se & suos hæredes eisdem creditoribus stipulañ. ut dictum est, non præferre ius suum Iuri eorum in prædictis bonis obligatis, eo quòd sit prior tempore aut potior iure, siue alia quacunq; ratione uel causa. Sed prædicta omnia & singula firma & rata habere, tenere & non contrā uel uenire aliqua ratione de iure uel de facto. Sub pœna dupli dicti debiti stipulañ. promissa & refectione damnorum & expensarum litis & extra, & obligatione omnium suorum bonorum & pœna soluta uel non &c.

Si uero detur in Instrumento mutui fideiussor, quem uelint partes ut fideiussorem exprimi, licet se principaliter obliget, ita scribes.

Antoninus fuit confessus & contentus, & se ex causa mutui habuisse & recepisse ac sibi integrè datas solutas & numeratas esse à Co. q. Tit. xx. libras Bononienses exceptioni sibi non datae, nō mutuo acceptę pecuniæ omnino renuncians. Quapropter dictus An. & ipsius precibus & mandatis Phi. se principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligare Co. pro se & suis hæredibus stipulañ. dare, soluere ac restituere eidem, aut eius hæredibus, uel suo certo nuncio dictam pecuniæ quantitatem in foro Reni. mensis Augusti de Boñ. proximo uenturo uel eo tempore Boñ. si forum non fieret. Quòd si dicto termino non soluerint &c. continuando secundum aliquem prædictorum contractum mutui.

Instrumentum



## Instrumentum debiti, ex causa Cambij à scholaribus clericis contracti.

**D**ominus Castellio Gerundiensis dioce. & dominus Reimundus Burdegalenſis ſcholares Boñ. commorantes pro precio & nomine precij & Cambij cc c. lib. Boñ. quas contenti & confeſſi fuerunt atq; aſſeruerunt ſe ex cauſa emptionis & Cambij habuiſſe & recepſiſſe, ac ſibi integre datas ſolutas & numeratas eſſe nominatim pro expenſis & occasione expenſarum cauſa & gratia ſtudioꝝ à domi. Cora. & An. ciuibus & mercatoribus Boñ. promiſerunt ſolemniter unusquiſq; eorum principaliter & inſolidum ſine aliqua exceptione iuris uel facti ſe obligando dictis domi. Cora. & An. ſtipulañ. recipientibus pro ſe ipſis inſolidum, & Iacobo & Petro eorum ſocijs. Ita quòd quilibet eorum inſolidum poſſit hoc debitum petere, exigere & recipere, cum effectu uni tamen eorum ſolutione, uel ſociorum ipſorum facta ab alijs liberentur ſoluere & dare eis aut uni ipſorum uel dictorum ſociorum, ſiue eorum certo nuncio c. lib. Turonenſium bonorum & legalium in nundinis pruinis proxime apud pruinum octauo die poſtq; in ipſis nundinis creditum fuerit, hæc arrame apud pruinum, tempore nundinarum uolentes & paciſcentes non obſtare, nec præiudicium fieri creditoribus antedictis, uel eorum ſocijs, ut ſi ipſi aut aliquis eorum partem debiti in iudicio, uel extra exegerit uel receperit ab altero debitorum, non ideo minus poſſit ipſum eundem debitorem & etiam alium quem maluerit ad reſiduum ipſius debiti principaliter & inſolidum conuenire. Et promittentes non dicere uel opponere dictam quantitatem pecuniæ non eſſe ſolutam & numeratam, & in ipſorum utilitatem conuerſam. Et non exire diſtrictum Boñ. contra creditorum uoluntatem, quouſq; fuerit eis integre ſatiſfactum, & non allegare contra prædicta, uel aliquod prædictorum, ſiue inſtrumentorum, aliquod priuilegium, legem, conſtitutionem, uel decretalem, ſiue quid aliud. Et non recuſare aliquem iudicem, ſub quo citati eſſent & conuenti, & nullam contrariam exceptionem, deſenſionem ſeu negationem Iuris, uel facti ſpecialeſ uel generaleſ contra hunc contractum, in aliquo facere uel opponere. Sed omnia & ſingula in hoc contractu contenta firma & rata habere, tenere, obſeruare, adimplere & non contra facere uel uenire, aliqua ratione uel cauſa, de Iure uel de facto. Quòd ſi dictis loco & termino, non ſoluerint & omnia ſingula in hoc contractu, contenta non obſeruauerint, aut in aliquo conuenierint, promiſerunt ſe ut dictum eſt, principaliter & inſolidum obligantes eiſdem creditoribus ſtipulañ. ut dictum eſt, eiſdem perſoluere atq; dare nomine recompensationis damnoꝝ & intereſſe, quolibet menſe quo ultra dictum terminum ſolutionem dilatauerint, ſupra dictam, pro ſing. x. lib. prædictæ quantitatis, xx. ſol. Turonenſium ipſa recompensatione in ſortem dicti debiti nullatenus computanda. Inſuper nomine poenæ in ſingulis capitulis huius contractus ſtipulañ. inſolidum promiſſe duplum ipſius quantitatis, que etiam poena toriens committatur & exigi poſſit in ſing. ca. quotiens contra factum fuerit. Et poena ſoluta uel non, rata maneat omnia & ſingula ſupra ſcripta & inſra ſcripta. Et nihilominus ſortem & poenam ubicunq; locorum & fori, & in quibuscunq; nundinis creditores, aut alter eorum uel ſociorum petierint ab eis uel aliquo eorum, ſe integre ſoluturos, & in quibus locis, mercatis & foris, & quodlibet ipſorum uoluerint, & ſub quocunq; iudice & foro maluerint, poſſunt ex pacto ipſos debitores, & quemlibet eorum inſolidum ad ſolutionem faciendam, & ad omnia & ſingula in hoc contractu contenta efficaciter obſeruanda realiter conuenire. Inſuper reficere & reſtituere eis omnia & ſingula damna & expenſas ac intereſſe quod & quas fecerint, uel ſuſtinerint in iudicio ſiue



## Artis Notariatus

extra, uel alio quocumque non pro ipsa pecunia exigenda. Et de his credere suo simplici uerbo, sine sacramento uel alia probatione, aut alicuius cause recognitione. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis & adimplendis obligauerunt, dicti debitores, dictis creditoribus se ipsos personaliter, & omnia eorum bona tam ecclesiastica quam mundana, & omnes eorum redditus et proventus tam presentes quam futuros, que & quos precario iure se ipsorum nomine, & pro eis possidere constituerunt, usque ad integram solutionem dicti debiti, & satisfactionem omnium predictorum, & specialiter iure pignoris obligauerunt eis unum Codicem in Chartis hedinis scriptum, cum apparatu dicti Ac. & unum digestum in Chartis hedinis, cum apparatu tali. Item tales & tales libros, quos libros ipsi creditores dictis debitoribus, precario restituerunt, & ipsi ab eis ibidem precario receperunt. Promittentes unusquisque eorum se principaliter & insolidum, ut dictum est, obligando eisdem creditoribus stipulanti, ut dictum est, dictos libros ab omni obligatione de ipsis hactenus factam liberatos, & expeditos eisdem creditoribus restituere & consignare, quandoque tam ante terminum quam post, debito non soluto petierint ab eis, & dantes eisdem plenam & liberam potestatem & licentiam a termino ante, si tunc solutio facta non fuerit, possint eorum auctoritate, sine curie proclamatione, & aliqua pronuntiatione, & aliquo preiudicio dictorum bonorum, reddituum, & prouentuum, & quorum ex eis uoluerint, & specialiter ipsorum librorum ingredi, & ea accipere possessionem, & eam uendere, alienare, alij obligare, & apud se pro iusto precio retinere, & se indemnem conseruare, tam in poena damnis & expensis quam in sorte, sine omni occasione legum. Iuris & usus. Renunciauerunt autem debitores prefati in his omnibus & singulis suprascriptis, fori priuilegio, Nouarum constitutionum, & Epistole diuini Adriani beneficio, Exceptioni doli, conditioni sine causa in factum actioni noue ac ueteri constitutioni, de duabus dictis editis in concilio generali legi ob æs alienum, Co. de actionibus & obligationibus, & autentico omni beneficio in integrum restitutionis, canonice & ciuili consuetudini, Statuto, priuilegio, clericatus illius, etiam decretali de foro competenti c. si diligenti. Omnique decretorum suffragio, & omni constitutioni canonice, & omni iuri & legum auxilio eis quomodolibet competendi uel competituro, uel omnibus litteris super his uel aliquo eorum contra Creditores a sede apostolica impetrandis. Insuper dicti debitores iurauerunt corporaliter ad sancta dei Evangelia, ut dictum est, soluere, attendere, & adimplere, & non contrafacere uel uenire, nec aliquid obijcere uel attentare, de iure uel de facto, & in eorum euidentis omnium testimonium & noticiam clariorem, iidem debitores uoluerunt & mandauerunt, presens instrumentum suorum sigillorum appensione muniri.

### Obligatio fideiussoris ex praedicto instrumento aliquando substituti, et dati aliquando.

**C**um dictus Cast. Gerundiensis & dominus Reimundus Burdigalensis, Scholares obligati ad debitum & in debito c. lib. turo. do. Cora. & Ant. Ciuius & mercatoribus Bonon. promississent & iurauissent ipsis mercatoribus, non exire districtum ciuitatis Bonon. contra ipsorum uoluntatem, quousque fuerit eis integre satisfactum, ut hoc patet instrumento ipsius debiti scripto manuali no. Quoniam ipsi Creditores dicto domino Cor. Ca. roganti & instanti, quod districtum Bonon. egredi possent, et ad patriam suam ire licentiam concesserunt.



serunt. Idem d. Castellio dominum Guilielmum Eragonensem pro principali debitorem eisdem creditoribus consignauit. Quapropter dictus dominus G. precibus & mandatis dicti do. Castellionis lecto sibi & in eius presentia seriatim dicto instrumento, debiti se ad id debitum principale constituens, promisit principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligando dictis domino Cor. & Andre. stipulanti. & recipientibus in solidum pro se ipsis & talibus eorum socijs. Ita quod quilibet eorum in solidum possit hoc debitum petere, exigere, & recipere cum effectu, uni tamen eorum facta solutione ab alijs liberentur soluere & dare eis aut alteri eorum uel sociorum ipsorum siue certo nuncio eorum dictas C. lib. Turoñ. termino & loco, quibus ipsi domino Castellio & Raimundus dictis creditoribus in eodem instrumento tenentur, omni tamen ipsorum creditorum in omnibus & per omnia omni iure saluo & ipsidem de Castel. & Rai. additum debitum, & ad omnia & singula in ipso instrumento contenta integrè remanentibus obligatis. Quod si dictis loco & termino idem dominus Guilielmus non soluerit & non obseruauerit ut dictum est, promisit ipsidem creditoribus stipulanti. ut dictum est, persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine &c. (Et facies eum obligari quàm breuius poteris ad ea quæ tibi uidebuntur ex forma precedentis instrumenti. Et in fine renunciabit beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus, fori, priuilegio, exceptioni doli, conditioni sine causa in factu actioni nouæ ac ueteri, constitutioni de duabus dictis, & omni alij iuris auxilio.

### Instrumentum aliquid debiti super simili materia fideiussoris, addita cautione.

**A**ntoninus fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse ac sibi integrè datas, solutas & numeratas esse ad laborandum & ex causa laborandi & negociandi in arte et mercatione pannorum, de ultra montes mercandi solummodo in ciuitate Bononiæ & non alibi ad quartam partem lucri à Cora. quondam Titij centum lib. Boñ. exceptione sibi non datæ & non receptæ ex causa prædicta pecuniæ omnino renuncians. Et promittens solemniter sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligando do. Cor. pro se & suis hæredibus stipulando, fideliter negociari atq; mercari, cum ipsa dicta pecuniâ in mercatione prædicta hinc ad unum annum proximum. Quas quidem c. lib. Boñ. idem An. & ipsius precibus & mandatis Philip. se principalem constituens promiserunt solemniter unusquisq; eorum principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando do. Cor. pro se & suis hæredibus stipulanti. integrè solummodo in pecuniâ numerata cum quantitate parte lucri habitæ, uel eo minus quantum fuerit totum damnum ex operata mercatione cum ipsa pecuniâ subsecutum soluere & dare, ac restituere eidem, aut certo eius nuncio in fine dicti termini in ciuitate Boñ. Ita quod damnum totum si diuino iudicio uel casu forruito sine ipsius An. culpa uel dolo subsecutum ad ipsam pertinet at creditorem. Verumtamen diuinum Iudicium, casum uel damnum non aliter sibi computare creditor teneatur, nisi dictus An. per duos uel tres legales, & bonæ opinionis testes, qui non sint eius familiares uel consortes, probet illud. Quod si dictis loco, et termino non soluerint, ut dictum est, & omnia & singula superscripta & infrascripta non obseruauerint, aut in aliquo contra uenerint, promiserunt unusquisque eorum principaliter & in solidum se obligando eidem creditori stipulanti, ut dictum est, eidem persolue-

Rolandinus.

reat



## Artis Notariatus

se atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine stipulant. in singulis capitulis huius contractus in solidum promissæ &c. Iuxta formam aliorum contractuum debiti. In fine uero renunciabunt fori priuilegio notarum constitutionum, et Epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, conditioni sine causa in factum actioni, & omni alij iuris auxilio.

### Aliud Instrumentum Mutui.

**I**N nomine domini Amen &c. Constitutus uenerabilis dominus N. dicens: dum Bononiæ in studio fuisset, quod ibidem nomine & causa studij atq; alias in acquirendis beneficijs ecclesiasticis, & sic pro sua utilitate & necessitate certam summam pecuniarum hinc inde obligatus remansisset. Cum autem pater suus N. sibi in aliquo ad soluendū præfata sua debita subuenire nollit, & nihilo minus tempus & termini, in quibus creditoribus suis solutionem facere promississet, accederet. Ut igitur fidem suam seruare, aliq; damna præcauere posset oraret honestum & prouidū uirum N. præsentem amicum suum singularem sibi sic in maxima sua necessitate centum & uiginti florenos auri mutuo dare, quos ei fideliter restituere & soluere uellet, Quia propter dominus N. motus amicitia qua inuicem utebantur, precibus eius annuit, & sibi præfato domino N. centum & uiginti florenos in auro mutuo dedit, illosq; centum & uiginti florenos in bono et legali auro, ei quàm statim ad manus suas numerauit, quos itaque centum & uiginti florenos dictus dominus N. sic ex causa mutui sibi numeratos ad se recepit et habuit. Bona fide per solemnem interuenientem stipulationem promittens se dicto domino N. mutuanti huiusmodi centum et uiginti florenos auri seu alios similes reddere, restituere et realiter et cum effectu soluere uelle. In proximis nundinis Francofortiensibus autumnalibus uiginti quinque & deinde singulis eiusdem ciuitatis nundinis successiue sequentibus, etiam uiginti quinque, & ultimis solutionis nundinis reliquos triginta florenos auri. Obligando propterea, in pignorando & hypothecando pro huiusmodi credito, omniumq; & singulorum præmissorum obseruatione omnia & singula sua bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura, etiam sibi undecunq; delata. Ita quod si aliquem terminum solutionis & præmissa, seu aliquid præmissorum non seruaret, & eo modo solutionem non faceret, & uoluit tunc pro præfatis creditoris damnis, expensis & interesse occasionem illius creditis, factis, habitis & passis, supra quibus simpliciter uerbo sæpe dicti creditoris sine aliqua alia probatione seu iudicis taxatione stare uoluit, posse conueniri, cogi, compelli et personaliter detineri, ubiq; & coram quibuscunq; iudicibus, ac per quoscunq; iudices, Bonæq; sua omnia & singula siue ut præmittitur obligata impignorata seu hypothecata siue non, per præfatum dominum N. creditorem suum, seu mandatum ad hoc habentem, penes quoscunq; arrestari, detineri, capi, & absque aliqua denunciatione sibi debitori præfato facienda, sine aliquo strepitu iudiciali, alienari atq; uendi toties quoties opus, & donec debitum præfatum uana cum damnis & expensis integrè solutum, & de illis plenè satisfactum fuerit. Renuncians exceptioni non numerationis pecuniæ, Item & exceptioni senatusconsulti Macedoniani, Omnibusq; alijs & singulis exceptionibus & priuilegijs tam iuris canonici quàm ciuilibus, atq; alijs quibuscunq; iuris remedijs, acti onibus & defensionibus, tam iuris quàm facti, quibus contra præmissa seu aliquid eorum, dicere, facere, uenire, aut se tueri & defendere posset, quouis modo. Et specialiter Iuridicenti: renunciationem generalem non ualere, nisi præcesserit specialis. Super quibus omnibus & singulis præmissis supra dictus dominus N. creditor &c.



# COMMODATVM

## Instrumentum Commodati.

**A**ntoninus fuit confessus & contentus se ex causa commodati habuisse & receperisse à Cora. Vnum digestum uetus in chartis hedinis scriptum in *Relandinus* textu, de litera antiqua & glosatum de apparatu domini Accur, ad usum legendi. Promittens solemniter, sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipulañ. prædictum librum omni dolo & culpa remota sollicitè prudenter & fideliter custodire, & in ipso seruando & custodiendo sumam & exactissimam diligentiam adhibere, & eundem librum eiusdem bonitatis, ut nunc est, restituere & consignare sibi aut soluere & dare eidem nomine extimationis & pro extimatione eiusdem libri concorditer ab eis ibidem facta, quinquaginta lib. Bonoñ. hinc ad unum annum proximum. Et suscipiens in se, & super se omnem casum fortuitum & euentum, incendij, naufragij, ruinae, rapinae, furti, uolentis, & de superuenientis periculi, & quemcunq; alium tam ex diuino uel humano iudicio quàm ex quolibet genere culpæ uel aliàs prouenientem. Et promittens solemniter stipulatione eidem Cora. nullam contrariam exceptionem uel defensionem iuris uel facti specialem uel generalem occasionem uel pretextu prædictorum uel fortuitarum casuum & euentuum, aut quorumcunq; aliorum uel alia causa in aliquo facere uel opponere, quominus ad ipsius libri restitutionem, aut prædictæ extimationis solutionem ut dictum est faciendam efficaciter teneatur. Sed omnia & singula in hoc contractu contenta, firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere uel uenire aliqua ratione, uel causa, de iure, uel de facto. Quod si dicto termino prædictum librum non restituerit, aut dictam extimationem non soluerit, ut dictum est, & omnia & singula suprascripta & infra scripta non obseruauerit, aut in aliquo contrauerit, promisit eidem Cor. persoluere atq; dare duplum ipsius extimationis pecuniæ pœnæ nomine stipulañ. in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa qua soluta uel non, rata maneant omnia & singula suprascripta & infra scripta. Et nihilominus antedictum librum se redditurum siue extimationem prædictam soluturum ubicunq; locorum & fori commodator petierit ab eodem. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas &c. Ut in præcedentib. debitorum Instrumentis. In fine renunciabit fori priuilegio, exceptioni sibi non habiti & nõ recepti ex commodato, libri prædicti. Exceptioni doli, conditioni sine causa in factum actioni & omni alij iuris auxilio.

# DEPOSITVM

## Instrumentum Depositi.

**N**unc uideamus de Depositi formulis. Et notandum est quod aliquando fit instrumentum depositi & breuiter, nullam de restituendo ei promissione adiecta. Et hoc puto deberi fieri quando fit depositum, solummodo gratia deponentis. Aliquando uero fit cum solemniter promissione restituendi depositi, & hoc potest fieri quando fit depositum gratia deponentis, seu gratia depositarij. Sed magis equum est ut depositum pro utilitate, & gratia depositarij factum solemniter restitui promittatur, & recipiat expressim in se depositarius casus fortuitos, sicut supra in instrumento commodati licet de iure depositum pro utilitate



utilitate depositarij factum & amissum, restitui debeat, & non solum in hoc casu sed etiam in tribus alijs. si quando depositarius dolum commisit ut surriperetur depositum, uel quando in mora stetit reddere postquam repetitum fuit. Et quando expressim conuenit de deposito restituendo. Sagacitates uero inter deponentes & depositarium ne depositum alteri detur, nisi sicut ordinatur multumode fiunt aliquando per hideoceram, aliquando per chirographum & multis alijs modis. Est igitur utriusque forma Contractus hæc.

### Instrumentum Depositi, simplex sine promissione de restituendo.

Rolandinus.

**A**Ntonius ciuis & mercator Bonoñ. precibus & gratia Cora. recepit seruandi & custodiendi causa in depositum ab ipso Cor. ibidem & in presenti xxv. libras grossorum Venetorum, pro ut ipse An. confessus fuit, tantam esse quantitatem restituendam eidem Cor. uel eius hæredibus, siue ipsius certo nuncio sibi fidem inter eos ordinatam & depositam faciendi, & quodcumque ipse Cor. uel eius hæredes aut dictus certus eius nuncius petierit ab eodem,

### Instrumentum Depositi, pro utilitate et gratia Depositarij facti, cum promissione de reddendo.

Rolandinus.

**A**Ntonius fuit confessus & contentus se in depositum habuisse & recepisse à Cor. uiginti quinque libras grossorum Venetorum in usum & utilitatem suam de ipsius Co. licentia conuertendas. Recipiens etiam pecuniam prædictam ab ipso ibidem & in presenti quam confessus fuit tantam esse quantitatem. Et promittens solemniter, sine aliqua exceptione iuris, uel facti se obligando dicto Co. pro se & suis hæredibus stipulant. restituere & consignare eidem aut eius hæredibus, uel ipsius certo nuncio, sibi hoc instrumentum deferenti, uel signum uel fidem inter eos ordinatam & dispositam referendi, ipsam Venetorum grossorum quantitatem, quodcumque idem Cor. uel eius hæredes, aut eius dictus certus nuncius petierit ab eodem. Nec non suscipiens in se & super se omnem casum & euentum incendijs, naufragijs, ruine, rapine, furti, uolentie & quemcumque alio tam diuino & humano iudicio quam quolibet genere culpe sed alias prouenientem. Et promittens nullam contrariam exceptionem uel defensionem seu negationem prætextu prædictorum casuum & euentuum, aut alicuius eorum siue quorumcumque aliorum euentuum, aut alia quacumque causa in aliquo facere uel opponere, quominus ad ipsum depositum restituendum, ut dictum est, efficaciter teneatur. Sed omnia & singula superscripta & infra scripta, in hoc contractu contenta, firma & rata habere & tenere, & non contrafacere uel uenire, per se uel alium aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Quod si enim restituerit & consignauerit, ut dictum est, promisit eidem persolvere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ poenæ nomine, & ut in instrumentis debitorum, in fine renunciabit fori priuilegio. Exceptioni non habitæ, & non receptæ pecuniæ, & cum depositi quantitatis prædictæ. Exceptioni doli, conditioni siue causa depositi, in factum actioni & omni alij iuris auxilio.

Alia



## Alia Formula.

**N**obilis uir Lanfranchus de Phe. de Pisis ciuis & mercator Pifa. sponte et deliberate, non ui, dolo, uel metu, seu aliqua alia machinatione circūuentus, sed ex eius certa scientia & libera uolūtate et nō p̄ errorem aliquem iuris uel facti, & cū meliori uia iure & forma, quib. magis et melius potuit, fuit in ueritate confessus & cōtentus se habuisse & recepisse, & apud se habere, ac sibi solutū, depositū & numeratū fuisse in depositū, & nomine & causa depositi custodię guardię & accomandigię, & gratia & utilitate ipsius Lan. damno & periculo resicho & fortuna casu fortuito, & inuentū iudicij, ruine, incendij, naufragij, rapinę et cuiuslibet casus fortuiti ab A. dñi. Ioan. de Camisianis ciue & mercatore Flo. florenos mille auri largos, in auro recti ponderis & cōmuni flo. ad negociandū cū eius et amore ipsius depositarij conuertendū ad utilitatem et pro utilitate et gratia ipsius depositarij. De quib. flo. mille auri largi, non sub spe alicuius future numerationis & solutionis uocauit se bene pagatū, tacitū, & cōtentum, Suscipiens ex pacto apposito in presenti cōtractū & solemni stipula. uallato, omnem casum fortuitū & euentum quemcunq; tā diuino q̄ humano iudicio, ruine, rapinę, uolentię, incendij, naufragij, fori, interditi eius culpa uel nō, aut leui uel leuissima culpa, uel alio quomodolibet & qualitercunq; proueniente. Quod quidem depositū in summa pecunię uide licet in florenis mille auri largis in auro in dicta moneta, & bonitate dictę monetę, dictus Lan. se suosq; hęredes bona iura, nomina & actiones, presentia & futura in solidū & in totum obligando promisit, et solēni stipula. conuenit eidem An. ibidem presenti & pro se & suis hęredib. & successorib. & cui uel quibus iura sua cōcesserit, recipienti & stip. eidem A. & eius hęredib. & successorib. et cui uel quibus iura sua concesserit, aut eius & eorum certo nuncio uel mandatario reddere, soluere, & restituere, & cū effectū numerare & pagare, in ciuitate Flo. hinc ad sex menses proximē futuros, & dicto termino in añ alibi ubiq; locorū et fori ubicunq; inuenerit, et petere et exigere et cōuenire uoluerit. Et ex pacto apposito in presenti cōtractū & solemni stip. uallato promisit dictus Lanf. atq; constituit se dictū depositū soluturum. Et hęc omnia in presenti cōtractū contenta obseruaturū specialiter Flo. Senis, Boñ. &c. Et generaliter in quacunq; prouincia ciuitate, terra, castro, uilla, loco, & curia, & foro & sub quocunq; præsidente, iudice & officiali tam ecclesiastico quā seculari ubi inuentus & conuentus fuerit, & ab eo petitum, ac si locus ille ab initio cōtractus nominatus esset & ibidem celebratus præsens cōtractus, sine strepitu & figura iudicij, & sine litigio & sine aliqua alia questione sub refectione & restitutione damnorū, expensarum ac interesse litis & extra dicti An. De quibus quidem expensis, damnis & interesse per pactum credi & stare uoluit soli simplici uerbo declarationi & assertioni dicti An. etiam sine iuramento, uel iudicis taxatione, testium inductiōne, uel aliqua probatione. Quę omnia &c. (sequere ut supra in instrumentis recognitionū Debiti, Mutui, & Cambij Si uero depositum fuerit gratia deponentis non opponas illas clausulas, dampni periculi & casuum fortuitorum.)

## Aliud Instrumentum Depositi in publica forma.

**I**n nomine domini amen &c. Et publice recognouit penes se habere & recepisse in depositum, & ex causa ac nomine depositi ueri & legitimi a dño p̄ rāsente deponē. stipulā. & legitime acceptā. pro se suisq; hęredibus & successoribus uidelicet ducatos n. auri & in auro de camera. n. De quibus



## Artis Notariatus

quidem n. ducatis auri seu deposito prædicto præfatus n. debitor se habuit et tenuit probe bene contento & quitato. Renunciauitq; exceptioni dictorum ducatorum auri siue depositi pridem ex causa prædicta non habitorum, non receptorum et non numeratorum, speiq; futuræ numerationis et receptis, quos quidem n. ducatos auri siue depositi prædicti. præfatus n. debitor fidem n. creditori saluos & illesos, seu salutem & illesum facere & tenere omni suo periculo, uidelicet incendij, ruine, naufragij, exfortiamenti, latrocinij, & omni alio tam celesti q; terrestri periculo promisit & conuenit. Et quos quidem ducatos siue depositum prædictum dictus n. debitor eidem n. creditori præfati &c. reddere, restituere, tradere, expedire, & deliberare ad omnem ipsius simplicem requisitionem et petitionem ubiq; & quomodocumq; eidem dño n. creditori uel suis heredibus et successoribus prædictis placuerit &c. Renūcians n. idem debitor pro se suisq; heredibus prædictis in præmissis, omnibus & sing. exceptionibus doli mali, uis, metus, fraudis, in factum actioni, conditioni, indebiti, & sine causa ac ob iniuriam & turpem causam, nec non dictorum xxx. ducatorum siue depositi non habitorum, non receptorum, non numeratorum, ac spei futuræ numerationis, et receptionis, non sic celebrati contractus, Nec rei sic gestæ, aliterq; fuisse dictum, gestum, factum, stipulatum seu recitatum, & econuerso, nec non priuilegijs, ferijs, messium & uindemiarum, omni tempore feriato & non feriato, & quadrimestri, beneficio nouæ constit. epistolæ diuini Adriani, capitulo Odoardi de solutis prouocat. et appellationis remedio, copie præsentis instrumenti siue ipsius notæ per modum actorum, & recursui ad arbitrium boni uiri, & utriusq; iuris auxilijs, & quibuscunq; alijs constitutionibus & statutis papalibus, imperialibus, regijs, localibus, & temporalibus, à iure, uel ab homine editis uel edendis, in genere & specie concessis & concedendis &c. omnibusq; alijs et singulis exceptionibus.

# CONTRACTVVM

Qui ex consensu descendunt Formulæ.

## EMPTIO-VENDITIO

Venditionis Formula plenissima.

**I**N dei nomine Amen. Antonius, Bartholomei Cors. omni meliori modo, uia, iure & forma quibus magis & melius potuit, & eidem licuit, licet, per se & suos hæredes iure proprio & in perpetuum dedit, uendidit, tradidit & concessit Dominico Rogerij populi sancti Pancratij de Florentia præfati, & pro se et suis hæredib. & successoribus, et cui uel quibus iura sua concesserit ementi, et stipulanti, & pro illa uel illis persona uel personis quam seu quas dictus Dominicus duxerit nominandum in totum uel in partem, in emptricem uel emptrices infra scriptorum bonorum uel eorum partis integre infra scripta bona uidelicet. Vnam domum cum paleis, salis, cameris, curia, horto, puteo & tecto, & uolta sub terra, & alijs suis habituris, positam in ciuitate Flor. in populo S. Mariæ uouellæ de Florentia, & in uia quæ dicitur La uia dele amore, cui à primo dicta uia à secundo Petri de Hieronymis, à secundo bona hospitalis S. Mariæ nouæ, à tertio Ioannis olim Tadei de Fiaschis, à quarto ser. Petri ser. Barnabij del. ferra infra prædictos confines uel alios si qui foret plures aut ueriores, unâ cum omnibus & sing. quæ dicta bona uendita & quodlibet eorum habent supra se, infra seu intra se integrum & cum omnibus & sing. accessibus ingressibus & egressibus, usibus & seruitutibus suis, usque in uias publicas



licas, & cum omni iure & actione, usu seu requisitione, dominio, proprietate possessione, uel quasi eidem Antonio uenditori prædicto in dictis, de dictis aut pro dictis uel occasione dictorum bonorum, uel alicuius eorū quomodolibet competentibus & competituris ad habendum, tenendum & possidendū utendum & fruendum, & alienandum, & quicquid dicto Dominico emptori, uel eius heredibus & successoribus, seu nominandis per eum, deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quæ quidem bona, ut supra uendita dictus Antonius uenditor supra scriptus constituit se precario nomine dicti Do. emptoris prædicti & nominandorum ab eo tenere & possidere (uel dicas melius) Constituit se tenere & possidere pro dicto Dominico emptore & nominandis ab eo, & eius & eorum heredibus & successoribus, donec & quousque dictus Do. dictorum bonorum ut supra uenditorum possessionem & tenentiam acceperit corporalem, quam accipiendi & intrandi etiam sua propria auctoritate & sine licentia uel decreto alicuius iudicis uel curiæ, & deinceps retinendi eidem Dominico emptori prædicto & nominandis per eum, & infra scripto Procuratori & Procuratorio nomine dictis Dominici emptoris dictus, uenditor licentiam omnimodam dedit, atque contulit omnimodam potestatem, & ex nunc fecit, constituit, creauit, & solemniter ordinauit dictus uenditor, & seu substituit suum uerum & legitimum procuratorem quemcumque nominandum per dictum Dominicum emptorem prædictum, & nominatum Sebastianum filium dicti Dominici ad inducendū, ponendum & immittendum dictum Dominicum emptorem prædictum, tenentiam & corporalem possessionem dictorū bonorū, et cuiuscumque eorū, ipsamque tenentiam & corporalem possessionem eidem emptori dandū & tradendum, & omnia & sing. in prædictis faciendum cum pleno & plenissimo mandato & libera, & generali administratione, & insuper ex causa uenditionis prædictæ dictus A. uenditor, prædictus cessit & concessit, transulit & mandauit eidem Dominico emptori prædicto presenti, & ut supra præfertur recipienti & stipulanti omnia & singula iura, nomina & actiones reales & personales, utiles & directas, meras et mixtas, tacitas & expressas, ciuiles & prætorias, anormales & conuentionales, & quascumque alias eidem A. uenditori quomodolibet competentes & competituras, tam in dictis & pro dictis & occasione dictorum bonorum, & quas dictus uenditor habet, & habebat, uel habere poterat, aduersus & contra suos, & dictorum bonorum auctores, & defensores, tam principales quam fideiussores, & eorum heredibus & successoribus, & eorum bona occasione alienationis eidem uel eius auctoribus factæ de dictis bonis et promissionibus, de defensione dictorum bonorum supra uenditorum, & omnium & sing. promissionum, communicationum, & pactorū dicto uenditori uel eius auctoribus, uel alijs pro eo uel eius factorū, per quascumque personas & in quocumque instrumento uenditionis uel alijs pro dictis uel occasione dictorū bonorū uenditorū, & contra omnes & sing. alias personas que aliquam promissionem, renuntiationem consensum seu obligationem fecissent dicto uenditori, uel alicui persone pro ei recipiendi, uel eius auctoribus, uel alijs pro eis in quocumque instrumento uel occasione dictorū bonorū, ut supra, uenditorū. Ipsumque Dñicum emptorem prædictum presentem & ut supra, recipientem & stipulantem, fecit, constituit, seu substituit procuratorem in rem suā, posuitque ipsum in locum, et uersum ius suū in prædictis & quolibet prædictorū, ita quod amodo actionibus utilibus et directis & alijs quibuscumque dictus Dñicus emptor prædictus & eius heredes & successoribus et habentes uel habituri ius uel causā ab eo uel eis & nominandi per eum, possit & ualeat supra dicta bona empta & quodlibet eorū in iudicio et extrā, petere, defendere, consequi, prosequi, conuenire, & se dicta bona tueri (uel dicas) Ita quod modo suo nomine dictis actionibus, utilibus &



## Artis Notariatus

directis, et alijs quibuscumq; dictus Dñicus emptor, & seu nominandi per eum possint & ualeant cōtra ipsos auctores, promissores et quascumq; personas p̄fatas & eorū heredes et bona p̄dicta, et cuiuscumq; p̄dictorū agere, experiri, excipere, replicare, p̄sequi, cōsequi, et dicta bona tueri et sortem, p̄cōnā, damna expensas et interesse, et bona obligata petere, et omnia et sin. alia facere et exercere, quę facere et exercere poterat dictus uēditor ante p̄sentem uenditionem, iurū cessionem et contractū. Et promisit & solēni stipula. conuenit dictus A. uenditor supra scriptus dicto Dominico Emptori p̄dicto ut supra recipienti et stipulanti in dictis, de dictis et super dictis aut pro dictis bonis uel occasione dictorū bonorū uel alicuius ipsorū ullo unq; tēpore aliquā litē, causam, quæstionē, brigā, molestiam, cōtrouersiam, uel nouitatē in iudicio, uel extrā, de iure uel de facto, & quauis iuris forma uel causa, per se uel alium, directē uel indirectē, tacitē uel expresse, uel aliquo quęsito colore nō inferre, facere, uel mouere, nec inferētī, facienti uel mouenti modo aliquo cōsistere, sed dicta bona et quodlibet eorū in totū et in qualibet eorū in parte et in p̄prietate possess. usu, et usufructu, et fructibus semp et omni tempore in iudicio et extrā, et de iure et de facto eidem emptori et eius heredib. et successorib. & nominandis per eū, et habentib. uel habituris ius uel causā ab eo uel eis defendere, auctorizare et disbrigare, et modis omnib. expedire, ab omni persona, loco, cōmuni, collegio, societate et uniuersitate, ecclesiastica uel seculari, pub. uel priuata, et ab omnib. officijs et officialibus tam montis quā uenditionū cōmunis Flo. et bonorū et rebellū et cōfinatorū cōmunis p̄dicti q̄ a quibuscūq; sindicis quorūcūq; cessantiū et fugitiuorū, cū reb. et pecunijs alienis t̄a p̄sentibus q̄ futuris, et ab officio decē libertatis ciuitatis p̄dictę, et ab omni et quacūq; petitione magistratus, et in curia cuiuscumq; magistratus ciuitatis Flo. occasione uel p̄textu dictę uenditionis et dictorū bonorū, directē uel indirectē, porrigendę uel fiendę, cōtra dictū emptorem uel eius heredes et successores, ab officialib. pupillorū ciuitatis Flo. p̄sentib. et futuris, et ab omnibus et quibuscūq; p̄stantijs p̄stantionib. accatis, balzellis, displacētib. et grauedinib. et ab omnibus & quibuscūq; oneribus pub. uel priuatis, ordinarijs uel extrā ordinarijs, q̄ de iure uel de facto peterent, imponerentur, fierent uel exigerent, in dictis uel sup dictis, aut p̄ dictis bonis uenditis, uel eorū parte quacūq; ratione, iure, modo uel causa, et ab omnib. officijs et officialibus regulatorū, et quinq; cōseruatorib. comitatus Flo. et alijs quibuscūq; exactoribus p̄fatorū onerū, et ab omnib. et sing. officijs et officialibus, p̄sidibus et regiminib. tam ciuilib. q̄ forensib. & tam de ciuitate q̄ comitatu et districtu Flo. q̄ alterius cuiuscūq; loci quorūcūq; mūdi partiū tam ecclesiasticis q̄ secularib. et ab omni et quocūq; crimine, excessu uel delicto, et a quocūq; cōpmissio et cōpmissi petitione, et t̄a uolūtario q̄ coacto. Et si quo tēpore lis uel quęstio aut cōtrouersia aliqua uel causa, nouitas uel molestia, equa uel iniqua, ordinaria uel extra ordinaria, aut executiua, ciuilib. uel criminalis, aut mixta, tam p̄ citationē, p̄nunciationem, tenutę precepta de disgubrando libelli oblationem, compromissi petitionem, protestationem, inhibitionem, litis notificationem quā alio quocūq; modo in iudicio uel extrā, de iure uel de facto mota fuerit dicto Dominico emptori uel nominandis per eum, & eorū heredibus & successoribus uel habentibus uel habituris ius uel causam, ab eo uel inde uel sup dictis bonis uel aliqua eorum parte, uel eorum occasione p̄textum, uel eorū fructib. redditib. et p̄uētibus, omnē huiusmodi litem, causā, quęstionē, cōtrouersia, molestia uel nouitatē, motā uel mouendam, ut supra, in quibuscūq; causibus, modis uel formis supra scriptis quouis modo, iure uel causa sc̄m. l. et pluries, et quotiens eidem emptori uel nominandis per eū et eorū heredibus successoribus, uel habentibus uel habituris ius uel causam ab eo uel eis uisum fuerit expedi-



expedire, in se & super se animo nouandi iudicium recipere, suscipere et transferre infra quintam diem proximè futuram à die notificationis postquam dicto A. uenditori & eius hæredibus & successoribus denunciatum seu notificatum fuerit personaliter, uel ad domum eorum, uel alterius eorum habitatio nis aut solitè habitationis & seu per loca publica & consueta ciuitatis Florentiæ iuxta ordinem nunciatorum ciuitatis prædictæ, per quemcunq; nunciū publicum dicti comunis, aut per publicum Instrumentum, uel alium quemcunq; modum, etiam minus legitimam. Ita tamen quod denunciatio semel quocunq; modo & prædictis aut alio quouis modo etiam minus solemniter facta sufficiat, & ex pacto inter dictas partes solemniter stipulatione uallato ualeat, & teneat, & pro legitimè facta habeatur & sufficiat, proinde ac si solemniter & legitime facta foret, & à dicto emptore ut eius hæredibus & successoribus & nominandis per eum, & habentibus uel habituris ius uel causam ab eo uel eis in totum, & totaliter remouere & in se omnem huiusmodi litem, causam, quæ stionem, controuersiam, molestiam, & nouitatem animo & affectu nouandi suscipere omnibus ipsius uenditoris & eius hæredum & successorum sumptibus & expensis, cura & sollicitudine, & ipsum emptorem & nominandos per eum & eorum hæredes & successores & habentes uel habituros ius uel causam ab eo, & quemlibet eorū in solidum in dictis bonis et eorum dominio, iure proprietate & possessione, usu usufructu & fructibus omnibus alijs, & contra omnes alios semper in iudicio & extra, de iure & de facto manu tenere & defendere & conseruare priorem ualidiorem, & potio rem ac priores potiores, & ualidiores & eidem emptori & nominandis per eum & eorum hæredibus & successoribus & habentibus uel habituris ius uel causam ab eo uel eis, nihilominus reddere, reficere & restituere omnes & quascunq; expensas etiam quantumcunq; magnas & excessiuas quas dictus emptor & nominandi per eum & eorum hæredes & successores & habentes uel habituri ius uel causam ab eo uel eis, occasione prædictorū supportasset, fecisset uel sustinuisset, aut supportassent, fecissent uel sustinuisent, quoquo modo, etiam si ultra modū uel consuetudinem excederent, de quibus quidem expensis & earum quantitate, taxatione & declinatione, dictæ partes dictis modis & nominibus solemniter pepigerunt & ad inuicem conuenerunt standum esse & credi soli assertioni & declinationi dicti emptoris uel nominandi per eum uel eorum hæredum & successorum & habentium uel habiturorum ius uel causam ab eo uel eis, cum solo simplici iuramento ab eodem & seu iisdem, etiam spontè & sine aliqua solemnitate præstito, & inde & de prædictis omnibus & singulis supra scriptis dictum emptorem & nominandum per eum & eius & eorū hæredes, & successores, & alios ut supra conseruare indemnes, & penitus sine damno. Cum pacto etiam in prædictis omnibus & singulis appposito inter dictos contrahentes dictis modis & nominibus & solemniter stipulatione uallato quod facta denunciatione & notificatione, de quibus supra siue legitimè siue minus legitimè facta fuerit, quæ quocunq; facta fuerit, pro legitimè facta habeatur, præfatus emptor & nominandi ab eo & eius et eorum hæredes & successores & habentes uel habituri ius uel causam ab eo uel eis, non teneantur amplius ire ad iudicium uel in iudicio interesse uel adesse, uel alterius insistere uel defendere, uel aliquid aliud facere ultra uel præter eius uel eorum uoluntatē & plusquam de eius seu de eorum uel alterius eorum mera & libera processerit uoluntate, & in casu euictionis, ablationis uel abuocationis dictorum bonorum, uel alicuius partis eorum, & casu quo dicta bona uel aliquod eorum in totum uel in partem in proprietate uel in possessione, dominio, uel quasi usu, usufructu uel fructibus, modo aliquo euincerentur, auferentur, uel abuocarentur à dicto emptore & nominandis ab eo & eorū hæredibus & successoribus,



## Artis Notariatus

et cui uel quibus iura sua cōcesserit, et habentibus uel habituris ius uel causam ab eo uel eis, de iure uel de facto, in Iudicio uel extrā, æque uel iniquē, iustē uel iniustē, aut quouis modo, iure uel causa, promisit et solemnī stipulatione conuenit dictus A. uenditor dicto Dominico emptori prædicto præsentī, et ut supra recipienti et stipulanti infra octo dies proximē futuros à die sententię latorę super euictione, huiusmodi uel à die alterius cuiuscunq; actus fiendi in et super euictione, ablatione uel abuocatione proximē futuris, et postq̄ semel tantū denunciari fuerit, uel alius actus euictionis uel abuocationis secutus fuerit, et postq̄ semel tantū denunciari et notificatum fuerit dicto uenditori et eius heredibus et successoribus personaliter uel ad domū, Ita qd̄ ex pacto ut supra denunciatio semel facta ad domū, & etiam minus legitimē, sufficiat et ualeat ac si personaliter & solemniter et legitimē facta foret, eidē emptori uel eius heredibus et successoribus uel alijs, ut supra reddere et restituere in frascriptum precium cū pœna dupli, & omnia damna, expensas & interesse lites & extra Florentiæ, Senis, Pisis, Lucę, Bononię, Romę, Venetijs & generaliter in quacunq; ciuitate, terra, uilla, castro uel loco, cuiuscunq; mundi partis in quo, quauel quibus dictus A. uel eius hæredes & successores & quilibet eorū personaliter uel in bonis inuenti uel conuenti forent, fori priuilegio non obstante, & quolibet dictorum locorū in solidū unica solutione sufficiente. Cōstituens ex nunc et prorogans dictus uenditor expressē iurisdictionem omnium & singulorum locorū et curiarū quarumcunq; tam secularium quā ecclesiasticarum, quarumcunq; mundi partium in omnibus & per omnia & quo ad omnia. Remittens ex pacto ut supra ex nūc omnem appellandi uel psequendi necessitatem, & omnem recurrendi siue recursum faciendi necessitatem, ubi ab actibus abuocationis uel euictionis requirerentur recursus et omnem necessitatem accusandi uel querēdi, si de facto aut uel abuocata uel ablata forent dicta bona uel aliqua ipsorū pars in proprietate, possessione, usu, usufructu uel fructibus, ut supra, etiam non obstante eo quod supra dicitur de notificatione fienda, ubi etiam facta non forent in causis extra ordinarijs, uel de facto pro ut est in uenditionibus fiendis auctoritate cōmunis Florentię, uel alijs similibus actibus & uel ablata uel abuocata extra Iudicialiter & etiam de facto, qua sic per pactū inter ipsos contrahentes dictis modis & nominibus stipulati uallati & acti extitit, & conuentum. Cum pacto et solemnī stipulatione uallato ut supra, quod eidem emptori & nominandis ab eo, & eius & eorū heredibus & successoribus uel habitibus uel habituris ius uel causam ab eo uel eis non possit dici, obijci uel opponi de aliqua ipsius Domini emptoris uel nominandis, ab eo & eius, & eorum heredu & successorum culpa uel negligentia, aut notificatione non facta, aut tardē uel minus legitimē facta, uel de potentia aduersarij aut Iudicis imperitia uel nequitia, aut quod eidem Emptori & nominandis ab eo et suis heredibus et successoribus fuerit facta iniuria, uel iniustitia, aut quod sententia uel quouis actus abuocationis uel euictionis fuerit, & sit nullus, aut qd̄ bona nō fuerint defensa, aut quod potuerit aliter defendi uel resisti, aut aliquid aliud propter quod posset impediri uel retardari restitutio dicti et infrascripti precij damnorū & expensarum ac interesse lites & Extra. Et prædictam uenditionem & Iurium cessionem & omnia & sing. supra scripta fecit dictus An. uenditor prædictus pro precio & nomine ueri & iusti precij florenorum quadringentorū & septuaginta quinque auri largorū, quod quidem precium et quantitatem dictus Dominicus emptor prædictus dedit, soluit, tradidit & numerauit dicto Antonio uenditori prædicto, præsentī & ad se trahenti in pecunia numerata, in presentia mei L. Notarij infrascripti & testiu supra scriptorum, & de qua quidem quantitate dictus An. uenditor uocauit se benè pagatum, tantum & contentum. ( Si uero non interueniet precium, dicas ) quod precium dictus



dictus uenditor fuit confessus & contentus habuisse & recepisse à dicto emp-  
tore, & de eo uocauit se bene pagatum, tacitum et contentum, exceptioni non  
numeratę pecunię omnino renunciāns. Quę omnia & singula suprascripta  
dictus An. uenditor ut supra, promisit, et solemnī stipulatione cōuenit dicto  
D. emptori prædicto præsentī, & ut supra recipienti & stipulanti se perpetua  
firma & rata & grata habere, tenere, attēdere, facere, obseruare, & adimplere  
& contrā nō facere, dicere uel uentre, neq; fecisse, dixisse uel uenisse, per se uel  
aliū, seu alios in iudicio, uel extrā, de iure uel de facto, aliqua ratione, causa uel  
ingenio, sub pœna dupli quantitate & precij suprascripti, solēni stipulatione  
præmissa, in singulis et pro singulis capitulis pactis, membris siue articulis præ  
sentis contractus & instrumenti & sub refectione damnorū & expensarū ac  
interesselitis & extrā. Quę pœna totiens cōmittatur & peti et exigi possit et  
ualeat, cum effectu quotiens in aliquo prædictorum cōtractum fuerit, siue  
uentum, uel ut dictum est, cum effectu non fuerit obseruatum, qua pœna com  
missa uel non soluta, uel non seu etiam gratis remissa, prædicta omnia & sin  
gula suprascripta nihilominus perpetuo firma & rata maneant, & perdurēt,  
pro quibus omnibus & singulis & quolibet eorum obseruandis & firmis &  
ratis habendis & tenendis, & pro dicta pœna soluenda, si & quotiens com  
missa fuerit, dictus A. uenditor prædictus obligauit & hypothecauit dicto  
D. emptori ut supra recipienti & stipulanti se ipsum & eius hæredes, et bona  
et omnia et singula præsentia et futura, renunciāns in prædictis omnibus et  
singulis dictus uenditor exceptioni non sic facti et celebrati contractus, uen  
ditionis et iurium cessionis, rei non sic gestę, doli mali, uis, metus, fraudis, et  
infactum actioni, conditioni indebiti, sine causa, et ex iniusta causa, exceptio  
ni non numeratę pecunię, fori priuilegio, et fauori tam ciuili quā criminali,  
edito uel edendo, à lege uel ab homine eidem uenditori quomodolibet com  
petenti et competituro, et iuri et legi dicenti: generalem renunciationem non  
uolare nisi præcesserit specialis. Cui quidem Antonio præsentī audienti, et  
intelligenti, et prædicta omnia et singula sic uolenti et confitenti, ego L. iu  
dex et Ordinarius et Notarius publicus infra scriptus præcipi per garantigiam,  
uice et nomine iuramenti pro ut mihi licuit et licet ex forma statuto  
rum et ordinamentorum communis Florentię de garantigia loquentis  
um, quatenus prædicta omnia et singula ut supra per eum promissa et ges  
ta attendat, faciat et obseruet iuxta præsentis publici instrumenti uim, for  
mam, tenorem, seriem et effectum, in omnibus et per omnia. Rogans etc.

Si interueniat mulier, & illius quoque consensus  
requiratur, hæc subiunges.

Item postea ibidem incontinenti dictis Anno, Indictione, et die et coram  
dictis suprascriptis testibus, ad hæc etiam uocatis habitis et rogatis, præfata  
domina Lisa uxor dicti An. uenditoris præsentis dictę uenditioni et omnibus  
et singulis infra scriptis, et eidem dnę Lisę lecto et uulgari sermone exposito  
dicto instrumento ad ipsius plenam et claram intelligentiam, Certificata pri  
mo et ante omnia per me L. notarium infra scriptum de iuribus suis et de im  
portantia præsentis contractus, et quid agebat, et quid contrahebat, et de bene  
ficijs sibi cōpetentibus quantū fuit expediens, et de iure requiritur et dicta bo  
na ut supra uendita, forē eidem dominę Lisę pro suis dotibus obligata et  
hypotheca, de quibus omnibus dixit se benē claram et certā et certioratā et  
informatā esse. (Nonnulli etiam apponunt hæc uerba) Et quod eidem D. uendi  
tori ultra bona ut supra per eū uendita adhuc supersunt tot bona que sunt suffi  
cientia ad restitutionem dotis dictę dnę Lisę, in quibus et super quibus potest



## Artis Notariatus

repetere dotes suas, et sibi de dotibus suis satisfieri cū consensu, uerbo, licentiā auctoritate dicti M. eius legitimi munduali, eidem ut supra paret per me dati, ibidem presentis & eidem consentientis & cōsensum, parabolam, licentiā & auctoritatē dantis & prestantis, & omni meliori modo, uia, iure uel forma quibus magis & melius potuit, non uī, dolo, uel metu, nec aliqua machinatione circumuenta, sed spontē & deliberatē, ex certa scientia, & non per errorem aliquem, iuris uel facti dictæ uenditioni, & omnibus & singulis suprascriptis & in ea contentis consensit et parabolam & consensum expressē dedit & prestavit, & renunciauit omni iuri hypothecarum quod dicta dñā habuit, uel haberet, seu habere posset, seu eidem competit, uel quomodolibet competere posset in de uel supra dictis bonis ut supra uenditis uel aliqua eorum parte uel fructibus, occasione dotium suarū, uel alia quacuncq; de causa etiam quomodolibet dicenda, uel excogitanda, & insuper ad omnem abundantem cautelam idem ius, seu eadem iura dicto emptori ut supra recipienti & stipulanti ex pacto remisit, quem cōsensum & renunciationem & omnia et singula suprascripta dicta domina cum dicto consensu promisit & solemnī stipulatione conuenit dicto A. ut supra recipienti & stipulanti perpetuo firma & rata & grata habere tenere & obseruare, & contrā nō dicere, facere uel uenire per se uel alium aliqua ratione, iure, modo uel causa, de iure uel de facto, sub pœna dupli dicti suprascripti precij: Quæ pœna &c. qua pœna &c. pro quibus &c. obligauit &c. renunciauit &c. C Extendas ut precedens usq; ad finē. Sed addas inter renunciationis Beneficia Velleiani senatusconsulti, cui per guarantigas &c. Rogans.

### Instrumentum uenditionis, actus et itineris.

**A**Ntonius de uendidititer & actum in perpetuum, & etiā uiam in campo & per campum suum situm in curia sancti Roma. cuius post talis &c. s. à latere dicti campi per uiam latitudinis septem pedum tenus fossato campi prædicti quantum protenditur ipse campus ad uineam, uel ad fundum ipsius Cor. situm iuxta prædictum campum, ita quod ipse & eius hæredes & quisque alter eius nomine deinceps in perpetuum per campum prædictum possit libere per dictam uiam quodocuncq; et quotienscuncq; ad uineam prædictam ire, transire & redire, cum personis, plaustris, equis et hastis. Dans, cedens et concedens eidem plenum ius dicti itineris, atq; uia, & huic conditioni & seruituti perpetuo subiiciens rem eandem. Pro præcio x. lib. Boñ. quod præciū dictus uenditor confessus et contentus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepisse. Exceptioni sibi non dati & non soluti præcij omnino renuncians. Et dans eidem licentiā et liberam potestatem ipsius itineris, actus et uia, et iurisdictionis & seruitutis quasi possessionem ex nunc sua auctoritate intrandi, et de cætero retinendi, et constituens se interim quasi suo nomine possidere. Nec non promittens dicto emptori pro se et suis hæredibus stipulantibus litē uel controuersiam, uel eius hæredibus de prædictis uel prædictorum occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire. Sed ipsum iter, actum et uiam, ius, conditionē, et seruitutem perpetuo ab omni homine et uniuersitate legitimē defendere auc. et desbrigare, et prædictam uenditionem et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere, non contrā facere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Sub pœna xxv. lib. Boñ. &c.



## Instrumentum Venditionis et concessio- nis Juris lignorum immittendorum, in pariete vel muro vicini.

**A**ntonius de &c. uendit cessit & concessit Cor. Ius trabum & quo-  
rumcunque lignorum immittendorum in pariete siue muro, domus  
ipsius Anton. contigua domui ipsius Cora. quodcumque & quoci-  
enscunque opus fuerit, habuerit et uoluerit possit sua auctoritate immittere seu  
impingere trabes & quaecunque ligna usque ad medium, seu usque ad interiorem  
tunicam dicti muri, dummodo murus ipse ruinae uel precipitij, siue grauis  
deteriorationis periculum non incurrat, ipsum murum huic perpetuae subij-  
ciens seruituti. Pro precio x. lib. Bonon. quod precium dictus uenditor con-  
fessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepisse. Exceptioni  
sibi non dati & uon numerati precij, omnino renunciens. Et dans ei licenti-  
am & plenam potestatem ipsius iuris & seruitutis, quasi possessionem ex  
nunc sua auctoritate intrandi, & de caetero retinendi. Constituens se inter-  
im quasi possidere suo nomine. Nec non promittens dicto emptori pro se et  
suis haeredibus stipulañ. litem uel controuersiam ei uel eius haeredibus de  
praedictis uel praedictorum occasione ullo tempore non inferre nec inferenti  
consentire. Sed dictum Ius & seruitutem perpetuo ab omni homine &c.  
ut supra in precedenti Contractu.

### Venditio simplex.

**A**ntonius dedit, uendit & tradidit Iure proprio in perpetuum Cor. pro  
se & suis haeredibus recipienti & ementi petiam unam terrae aratoriae  
positam in pertinentijs sancti Roma. Philip. in loco qui dicitur riuus, quam  
esse duxit & conuenit x. torn. & eiusdem tales. Ad habendum tenendum  
& possidendum, & quicquid ei & suis haeredibus deinceps placuerit perpe-  
tuo faciendum cum omnibus & singulis que infra praedictos continentur con-  
sines, uel alios si qui forent accessus & egressus usque in uiam pub. & cum om-  
nibus & singulis quae habet super se uel infra se, seu intra se in integrum. Om-  
niq; Iure & actione, usu, seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re, aut ipsi rei  
modo aliquo pertinente. Pro precio x. lib. Bon. quod precium dictus  
uenditor confessus & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepisse  
ac sibi integre datum, solutum & numeratum esse. Exceptioni sibi non da-  
ti, non soluti, & non numerati precij, & omni alijs Iuris auxilio omnino re-  
nunciens. Quam rem idem uenditor se dicti emptoris nomine constituit  
possidere donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipien-  
di sua auctoritate & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Pro-  
mittens per se & suos haeredes dicto emptori pro se & suis haeredibus stipu-  
lañ. litem uel controuersiam ei uel suis haeredibus de dicta re seu parte ipsius  
aliquo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsam rem uenditam  
tam in proprietate quam in poss. ei & suis haeredibus, ab omni homine, &  
uniuersitate legitime defendere, auctorizare et desbrigare, et praedictam uen-  
ditionem & omnia & singula supra scripta perpetuo firma & rata habere &  
tenere, et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel cau-  
sa, de iure uel de facto. Sub poena dupli extimationis dictae rei habita ratio-  
ne meliorationis quae pro tempore fuerit stipulañ. promissa, qua soluta uel  
non



non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere & restituere sibi omnia et singula damna & expensas ac interesse litis extrâ, pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit omnia sua bona, tam habita quàm habenda.

## Venditio plurium venditorum emptorumque, ac rerum diuerso iure traditarum.

**A**Ntonius & Boëtius fratres & filij q. Boetij dederunt, uendiderunt, & tradiderunt Cor. & Federico fratribus & filijs q. Titij pro se & eorum hæredibus recipientibus & eumentibus domum unam positam in uia uario iure proprio in perpetuum, cuius domus tales esse dixerunt confines &c. Item petiam unam terræ buschiuæ, positam in pertinentijs misani in loco qui dicitur uallis, Si proprium in perpetuum, Si conductitium, unde pertinuerit saluo iure dñi in pensione & renouatione, quam petiam esse dixerunt & conuenerunt xx. torn. et eiusdem tales esse confi. &c. Item dederunt & uendiderunt prædictis emptoribus recipientibus, ut dictum est, unam petiam terræ uineatæ, positam in pertinentijs Barbiani, in loco qui dicitur podius, iure emphitheoticæ conditionis pensionis & renouationis debendæ suis temporibus ecclesiæ sancti Stephani, quàm petiam terræ esse duxerunt & conuenerunt iij. Torn. et eiusdem tales esse confin. &c. ad habendum et possidendum et quicquid eis et eorum hæredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis quæ infra prædictos et cuiuslibet prædictarum rerum uenditarum confines continentur, uel alios si qui forent, cum access. et egress. suis et cuiuslibet earum usq; in uias pub. et cum omnibus et singulis quæ quilibet ipsarum rerum habent supra se uel infra se, seu intra se, in integrum et cum omni iure et actione, usu seu requisitione eis nomine dictarum rerum aut dictis rebus modo aliquo pertinente. Pro precio c. lib. Boñ. ipsam domum. Et pro precio x. lib. Boñ. pro qualibet torn. dictæ petiæ terræ buschiuæ, Et pro precio xx. lib. Boñ. pro qualibet torn. dictæ petiæ terræ uineatæ, quæ precia sint in summa cc lxxx. lib. Boñ. pecuniæ summam dicti uenditoris confessi et contenti fuerunt se ab ipsis emptoribus habuisse et recepisse, ac sibi integrè datam & solutam & numeratam esse, exceptioni sibi non datæ, non solutæ ac sibi integrè non numeratæ pecuniæ, siue precij in summa omnino renunciantes. Quas prædictas res uenditas dicti uenditores se ipsorum emptorum nomine possidere constituerunt usq; quo ipsi emptores dictarum rerum possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licentiam omnimodam contulerunt. Promittens per stipulationem unusquisq; eorum principaliter & in solidum sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligando dictis emptoribus pro re et eorum hæredibus de dictis rebus, aut aliqua earum uel parte ipsarum, ullo tempore non inferre nec inferenti cōsentire, sed ipsas res et quamlibet earum tam in proprietate quàm in possessione eis et eorum hæredibus ab omni homine et uniuersitate legitimè defendere, auctorizare, et desbrigare, et prædictam uenditionem et omnia et singula superscripta perpetuò firma, rata, renere, habere, et non contrafacere uel uenire per se uel alios aliqua causa, uel in genio, de iure uel de facto. Sub pœna dupli extimationis dictarum rerum. quòd pro tēpore plus ualuerit stipulatio promissa, quæ soluta, uel nō rata maneant omnia et singula superscripta. Item reficere et restituere omnia et singula damna et expensas ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis



gulis firmiter obseruandis obligauerunt eis omnia eorum bona. Renuncian-  
tes nouarum constitutionum, & Epistolæ diui Adriani beneficio, exceptio-  
ni doli, conditioni sine causa in factum, actione & omni alij auxilio. (Et non  
quod in tertia re uendita iure emphitheoticæ conditionis, omittitur illud  
uerbum Trado, quia cum tradere sit proprietatem rei in alterum transferre,  
huiusmodi rei proprietates in alium transferri non potest, nisi à uero domino.

## Venditio partis pro in diuiso rei alicuius.

**A**ntoninus de. uendidit & tradidit iure proprio, in perpetuum Cor.  
pro se & suis hæredibus recipientibus & ementibus Medietatem pro  
in diuiso unius petiæ terræ, pratiuæ, positæ in tali uilla, uel in tali loco, cuius  
talis petiæ terræ tales sunt confines &c. quam petiam terræ possidebat pro in  
diuiso cum Ia. ad habendum, possidendum, & quicquid sibi & suis hæredi-  
bus placuerit, deinceps perpetuo faciendum, cum omnibus & singulis qui in  
tra prædictos continentur confines, uel alios si qui forent cum accessibus &  
egressibus suis usque in uiam publicam, quantum ad id ipsam medietatem pro  
in diuiso spectat, & cum omnibus & singulis, qui pro ipsa medietate in diuisa  
habet supra se, uel infra se, seu intra se, in integrum, omnique iure, actione, usu  
seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re, parte uendita, modo aliquo pertinen-  
te. Pro precio lib. Bon. quod premium idem uenditor contentus & confes-  
sus fuit se ab ipso emptore habuisse & recepisse. Exceptioni non dati, & non  
soluti precij omnino renunciatis. Quam rem pro prædicta parte uendita idem  
uenditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsi rei pro ea-  
dem parte uendita possessionem acceperit Con. qui accipiendi sua auctori-  
tate & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per  
se & suos hæredes dicto emptori pro se & suis hæredibus stipulan. litem uel  
controuersiam ei uel hæredibus de dicta re uendita ullo tempore non infer-  
re, nec inferenti consentire, sed ipsam rem uenditam ei & suis hæredibus ab  
omni homine & uniuersitate legitime defendere, ( ut supra, in primo instru-  
mento uenditionis. )

## Venditio partis pro diuiso.

**A**ntoninus de. uendidit, tradidit iure proprio in perpetuum Cor. pro se &  
suis hæredibus, recipienti & ementi, Tertiam partem cuiusdam domus  
positæ in uiuario, cuius totales domus tales dicuntur esse confines: à mane  
possidet Ia. à meridie P. à sero Phil. à septentrione est uia publica: dictam ter-  
tiam partem ipsius domus à latere mane iuxta prædictum Ia. pro ut termini  
anteriori & posteriori muro positi definiunt & designant quæ pars tertia est  
in anteriori facie latitudinis v. pedum, & in posteriori totidem siue trium pe-  
dum & totidem unciarum, ad habendum, tenendum, & quicquid sibi & suis  
hæredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, & cum omnibus & singu-  
lis quæ infra prædictos confines & terminos prædictæ partis uenditæ conti-  
nentur, uel alios si qui forent cum accessibus & egressibus usque in uiam pub-  
licam, & cum omnibus & singulis quæ ipsa pars uendita habet supra se, uel  
infra se, seu intra se, in integrum, omnique iure & actione, usu seu requisitione,  
sibi pro ipsa re, aut ipsi rei uenditæ modo aliquo pertinente pro precio &c.  
ut supra in instrumento uenditionis.

Venditio



**Venditio Aedificij uel domus, facta ab aliquo pro se ac nomine alterius absentis, alicui procuratorio nomine emente.**

**A**ntonius pro se & uice & nomine Philii. & Michaelis eius fratrum, dedit, uendidit & tradidit Cor. procuratori Titij ad hanc emptionem precij solutionem & omnia & singula infra scripta faciendae & recipiendae specialiter constituto, ut patet in instrumento scripto manu talis Not. procuratorio nomine pro ipso recipienti, Aedificium unius domus situm supra terminum ecclesiae sancti Ioannis in monte in parochia sanctae Luciae, in contrata quae dicitur campus, cuius aedificij & soli supra quod situm est idem aedificium tales dixit esse confines. Ab uno latere possidet talis, ab alio talis, a tertio & a quarto talis. Ad habendum & tenendum poss. & quicquid dicto Titio & suis haeredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus & singulis ad ipsum aedificium spectantibus, & cum omni iure & actione sibi pro ipso aedificio aut ipsi aedificio pertinente. Saluo tamen iure dictae ecclesiae sancti Ioannis in dicto aedificio, & terreno, pro pensione ex ipso terreno debenda, quae & esse debet singulis Annis x. sol. Bonoñ. Pro precio x. lib. Bonoñ. quod precium dictus uenditor confessus & contentus fuit se ab ipso Cor. procuratorio nomine dicti Titij soluente, habuisse, & recepisse, exceptioni sibi non dati & non soluti precij, omnino renunciens. Quod aedificium idem uenditor se nomine ipsius Cor. procuratoris dicti Titij constituit possidere, donec ipsius rei idem Cor. pro dicto Titio, aut idem Titius poss. acceperit Cor. quam accipiendi & retinendi sua auctoritate deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se, & suos haeredes dicto Corado procuratorio nomine dicti Titij stipulañ. litem uel controuersiam dicto Titio, aut eius haeredibus de dicta re ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem uenditam dicto Titio, & eius haeredibus ab omni homine & uniuersitate legitime defendere, auctorizare, & desbrigare, et praedictam uenditionem & omnia & singula supra scripta &c. ut supra, in primo instrumento uenditionis.

**Fideiussio in continenti in uenditione.**

Pro quo quidem Antonio uenditore supra scripto, & eius precibus & mandatis in omnibus & singulis supra scriptis & in omnem eorum casum, causam & euentum non ui, dolo uel metu, seu aliqua alia machinatione circumuenti, sed ex certa scientia, & non per errorem fideiusserunt & fideiussores extiterunt Lucas & Mathaeus fratres & filij fruosini pacis populi sanctae Mariae supra arnum de Florentia, & quilibet eorum insolidum se ipsos & quemlibet eorum in solidum obligando penes dictum D. emptorem praedictum praesentem & pro se & nominandis per eum & eorum haeredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit recipientem & stipulantem, & promiserunt & solemnibus stipulationibus conuenerunt dicto D. ut supra recipienti & stipulanti, se ipsos Lucam & Mathaeum fideiussores praedictos & quemlibet eorum insolidum facturos & curaturos & facere, & curare: ita & taliter cum effectu omni iuris & facti exceptione remota. (Nonnulli dicunt ita) quod faciendo possibilis non excusentur, & quod dictus An. uenditor supra scriptus omnia & singula supra scripta, ut supra per eum promissa facta & gesta attendet, faciet, & obseruabit, de eorum proprio & cuiuslibet eorum insolidum attendere



attendere, facere et obseruare promiserunt sub dicta poena dupli dicti precij in dicta uenditione contenti solemniter stipul. premissa, in sing. & pro singulis capitulis pactis membris siue articulis presentis contractus, & instrumenti, & sub refectione damnorum & expensarum ac interesse litis & extra, que poena totiens committatur & peti & exigi possit et ualeat cum effectu quotiens contra factum fuerit, siue uentum, qua poena commissa uel non soluta uel non seu etiam gratiose remissa, predicta & infrascripta omnia et singula nihilominus perpetuo firma perdurent pro, quibus omnibus et singulis obseruandis & firmis & ratis habendis, & pro dicta pecunia soluenda si & quotiens commissa fuerit cum effectu obligauerunt dicti Lucas & Matheus fideiussores predicti, & quilibet eorum in solidum obligauit dicto D. emptori, ut supra recipienti & stipul. se ipsos eorum & cuiuslibet eorum in solidum heredes & bona omnia & sing. presentia & futura, Quae bona obligata constituerunt dicti fideiussores & quilibet eorum pro obseruatione omnium predictorum precario nomine se pro dicto D. emptore tenere & possidere. Renunciantes dicti fideiussores in predictis omnibus & sing. exceptionibus non sic facti & celebrati contractus, rei non sic gestae, doli mali, uis, metus, fraudis, conditioni indebiti sine causa & ex iniusta causa in factum actioni, beneficio nouae & nouarum constitutionum de fideiussoribus & de pluribus rebus debendis, Epistolae diui Adriani, legis rubricae nigri, fori priuilegio, omnique alio iuris legum & statutorum beneficio auxilio et fauori & iuri, & legi dicenti, generalem renunciationem non ualere uel non sufficere, nisi precesserit specialis. Quibus per garantigiam &c. Rogans &c.

### Fideiussio uenditionis ex interuallo post uenditionem.

**I**N dei nomine Amen &c. Certum & uerum esse dicitur quod de anno domini Indictione vi. et die quinta mensis Februarii dicti anni seu alio ueriori tempore in Instrumento contento, An. &c. per se & suos heredes iure proprio & in perpetuum dedit, uendidit, tradidit & concessit Dñico presenti & per se et nominandis ab eo & eorum heredibus, et cui uel quibus iura sua concesserit recipienti et stipul. et eamenti unam domum &c. (ponas confines) pro precio flo. sexcentorum auri latorum, et promisit dictus A. uenditor dicto Dñico emptori defensionem generalem dictorum bonorum, et in casu euictionis restitutionem suprascripti precij cum poena dupli & pactis modis conditionibus, promissionibus, renunciationibus, et precepto garantigie et alijs clausulis, capitulis in instrumento dictae emptionis & uenditionis contentis, pro ut constat publicum Instrumentum manu mei L. Notarii infrascripti, ad quod relatio habeatur. Vnde hodie hac presenti suprascripta die Nicolaus filius olim Gucci Thomasi Linaiuolus audita et intellecta dicta uenditione & omnibus & sing. in ea contentis, et eidem Nicolao per me L. Notarium infrascriptum lecta & uulgariter sermone exposita ad ipsius Nicolai plenam et claram intelligentiam dicta emptione et uenditione, & eius publico instrumento, & de quibus omnibus & sin. dixit et asseruit se bene certum & informatum fore & esse, sciens se ad suprascripta et infrascripta non teneri nec obligatum esse, sed uolens teneri et efficaciter obligari, non uis, dolo uel metu, seu aliqua machinatione circumuentus, sed sponte & deliberate, ex certa scientia et non per errorem aliquem iuris uel facti, et omni meliori modo, uia, iure & forma, quibus magis & melius potuit et potest pro dicto An. uenditore & eius precibus et mandatis in omnibus & sing. suprascriptis & in dicto instrumento uenditionis contentis et comprehensis, et in omnem eorum casum, causam & euentum fideiussit et fideiussor extitit penes dictum Dñicum emptorem predictum presentem, et pro se et nominandis ab eo et eorum



## Artis Notariatus

rum hæredibus, et cui uel quibus iura sua concesserit recipientem et stipulantem, se ipsum Nicolai fideiussorem principaliter et in solidum obligando promissit et solemniter stipulatione conuenit dicto Dño emptori, ut supra recipienti et stipulanti se facturum & curaturum ita et taliter. Omni & qualibet iuris et facti exceptione remota ( Nonnulli dicunt etiam ) Ita quod non excusetur faciendo posse suum, quod dictus A. uenditor prædictus prædicta omnia & singula in dicto instrumento uenditionis cõtenta et per eum ut supra promissa, facta & gesta attendet, & obseruabit, alias de suo proprio obseruare promissit dictus Nicolaus fideiussor prædictus sub dicta pœna dupli &c. ( Extendas ut præcedens.

### Pactum consuetum apponi in Venditione.

**A**ntonius Petri Iacobi de Flo. per se & suos hæredes iure proprio et in perpetuum, Sed primo & ante omnia obligando & hypothecando infra scripta bona infra contenta & confinita dñæ Sandrae filiae olim Petri Almani, et uxori infra scripti Alfonsi emptoris, licet absentis et mihi L. Notario infra scripto ut publicæ personæ recipienti & stipul. pro dicta dñæ Sandrae & eius hæredibus ad restitutionem & pro restitutione dotis ipsius domine Sandrae, ita quod pro restitutione & satisfactione dotium prædictarum in dictis & infra scriptis bonis uendendis & infra contentis & confinitis prædicta domina S. et eius hæredes & successores sit prior, potior, melior & potior omnibus alijs creditoribus dicti & infra scripti emptoris, & cum dicta hypotheca et obligatione dedit & uendit dicto Alfonso Iacobi de Florentia &c.

### Aliud pactum ut supra.

**S**ed Matheus olim Ioannis de Felgano ciuis & Notarius Florentinus per se et suos hæredes iure proprio & in perpetuum. Cum pacto inter dictum Ser. Matheum et infra scriptum emptorem solemniter stipulatione uallato, quod infra scripta bona infra uendita per prius sint obligata Ser. Hiero. olim Ser. Ioannis de Colle ciuis et Notario Flo. & alia personæ pro defensione et euictione unius domus positæ in populo S. Petri maioris de Flo. &c. emptæ per dictum Ser. Hieronymum ab infra scripto emptore pro precio florenorum ducentorum auri de Sigillo pro ut de dicta emptione constat publicum instrumentum manu Ser. Symonis gratini Iacobi de Stagia Notarij et ciuis Flo. sub die tertia præsentis mensis Septembris. Et quæ quidem bona infra uendenda dictus Ser. Matheus obligauit & hypothecauit dicto Hiero. licet absentis, mihi et L. Notario infra scripto ut publicæ personæ recipienti et stipulanti pro dicto Ser. Hierony. & cum dicta hypotheca et obligatione dedit et uendit etc. Barth. olim Nicolai Laurentij ciuis et Lauaiuolo Florentino ibidem præsentis etc.

### Aliud pactum ut supra.

**P**ro precio florenorum mille etc. Quod precium uoluerunt dicti contractantes per pactum inter eos solemniter stipulatione uallatum, quod deponatur et deponi debeat penes hospitalarium sanctæ Mariæ nouæ de Florentia et hospitale, donec et quousque de eo emanatur, et emi debeant bona immobilia uel credita montis cõmunis Florentiæ quæ bona siue credita stent et stare debeant pro securitate et congressu dictorum bonorum supra uenditorum si quo modo abuocarentur, auferrentur uel inquietarentur dicto emptori, dummodo dictæ tali emptioni fiendæ interueniat et interuenire sit necesse præsentia et consensus dicti emptoris uel suorum hæredum, et alio modo non ualeat, nec teneat talis emptio,

Aliud



## Aliud pactum vt supra.

**Q**uam uenditionem & omnia & singula supra scripta fecit dictus uenditor pro precio & nomine ueri & iusti precij florenorum mille de sigillo nitidorum ad omnem expensam dicti emptoris. Cuius quidem precij dictorū floren. mille dictus uenditor in presentia mei Notarij infrascripti & testium supra scriptorum, realiter & actualiter dedit, soluit & numerauit dicto uenditori presentī, & ad se trahenti florenos quingentos, de quibus florenis quingentis uocauit se bene pagatum, tacitū & contentum. Residuū autē usq; in florenos mille uidelicet florenos quingētos promisit & solemnī stipulatione conuenit dictus emptor dicto uenditori presentī, & pro se et suis hæredib. recipienti & stipulanti dare, soluere & pagare hinc ad quatuor menses proxime futuros. Et qui uenditor interim reseruabit sibi dominium dictorum bonorum ut supra uenditorum pro dictis florenis quingentis, donec & quousq; eidem integrè soluatur satisfiat de residuo dicti precij uidelicet flo. quingētis.

## Aliud pactum vt supra.

**Q**uod precium dictus uenditor fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse à dicto emptore, & pro ea à Ioanne de Ori cellarijs & socijs campforibus de Flo. dantibus & soluentibus pro dicto emptore, & de pecunia dicti emptoris, & de quibus uocauit se bene pagatum, tacitum & contentum. Exceptioni non numeratę pecunię omnino renunciāns. Cum pacto apposito et solēni stipula. uallato in presentī cōtractu dictus emptor morabitur ad ipsam corporalē possessionē dictę domus capessandā & ingrediendā dictus uēditor sit obligatus soluere pro pensione & habitatione dictę domus ut supra uendite, ratam temporis contingētis ad rationem floren. xx. de sigillo p quolibet aņo soluendo de sex mensib. in sex menses, dūmodo non possit expelli dictus uenditor de dictis bonis, nisi facta eidem notificatione & protestatione p dictū emptorē per duos menses aņ talem ingressus uolūtate, ne dictus uēditor sit illico domo destitutus, et sibi cōmode de habitatione p uideri possit.

## Aliud pactum vt supra.

**Q**uod precium uoluerunt dicti contrahentes per pactū, solemnī stipul. uallatum, q; deponatur & deponi debeat super banchum Tanay de Nerlis & sociorum campforum de Florentia, sub nomine dicti uenditoris, periculo tamen ipsius emptoris, donec & quousq; impendantur & ut uulgo dicitur sirin uestino, in bonis immobilibus uel creditis montis cōmunis Flo. quę bona & credita non possint aliquo modo alienari sine licentia dicti A. emptoris supra scripti. Sed stent et stare debeant pro securitate & regressu dictorum bonorum supra uenditorum, si quo modo euincerentur, uel abuocarentur, et seu inquietarentur. (Deinde sequaris instrumentū primę uenditionis pro ut iacet.

## Uenditio cum pacto de reuendendo.

**S**i fuerit uenditio cum pacto de reuendendo infrā certum tempus, posset dici aņ capitulum pœnæ. Et prædictam uenditionem & omnia & sin. supra scripta fecit dictus uenditor cum pacto apposito in presentī cōtractu, & solemnī stipula. uallato inter dictos contrahentes, q; dictus emptor & eius hæredes quancūq; hinc ad decem aņos proxime futuros, ad omnem requisitionem dicti uenditoris, seu eius hæredum teneatur, & debeat & obligatus sit reuēdere dicta bona dicto uenditori & eius hæredibus pro eodem supra scrip



to precio & eidem uenditori cartam uenditionis retrò facere, & in prædictis dictus emptor et eius heredes & successores et cui uel quib. iura sua cõcesserit, teneat se obligare solũ & dumtaxat, p suo dato & facto opa & obligatione cõtractu uel quasi, delicto uel quasi, & nõ alieno, nec alio modo, & ex nunc dictus emptor pmisit et solẽni stipula. conuenit dicto uenditori presenti, & p se & suis heredibus recipienti & stipul. q si dictus uenditor infra dictũ tempus eidem restituit dictũ suprascriptũ precium, ipse A. emptor eidem uenditori restituet dicta suprascripta bona, eaq; uendet & cartam uẽditionis & traditionis eidem faciet. Et in ipsorũ bonorum tenutam & corporalem possessionem, eũdem restituet, & ponet cũ hoc, q si dictus R. uenditor dicto A. emptori dictũ precium nõ restituerit infra dictum terminũ, ex tunc dictus A. emptor ad dicta bona reuẽdenda dicto R. uenditori nullatenus teneat, sed dicta præsens uenditio ut supra dicto A. facta, firma & incommutabilis maneat & perduret, pacto prædicto aliquo modo non obstante, & ex nunc elapso dicto termino sit nullum, & nullius ualoris, efficacitẽ uel effectus, & ipse A. sit totaliter a prædictis liberatus & absolutus. Quam uenditionem,

## LOCATIO ET CONDUCTIO.

### Instru. Locationis domus ad pensionem.

**A**Ntonius concessit & locauit Cor. ad pensionem domũ unam positam in tali cõtrata, cuius tales hi dicuntur cõfines &c. Hinc ad v. añ. proximos. Et promittens solemniter sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligando dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipulanti prædictã locationem firmam & ratam habere & tenere, & nõ contrafacere uel uenire, sed prædictam locationem, seu rem locatã ipsi Cor. & suis heredib. hinc ad dictũ terminũ legitimẽ defendere, auctorizare & desbrigare. Et ex ipsa uel eius occasione aliqua non facere dationem, donationem, obligationem uel cõtractũ, cuius prætextu presenti locationi uel ipsi cõductori aliquod præiudicium uel damnũ contingere possit, uel quo minus ipse cõductor dictam domũ haberet hinc ad dictum terminum, per se uel aliũ quem uoluerit uti ualeat & tenere. Quapropter dictus Cor. promisit solemnĩ stipul. ipsi A. soluere & dare eidem nomine pensionis eiusdem domus quolibet año xx. lib. Boñ. dimidiã in præsentis añi, et reliquã uero dimidiã in tali termino. Quẽ omnia & sin. suprascripta pmiserunt uicissim s. unus alteri ad inuicem, solemnib. stipu. hinc inde interuenientibus firma et rata habere, tenere et non cõtrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto. Sub pœua l. lib. Boñ. stipu. ad inuicem inter ipsos promissa que soluta uel non, rata maneant omnia et sing. suprascripta. Item reficere & restituere unus alteri ad inuicem omnia & sing. damna litis & extrã, expensas ac interesse quod uel quos unus occasione alterius, siue culpa contra prædictã uenientis, fecerit uel sustinuerit, iudicio siue extrã. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit una pars alteri ad inuicem omnia bona sua.

### Instrumentum Locationis terræ ad superficiem.

**A**Ntonius concessit & locauit ad pensionẽ Cor. pro se & suis heredib. stipul. & recipienti quoddam Casamentũ positum in parrochia s. Lucie quod



quod & esse dixit, & conuenit decem elufos, & eiusdem tales esse confines &c. hinc ad xxv. annos proximos ad domum & superficiem ædificandã & construendam super casamento prædicto. Promittens solemnî stipula. d. Cor. ipsum casamentum ei & suis hæredibus hinc ad dictum terminum ab omni homine et uniuersitate legitimè defendere, auctorizare & desbrigare. Et ex ipso uel eius occasione aliquando facere, dationem, obligationem uel contractũ, cuius prætextu præsentî locationi uel ipsi conductori uel eius hæredibus aliquod præiudicium fiat, uel quo minus ipse conductor dictum casamentum hinc ad dictum terminum pro se, uel alium quem uoluerit, uti ualeat, & tenere occasione prædicta. Quapropter d. Cor. promisit d. An. pro se & suis hæredibus recipienti domum seu superficiem ædificare in eodem casamento & soluere, & dare eidem pensionis nomine casamenti prædicti quolibet an. xx. solî. Boñ. in festo Natiuitatis domini. Hoc inter eos expressim acto, quòd si locator dictum terminum & conductor superficiem suam aliquando infra dictum tempus uendere uoluerit, teneatur unusquisque eorum, rem suam uendere uolens, alteri denunciare, & eidem uolenti emere pro decem solidis minus quàm alteri personæ uendere atq; dare. Quòd si is cui denunciatum fuerit infra octo dies post ipsam denunciationem ad emptionem recipiendam, & precium soluendum se non obtulerit, ex tunc liceat uendere uolenti & cuiuscunq; uoluerit dare conductione hac ulla tenus non obstante, dum modo nullus fiat contractus, cuius prætextu dicta locatio hinc ad dictum terminum infringatur. Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt uicissim s. unus alteri ad inuicem solemnibus &c. ut in proximo dicto instrumento locationis domus uel ad pensionem.

### Instrumentum concessionis ad affictum.

**A**ntonius dedit, concessit ad affictum Cor. pro se & suis hæredibus recipienti ad utendum & fruendum pro certo, affictu & reddito, Petiam unam terræ uineatæ positam in curia sancti Georgij, cuius tales dicuntur cõfines &c. Hinc ad quinque annos proximos, promittens solemnî stipula. ipsi Cora. prædictam concessionem firmam & ratam habere & tenere, & non contrafacere uel uenire, sed ipsam rem ei hinc ad dictum terminum ab omni homine, & uniuersitate legitimè defendere, auctorizare & desbrigare, & nullam dationem, obligationem uel contractũ in ea re uel eius occasione facere, cuius prætextu dicta concessio infringatur, & quo minus ipse Cora. dicta re uti & frui ualeat, hinc ad terminum supra dictum. Et hoc ideo quia e conuerso dictus Cor. promisit & conuenit ipsi An. pro se & suis hæredibus stipula. dictam uineam bene colere & conuersare, & ipsam & lura sua manu tenere, & ea uti et frui fideliter, arbitrio boni uiri & nomine affictus et redditus, quolibet Anno dare & deferre sibi Boñ. domi suæ omnibus suis expensis decem corbes uini puri, eius uidelicet quod ex dicta uinea percipietur, uel æque boni in tali termino. In fine uero termini uineam ipsam, æque culturam & laboratam in eodem statu, ut nunc est sibi dimittere & consignare. Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt uicissim scilicet unus alteri ad inuicem &c. per omnia ut supra habes in primo instrumento huius capituli de Locatione domus ad pensionem. Et nota quòd si molendinum aut terra detur ad affictum, similem formam seruabis, ponendo tamen pacta & cõventiones quæ agentur inter partes, & utendo uerbis congruentibus negotio.



**Locatio ad affictum.**

**N**icolaus olim bona cursij de Bardis ciuis Florentinus & de populo sancti Pauli de Florentia per se & suos hæredes & omni meliori modo uia iure & forma quibus magis & melius potuit, locauit ad affictum Laurentio alias nentio, olim Francisci nutrini laboratorum popululi sancti columbani, pleba. natus septimi comitatus Florentiæ, præsentis & pro se & suis hæredibus recipienti & conducenti unum podere &c. Si esset domus uel prædium urbanum, Dicas, locauit ad pensionem pro tempore & termino quinque annorum proximè futurorum incipiendorum in Kalendis Octobris proximè futuris, & ut sequitur finiendorum pro affictu & mercede dictorum bonorum, & dictæ locationis florenorum uiginti quinque auri de Segillo. Promittens & solemnè stipulatione conueniens dictus Nicolaus locator prædictus dicto Laurentio conductori prædicto, ut supra recipienti, conducenti, & stipulanti, præsentem locationem, & omnia in ea contenta firma & rata habere, tenere, et obseruare, & in nullo contrafacere uel uenire, per se, uel alium seu alios, dictaq; bona non uendere, nec alienare, nec ex eis aliquem contractum facere præiudiciale, uel in præiudicium præsentis locationis seu dicti conductoris, uel eius hæredum, uel quo minus dictus Laurentius conductor uel eius hæredes possint & ualeant libere uti frui bonis prædictis, durante tempore locationis prædictæ, quinimo bona prædicta durante tempore dictæ locationis, dicto conductori, & eius hæredibus legitimè defendere, auctorizare & desbrigare, & modis omnibus expedire, & in principio temporis dictæ locationis uacuum, liberam & expeditam possessionem dictorum bonorum dictis locatoribus tradere. Quam intrandi & stipulanti in fra scripta bona tanquam bona & de bonis dicti Petri debitoris prædicti uidelicet unum podere &c. (ponas confines) &c. quod quidem podere & bona dictus Petrus constituit tenere &c. supra in uenditione, sed inseras hoc pactum promissionem defensionis. Cum pacto apposito & solemnè stipulatione uallato inter dictas partes in præsentis contractu & instrumento, quod si ullo unquam tempore contigerit in futurum dicta bona, ut supra eidem Iacobo in solutum & pagamentum data & adiudicata, uel aliquod eorum, uel aliqua eorum partem tolli, euinci uel aduocari dicto Iacobo & eius hæredibus et successoribus liceat et licitum sit eidem Iacobo redire ad dicta sua iura dicti crediti, & ea petere, consequi & exigere à dicto Petro, & eius hæredibus, ac si præsens datio & adiudicatio in solutum facta non esset, & in omni casu euictionis prædicti saluum & integrum & illesum remaneat ius suum prædictis florenis trecentis dicto Iacobo creditori, & eius hæredibus & successoribus.

**PERMVTATIO**

**A**merigus olim Ioannis Augustini mercarius & de populo sancti Romuli de Florentia, per se & suos hæredes, iure proprio, & in perpetuum & omni meliori modo, uia, iure & forma, quibus magis & melius potuit & potest, & eidem licuit & licet. Cum conditionibus tamen pactis & reservationibus infra scriptis in principio, medio & fine præsentis contractus et instrumenti inter dictum Amerigum et Conradum solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, firmatis et appositis, et semper repetitis in qualibet parte præsentis contractus et instrumenti, quod infra scripta bona ut infra permutata semper intelligantur esse, et sint subiecta et subiaceant sibi ad inuicem et uicissim et econuerso restitutioni et recuperationi in casu euictionis uel abuocationis infra scriptorum bonorum, ita quod pars permutans in casu



casu euictionis uel abouocationis ab eo facta de rebus & bonis sibi, aut in eis permutatis, uel alicuius eorum partis habeat regressum, & obligationem et hypothecam ad bona, in bonis et de rebus ad se permutata et permutatis ante omnes creditores illius in quem talia bona permutasset, etiam quantumcumque anteriores, dedit, tradidit, et permutauit. Conrado olim Aloysij Francisci aromatario ibidem presenti et stipulanti unam domum &c. redditus et proventus, et alia quecumque occasione dicti usufructus ex dictis bonis rebus et iuribus supra donatis dicto Fabritio prouenientia & prouentura, et per ipsum Fabritium toto tempore uite sue percipienda dictus fabritius sua propria auctoritate exigere, recipere, percipere, distrahere, alienare, et in suum usum et utilitatem conuertere de ipsiusque in omnibus et per omnia facere et disponere etiam per modum ultimae uoluntatis liberè secundum uelle suum, et pro ut et sicut sibi uidebitur et placebit. Et dicta reseruatione et conditione solidis et firmis stantibus idem fabritius ex causa et titulo donationis inter uiuos praedictae, et cessit, transtulit et mandauit dicto Benedicto licet absentis, et mihi L. notario antedicto et infra scripto, ut supra, recipienti et stipulanti omnia et singula iura et actiones reales et personales, utiles et directas, ciuiles et praetorias, meras et mixtas, tacitas et expressas, anormalas et conuentionales, et quascunque alias eidem fabritio donatori competentes et competituras, quomodoquecunque et quacunque ratione, iure, modo uel causa in et super dictis bonis, rebus et iuribus supra donatis, et contra quascunque personas, et quecumque bona obligatas et obligata tam principaliter quam accessorie. Constituens dictus Fabritius donator dictum Benedictum procuratorem ut in rem suam, posuitque ipsum in locum et uniuersum ius suum, ita quod a modo dictis actionibus et iuribus, ut supra, cessis, dictus Benedictus donatorius, et eius haeredes et successores uti possint et ualeant, et in praedictis et pro praedictis petere, exigere, recipere, contrahere, prosequi, consequi, agere et exoriri, et se dicta bona tueri, et omnia et singula alia facere, que et pro ut potuisset dictus Fabritius donator ante praesentem donationem et iurium cessionem. Quae bona ut supra donata dictus Fabritius constituit ex nunc se precario nomine tenere et possidere pro dicto Benedicto & eius haeredibus & successoribus, donec dictorum honorum ut supra donatorum & cuiuslibet eorum tenentiam & corporalem acceperint possessionem, quam intrandi, accipiendi et deinceps retinendi etiam sua propria auctoritate & sine licentia uel decreto alicuius iudicis uel curie, salua et firma nihilominus stante & remanente dicta conditione et reseruatione usufructus eidem Benedicto donatorio praedicto & eius haeredibus & successoribus licentiam oranimodam contulit, atque dedit liberam potestatem. (Ponas promissionem, defensionis generalis bonorum donatorum & restitutionis extimationis & ualoris rei, unde orietur quaestio si de uoluntate donatoris fuerit, ut in uenditione superius.) Quam donationem & omnia & singula suprascripta dictus Fa. promisit & solemni stipulatione conuenit dicto Benedicto licet absentis & mihi L. Notario antedicto & infra scripto ut publicae personae pro dicto Bene. & eius haeredibus & successoribus perpetuo firma & rata habere, tenere, attendere & obseruare, & contra non dare facere uel uenire per se uel alium seu alios, directe uel indirecte, tacite uel expresse, aliqua ratione, iure, modo, causa uel ingenio, seu alio quouis quaesito colore, in iudicio uel extra, de iure uel de facto. Et dictam donationem inter uiuos aliqua causa ingratitude uel alio quocunque modo per se nec per alium seu alios quoquo modo non reuocare, annullare, infringere uel irritare, nec etiam reuocari, annullari, infringi uel irritari petere, seu facere sub poena & ad poenam ualoris & extimationis dictorum bonorum, ut supra donatorum solemni stipulatione promissa, in singulis & pro singulis ca-



## Artis Notariatus

pitulis pactis membris siue articulis præsentis contractus & instrumenti & sub refectione damnorum & expensarum ac interesse litis & extra. (Non ponas pœnam nisi de consensu donatoris) Quæ pœna rotiens committatur & peti & exigi possit & ualeat, cum effectu quoties contrafactum fuerit siue uentum. Quæ pœna commissâ, uel non soluta, uel non seu etiam gratis remissa, prædicta & infra scripta, omnia & singula nihilominus perpetua firma perdurent, pro quibus omnibus & singulis obseruandis & firmis & ratis habendis, & adimplendis & pro dicta pœna soluenda, si & quotiens commissâ fuerit cum effectu, dictus F. obligauit se ipsum, eiusq; hæredes, & bona omnia & singula præsentia & futura. Renunciâs in prædictis omnibus & singulis exceptioni non sic facti & celebrati contractus, rei non sic gestæ, aliter fuisse scriptum quàm dictum, uel recitatum, uel econtrâ, doli mali, uis, metus fraudis, conditioni indebiti, sine causa & ex iniusta causa, in factum actioni, omnique alij iuris legum, canonum & statutorum priuilegio, beneficio & fauori ædito uel edendo, à lege uel ab homine eidem contrâ prædicta, uel aliud quod prædictorum quomodolibet competenti, & non competituro, & iuri et legi dicenti: generalem renunciâtionem non ualere et nõ sufficere, nisi præcesserit specialis. Cui quidem F. præsentem audienti et intelligenti præcepi ego L. iudex ordinarius notariusq; publicus infra scriptus per garantigiam etc. Rogans etc.

### Instrumentum Permutationis et pro parte uenditionis.

**A**ntonius olim Petri Francisci etc. per se et suos hæredes iure proprio et in perpetuum et omni meliori modo uia iure et forma, quibus magis et melius potuit et potest, et eidem licuit et licet, dedit, tradidit et permutauit pro parte uendidit et concessit Laurentio olim Mathæi Petri lanaiuolo ibidem præsentem, et pro se et suis hæredibus et successoribus recipienti et permutanti, ementi et stipulanti unam domum etc. (Ponas confines) una cum omnibus et singulis quæ dicta domus et bona habent, supra, infra seu intra se in integrum, et cū accessibus ingressibus et egressibus, adiacentijs, cohærentijs, pertinentijs et seruitutibus suis usq; in uias publicas. Et cum omni iure et actione usu seu requisitione dicto Antonio, ex dictis bonis quomodolibet competenti et competituro. Ad habendum, tenendum, et possidendum, locandum, uendendum et alienandum, et quicquid dicto Laurentio et eius hæredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum. Et hoc specialiter et nominatim pro uno podere cum domo, pro dño et pro laboratore, et pro terris laboratis etc. (Ponas confines) Et pro florenis sexaginta quinque de Sigillo nomine additionis seu melioramenti, et seu reguagli dictæ supra scriptæ domus, quos florenos sexaginta quinque dictus Antonius fuit confessus et contentus habuisse et recepisse à dicto Laurentio dante et soluente, nomine additionis et melioramenti dictæ supra scriptæ domus. Et de quibus dictus Antonio uocauit se bene pagatum, tacitum et contentum, exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renunciâs. Quod supra scriptum podere dictus Lauren. per se et suos hæredes iure proprio et in perpetuum, et omni meliori modo quo potuit, et eidem licuit et licet, eodem modo in cambium et permutationem dedit, tradidit et concessit, et permutauit eidem Antonio ibidem præsentem et pro se et suis hæredibus et successoribus recipienti et permutanti, et pro parte ementi, una cū omnibus et singulis q; dicta bona etc. ut supra in instrumento permutationis et subsequenter primæ uenditionis, mutatis mutandis.

Reipro



## Rei propriae cum conductione permutatio. Forma.

**A**. dedit, tradidit & permutauit iure proprio in perpetuum pro se suisq; hæredibus B. recipienti talem domum in tali loco sitam, cuius confines tales sunt &c. ad habendum, tenendum &c. ut inf. de donatõe inter uirũ et uxorem. §. nunc de dote, in forma, dedit, usq; modo iunge, & hoc nominatim pro tali petia terræ, quam dictus B. dedit & permutauit ipsi A. in cambium ad habendũ, tenendũ &c. ut sup. usq; modo aliquo pertinente, iunge, qui prædicti A. & B. uidelicet quilibet eorum uicissim alterius nomine rem à se datam & permutatam constituit possidere usquequo unusquisq; eorum rei sibi datæ et permutatæ possessionem acceperit corporalem, quam siquidem accipiendi sua propria auctoritate sibi dedit licentiam, & deinceps retinendi, permittentes unus alteri adinuicem solemnibus stipulationibus hincinde interuenientibus, litem uel controuersiam, de re à se permutata, alterius uel eius hæredibus nullo tempore inferre, nec inferenti consentire, sed unusquisq; rem à se permutatam, alterius & eius hæredibus adinuicem ab omni homine ac uniuersitate legitimè defendere, auctorizare, & expedire, & prædictam permutatorem & donationem, ac omnia & singula suprascripta firma, grata, & rata habere & tenere, nec contrafacere uel uenire per se, uel per alium aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, sub pœna c. lib. ut in prædictis forma. ff. de rerum permutatio. lib. i. & ij.

## Emphiteoticae rei permutationis Forma.

**V**enerabilis pater talis abbas talis ordinis & talis diocesis sollicitè considerans permutationem infra scriptã suo monasterio multipliciter fructuosam, idcirco petita & habita licentiã à ueuerabili patre tali episcopo, ut patet per talem literam uel instrumentum, nec non etiam accedente cõsensu & uoluntate sui conuentus ipsius monasterij, fratribus s. tali & tali pro ut moris est propter hoc in capitulo congregatis pro se ipso et usq; successoribus uice & nomine ipsius monasterij præsentibus fratribus supradictis permutauit, donauit tali ciui pro se suisq; hæredibus recipienti, dando & concedendo eidem in Emphiteosim, usq; in suam tertiam personam domum talem in tali loco sitã, infra tales confines, ad habendum, tenendum & possidendum, & quicquid sibi suisq; hæredibus, saluo iure dñij, saluisque conditionibus, deinceps placuit erit faciendum cum omnibus & singulis &c. ut supra in prima forma, usque ibi. tales confines, iunge, quam dictus ciuis permutauit isti domino abbati, et usque successoribus uice & nomine dicti monasterij recipienti eodem modo in concambium dando & concedendo eidem in Emphiteosim usq; in tertiam personam ad habendum, tenendum &c. ut supra usq; modo aliquo pertinente, iunge, qui dictus abbas nomine monasterij, & dictus ciuis, scilicet unusquisq; eorum uicissim alterius nomine &c. ut supra in prima forma, usq; obseruandum, hoc saluo quod ubi dicitur, date, permutate, concessit, post iunge, idem abbas eidem ciui omnia præfati monasterij bona, & dictus ciuis ipsi abbati omnia bona sua, præfatas autem concessiones, permutationes, & omnia & singula suprascripta fecit unaquæq; partiũ prædictarum super his conditionibus & pactis expressim actis et initis inter ipsas, uidelicet quod ab unaquæq; parte nomine pensionibus rei sibi permutatæ, à quocunq; alio ad quem res ipsa peruenit usq; ad tertiam personam unus denarius gros. singulis annis in festo



festo tali alteri persoluatur, postquam autem res ipsa ad quartam personam peruenit, fiet de ea noua concessio Emphiteotica, hoc ordine obseruato, cū decem deñ. ipsiq; renouationi fecerit, tunc ipsis persoluend. Cæterum uoluerunt & mandauerunt ex hoc concontractu eiusdem tenoris duos confici instrumenta, unum s. pro una quaq; partium prædictarum.

## CAMBIVM.

**A**Ndreas & Benedictus fratres et filij olim Hieronymi de Palartionibus, ciues & mercatores Florentini de societate quæ cantat in & sub nomine Thomasi de Spinellis & sociorum de Roma, eorum nominibus proprijs, & pro & uice & nomine omnium & singulorum suorum sociorum in dicta societate, pro quibus & quolibet eorum de rato & rati habitatione promiserunt per omnes & singulas rati habitationis clausulas opportunas & se facturos, curaturos ita & taliter cum effectu omni iuris et facti exceptione remota, q; dicti eorum socij attendent, facient, soluent & obseruabunt cum effectu omnia & singula infra scripta, & contra non facient, uel uenient, per se, uel alios aliqua ratione iure, modo uel causa alias de suo proprio facere, soluere & obseruare promiserunt, & quilibet eorum in solidum se & dictos eius socios obligando promisit, sub infra scripta pœna, & quolibet dictorum modorum, simul in solidum, per se & omni meliori modo, uia iure causa & forma, quibus magis & melius potuerunt, & eisdem dictis modis & nominibus licuit & licet, non uii, dolo uel metu, seu aliqua alia machinatione circumuenti, sed ex eorum certa scientia & libera uoluntate, & non per errorem aliquem iuris uel facti, pro se & dictos suos socios, & cuiuslibet eorum hæredes & successores, fuerunt in ueritate confessi & non sub spe alicuius futuræ numerationis se dicto nomine habuisse & recepisse, & apud se dicto nomine habere pro uero & iusto cambio & precio florenos auri octingentos à Dominico de Octauianis ciue & mercatore mediolanensi, præsentem & pro se & suis hæredibus & successoribus recipiente & acceptante, de quibus uocauerunt se bene pagatos, tacitos & contentos, exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renunciantes. Quos florenos octingentos dicti Andreas & Benedictus modis & nominibus quibus supra promiserunt, & quilibet eorum in solidum promisit, & solemnibus stipulationibus conuenit dicto Dominico, ibidem præsentem & pro se & suis hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit recipienti, & stipulanti dare, solutere & pagare, aut dari solui & pagari facere Lugdū. (Ponas locum) hinc ad duos menses proxime futuros sine ulteriori dilatione, aut eius certo nuncio uel procuratori, & seu negociorum gestori ad ipsos hoc præsens instrumentum deferenti. Promittentes & solemnibus stipulationibus conuenientes eorum nominibus proprijs & modis & nominibus quibus supra debitum soluturos, & hæc omnia obseruatuos specialiter, & nominatim in dicta ciuitate Lugduni in dicto termino dictorum duorum mensium, & elapso & præterito dicto termino generaliter & specialiter in regno Franciæ, Angliæ, & in curia Romana, Florentiæ, Mediolani, Venetijs, Senis, & alibi ubi dictus Andreas & Benedictus eorum, & quo supra modis & nominibus, aut quocunq; alio modo & nomine inuenti fuerint, uel conuenti ipsi, seu aliquis ex eorum socijs, uel de societate ad omnem petitionem, libitū & uoluntatē dicti Dominici, uel eius legitimi procuratoris. Ita quod fori priuilegio non obstante ex pacto ipsi Andreas & Benedictus, & eorum socij supra præscripti, & quilibet eorum possint & ualeant, modis & nominibus, quibus supra quolibet loco & tempore, & ubiq; locorum & fori aliquibus ferijs solemnibus



lemibus et repentinis inductis seu inducendis: statutis, ordinamentis: tam editis quàm edendis et omnibus alijs tam præsentibus quàm futuris quorumcunq; locorum principum et fori non obstantibus quibus eorum: et quibus supra modis et nominibus renunciauerunt, in omnibus et per omnia. Et ex pacto appposito in præsentis cōtractu et solemnī stipulatione uallato, quòd possint et sic uoluerint in persona et rebus et seu realiter et personaliter conueniri cogi compelli et coartari, et detineri, et in carceres miti, et mancipari pro ut et sicut et quemadmodum ibi et in dictis locis et quolibet eorum hoc præsens instrumentum foret confectum, non obstante quòd ibi non fuerit celebratus cōtractus. Submittentes se ipsos et eorum socios prædictos et eorum societatem et quemlibet eorum modis et nominibus, quibus supra, eorum et cuiuslibet eorum bona tam præsentia quàm futura ubicunq; posita et existentia et inueniri poterunt, quantum ad hoc iurisdictioni coertioni et compulsioni dicti domini regis Franciæ, Angliæ etc. et eorum et cuiuslibet eorum iusticiarijs, Cancellarijs, Thesaurarijs, et quibuscunq; officialibus et Iudicibus ecclesiasticis et secularibus, quocunq; fungantur officio uel regimine, et quocunq; nomine censeantur, et in eos consentiens tanquam in suos iudices competentes. Promittentes modis et nominibus, quibus supra huius instrumenti solutionem et remissionem non probare etc. ut supra in instrumento mutui etc.

### Protestatio literarum Cambij facta præsentī.

**P**Ateat omnibus euidenter qualiter Franciscus olim Symonis de Tosinglis ciuis et mercator Florentinus iuuenis, institor, negotiorum gestor et gubernator Renati dñi Andree de Pazis, et factorum de Florentia, Et pro et uice et nomine ipsorum et cuiuslibet ipsorum et omni meliori modo, uia, iure, causa et forma quibus magis et melius potuit et potest. Constitutus personaliter in præsentia mei L. Notarij infrascripti et testium suprascriptorum, et Francisci de Cambijs ciuis et mercatoris Florentini præsentia audientis et intelligentis præsentauit et se representauit eidem Fran. et per me L. Notarium infrascriptum legi fecit de uerbo ad uerbum ad ipsius Fran. plenam & claram intelligentiam quasdam literas Cambij siue pagamenti de Lugdeno eidem Fran. de Cambijs destinatas, infrascripti tenoris & continentie uidelicet. (Ponant tenor literarum de uerbo ad uerbum) A tergo siue extra L. suprascripta. Intus uero scriptum erat hoc modo, uidelicet &c. quibus literis sic præsentatis & lectis dictus Fran. de Tosinglis dictis modis & nominibus. instanter & instantissimè requisiiuit dictum Fran. de Cambijs ut supra præsentem audientem & intelligentem de acceptione dictarum literarum & de solutione quantitatis in dictis literis contenta. Offerens se dictis nominibus paratam solutionem recipere, & omnia facere in prædictis & circa prædicta necessaria, consueta et opportuna. Et protestatus fuit & protestatur quòd per eum dictis nominibus non stetit et non stat. Qui Fran. de Cambijs statim auditis prædictis, deliberatè dixit & respondit, se iustis de causis nolle acceptare dictas literas, & nolle soluere quantitatem in eis contentam. (Ponas responsionem quã faciunt & pro ut faciunt, uarij enim uarias responsiones dabunt) Qua responsione secuta & per dictum Fran. de Tosinglis audita, idem Fran. de Tosinglis dictis nominibus saluis & reseruatis, tantum sibi dictis nominibus, & dictis eius principalibus omnibus eorum iuribus & actionibus eisdem quomodolibet cōpetentibus & competituris occasione prædicta tam contra omnes & singulos quoscunq; & undecunq; sint eisdem ad prædicta quomodo



## Artis Notariatus

quomodolibet tam in genere quàm in specie obligatos quàm contra scriben-  
tem dictas literas protestatus fuit & protestatur dicto Fran. de Cambijs præ-  
senti audienti & intelligenti de omnibus & singulis suis dictis nominibus &  
dictorum eius principalium damnis expensis & interesse & de Cambijs & re-  
cambijs & Cambijs Cambiorum dictarum literarum, ob defectum & negli-  
gentiam acceptationis & solutionis quantitatis in eis contentæ. Et accipient  
ad Cambium pro locis & temporibus, & eo modo & forma & pro ut est uel  
erit eis permissum de iure, uel de consuetudine, damno & periculo, & obli-  
gatione ut supra, postulans eidem habere de ualore huiusmodi Cambiorum  
& eidem in scriptis relaxauit copiam omnium prædictorum, Rogans &c.  
Item postea & in continentis dictis anno, Indictione, die uero &c. Ponas di-  
em & locum, & alia requisita.

## Fides Sensalis.

**V**ectorius Ioannes pro seneta & sensalis Cambiorum ciuitatis Floren-  
tia suo prius per eum præstito iuramento ad sancta dei Euangelia, scrip-  
turis corporaliter manu tactis ad delationem mei L. Notarij infra scripti, &  
ad instantiam & requisitionem dicti Francisci de Tosinglis, dictis nominib.  
dixit, testificatus & fidem fecit, quòd Cambia pro Lugdotheo ualent Floren-  
tia, uidelicet pro uno floreno auri largo de Florentia grossi xxvij. & un tes-  
zo monetae Auinionensis in Auinione. Rogans &c. Ponas ualorem monete  
de qua in literis.

## Protestatio literarum Cambij facta absenti.

**P**ateat omnibus euidenter qualiter Philippus olim Zenobij de uanellis  
ciuis & mercator Florentinus iuuenis institor, negociorum gestor, et gu-  
bernator Petri de Mellinis & sociorum campforum de Florentia, & ipso-  
rum uice & nomine habens in manu quasdam literas originales Cambij in-  
fra scripti tenoris à tergo uidelicet. Intus uero scriptum erat hoc modo, uide-  
licet (ponatur tenor) & manu infra scripti Alfonsi scriptas ut dixit, ut eas de  
nouo representaret ipsi Alfonso, & etiam ipsum requireret de solutione, cum  
cesserit dies solutionis & quærens dictum Alfonso per loca requisita, &  
consueta, & ubi & in quibus solent comiter se reducere & conuenire merca-  
tores Florentini & eum non inueniens. Tandem facta diligenti inquisitione  
& perquisitione propterea se reduxit ad domum habitationis, & solite habi-  
tationis dicti Alfonsi Hieronymi de Riccialbanis (Si uero non haberet ha-  
bitationem in ciuitate, ita scribas) Propterea se reduxit in forum nouum ciui-  
tatis Florentiæ proprium domicilium omnium mercatorum Florentinorum  
& in dicta ciuitate, commorantium & ubi communiter solent conuenire om-  
nes mercatores dictæ ciuitatis maximè, cum dictus Alfonso non habeat ali-  
quam habitationem in ciuitate Florentiæ, sed sit absens à ciuitate, comitatu  
& districtu Florentiæ. (Sequere postea ubi ego dico de domo: tu dicas de  
foro nouo si non habet habitationem.) Et pulsato hostio dictæ domus & ad-  
perto, per existentes in ea publice palam alta & intelligibili uoce ita ut ab om-  
nibus astantibus audiri & intelligi posset, legit dictas literas & ipsum Alfon-  
sum instanter & instantissimè requisit de acceptione dictarum literarum,  
& de solutione dictæ quantitatis in eis contentæ, tempore in eis contento, se-  
cundum formam & tenorem dictarum literarum. Offerens se dicto nomi-  
ne paratum



ne paratum dictam solutionem recipere, & omnia et singula facere oportuna, pro sua dictis nominibus parte. Et cum responderetur ipsum Alfonso non esse in ciuitate Florentia, sed abesse à ciuitate comitatu & districtu Florentie (uel dicas) & cum responsum aliquod nec acceptatio uel solutio sibi fieret, nõ ualens ipsum personaliter alloqui. Omnibus melioribus modo, uia, iure & forma, quibus magis & melius potuit, saluis & reseruatis sibi dictis nominibus, & dictis eis principalibus quibuscunq; iuribus, remedijs & actionibus sibi dictis nominibus, quomodolibet competentibus & competituris, tam contra scribentem dictas literas quàm contra alios quomodolibet obligatos, tam in genere quàm in specia, iungere & prætextu dictarum literarum propter non factam acceptionem, & non secutam solutionem. Protestatus fuit & protestatur de cambijs & recambijs & cambijs cambiorum, & de omnibus & singulis eorum damnis expensis & interesse. Et q̄ accipiant ad cambium pro locis & temporibus & eo modo, & pro ut est uel erit permissum de iure uel consuetudine damno periculo & obligatione, ut supra postulans fidem habere de ualore huiusmodi cambiorum. Et in scriptis relaxauit in domo prædicta (uel dicas) In foro prædicto afflixit & relaxauit copiam omnium prædictorũ ut omnibus innotescere possit pro suo officio exercendo. Rogans &c.

Vectorius Ioannis profenera & senfalis cambiorum ciuitatis Florentie suo prius per eum præstito iuramento ad sancta dei Euangelia scripturis corporaliter manu tactis dixit, testificatus fuit & fidem fecit quòd cambia pro ipsis ualent Florentie &c. Ponas ualorem monetæ ut supra. Rogans &c.

## CONTRACTVS MA- TRIMONIALIS.

Sponsalia,  
Dotalia.

### Instrumentum Sponsaliorum et ma- trimonij contrahentium.

**A**Ntonius contraxit, concessit & destinauit Cor. Iacobinam eius fillam in futuram sponsam & uxorem Io. filij ipsius Cor. Promittentes per se & suos hæredes dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipu. se facturum & curaturum, omni exceptione remota, q̄ dicta d. Iaco. eius filia contrahet sponsalia & matrimonium cum dicto Ioan. tempore legitimo, seu cum ipsa sponsa, & matrimonium contrahi, & compleri poterit, & se soluturum & daturum eidem Cor. dotis nomine & pro dote ipsius d. Iaco. tempore contracti matrimonij c. lib. Boñ. inter denarios & conuenientem mobiliam. Pro quibus sponsalijs & matrimonio ut dictum est contrahendis. Et prædictis omnibus & sing. obseruandis & adimplendis idem An. constituit ipsi Cor. arras sponsalicias. Et eidem sponsaliorum, arrarum nomine obligauit unam domum, sitam in tali contrata infra tales confi. &c. Constituens se dictam domum tanquam arras & arrarum nomine ipsorum sponsaliorum, & matrimonij contrahendi, pro ipso Cor. & eius nomine possidere. Et uolens & concedens, q̄ si per eum aut per dictam Iaco. staret quo minus dicta sponsalicia & matrimonium complerentur & fierent quum fieri & compleri legitime poterint, cedat dicta domus lucro ipsi Cor. & eam accipere ac possessionem eiusdem sua auctoritate ingredi possit, & ex ea tanq̄ uerus dñs, facere quicquid uelint. Versa uice dictus Cor. contraxit, concessit & destinauit dicto An. prædictum Io. eius filium in futurum sponsum & uirum dicte Iaco. filie eiusdem

E



## Artis Notariatus

An. promittens per se & suos hæredes dicto An. pro se & suis hæredibus stipul. se facturum & curaturum, omni exceptione remota q̄ d. Io. eius filius contrahet sponsalia & matrimonium cum dicta la. tempore legitimo, seu cū ipsa sponsalia & matrimonium contrahi poterunt & compleri. Et quod ipse Cor. tempore d. matrimonij contrahendi solutis sibi dictis c. lib. Boñ. dotis nomine & pro dote ipsius d. Jacobi faciet dicto An. instrumentum dotale secundum ius & consuetudinem ciuita. Boñ. Pro quibus sponsalibus & matrimonio ut dictum est, contrahendis & prædictis omnibus & singulis à se Co. promissis obseruandis & adimplendis idem Cor. constituit ipsi An. arras sponsalicias & eidem arrarum sponsaliciarum nomine obligauit unam petiam terræ aratoriaræ positam in tali loco & intra tales confines &c. Constituens se dictam petiam terræ tanq̄ arras & arrarum nomine ipsorum sponsaliorum & matrimonij contrahendi pro ipso An. & eius nomine possidere. Et uolens & concedens quod si per eum aut per dictum Io. staret quominus dicta sponsalia & matrimonio complerentur & fierent quum fieri & compleri poterit legitimè, cedat ipsa petia terræ lucro ipsi An. & eam accipere ac possessionem eiusdem sua auctoritate ingredi possit, & ex ea tanquam uerus dominus facere, quicquid uelit. Quæ omnia & singula superscripta promissit una pars alteri ad inuicem solemnibus stipul. hincinde interuenientib. firma & rata habere & tenere, obseruare, adimplere, & non cōtrafacere uel uenire, per se uel alios, aliqua causa uel ingenio, de iure uel de facto. Sub pœna cc. lib. Boñ. stipul. ad inuicem inter ipsos in sing. capitulis huius contractus in solidum promissa qua soluta uel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item restituere restituere una pars alteri ad inuicem omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extra. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit una pars alteri ad inuicem omnia sua bona.

## Instrumentum Sponsalitiij.

Iohannes olim Aloysij Mathei de Scipionibus de Florentia ex parte una promissit & solemnibus stipulatione conuenit Antonio Iuliani Augustini de Caualcantibus ciui Florentino presenti recipienti & stipulanti se facturum et procuraturum, ita & taliter omni & qualibet Iuris & facti exceptione remota, quod domina Marieta, filia dicti Ioannis consentiet in dictum Antonium tanquam in eius sponsum & uirum legitimum, & ab eo uxoriali affectu, in signum ueri & legitimi matrimonij, annulum recipiet, & cum eo matrimonio legitimè contrahet. Et denique eidem dabit & constituet illam dotem & quantitatem dotis quam & pro ut & sicut declarabunt, arbitrabuntur & pronuntiabunt nobiles & prudentes uiri N. & B. semel & pluries & quotienscunq; & eo modo & forma, & tempore quibus declarandum duxerint & statuendum. Et ex aduerso dictus Antonius, ex parte alia, promissit & solemnibus stipulatione, conuenit dicto Iohanni presenti & pro se dicta Domina Margarita, eius filia recipienti & stipulanti consentire in dictam dominam Margaritam, tanquam in eius sponsam uxorem legitimam, eidemque maritali affectione & in signum ueri & legitimi matrimonij annulum dare A. dicta quam domina seu alio pro ea recipere & confiteri illam dotem & quantitatem dotis & pecuniarum & florenorum dotis nomine dictæ do. & pro eius restitutione satisfacere & fideiussores prestare quomodo & sicut declarabunt semel & pluries dicti N. & B. modo & forma, locis & temporibus per eos statuendis ambos in concordia. In quos N. et B. ambos in concordia dicti Iohannes & Antonius compromiserunt, tanquam in eorum arbitros et arbitratores amicabilem compositores, amicos communes et bonos uiros.

Dant es



Dantes et concedentes eisdem arbitris ambobus in concordia, plenam licentiam et omnimodam potestatem, auctoritatem et baliam, dictam dotem et quantitatem dotis et fideiussores pro dicta dote et quantitate dotis, et eius donatione propter nuptias, in euentum restitutionis declarandi et constitutiendi et in praedictis et circa praedicta laudandi, arbitrandi, sententiandi, et declarandi de iure et de facto, et de iure tantum et de facto tantum decidendi et mandandi, et eorum lauda, sententias, arbitria et arbitramenta, declarationes et mandata mutandi et corrigendi, et de bonis, rebus et iuribus unius partis alteri adiudicandi, et econuerso, semel et pluries, et pro ut et sicut eisdem in concordia uidebitur et placebit, absentibus dictis partibus aut praesentibus citatis uel non, una praesente, et altera absente, et econuerso sedendo, et recte stando, in scriptis et sine scriptis, publicis uel priuatis, et omni iuris solemnitate obmissa, et non seruata, diebus feriatis et non feriatis, et quolibet loco et tempore. Cum pacto apposito in praesenti contractu solemniter stipulatione uallato inter dictas partes, quod quicquid per dictos arbitros ambos in concordia laudari contigerit, inter dictas partes intelligatur uenisse et uenire in praesenti com promisso, ac si de eo facta foret mentio specialis et expressa, et de eo fuisse litem et questionem inter dictas partes. Promittentes dictae partes sibi inuicem et uicissim solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, stare, parere et acquiescere omni laudo sententiae arbitrio et arbitramento per dictos arbitros ambos in concordia ferendo et pronunciando, et ab eo non appellare, nec de nullitate uel iniquitate dicere uel opponere, aut peti reduci ad arbitrium boni uiri. Ipsumque et omnia in eo contenta obseruare, attendere et adimplere in omnibus et per omnia, & pro ut & sicut in eo continetur. Et propterea dictae partes solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus fuerunt confessae et contentae se habuisse et recepisse una ab alia, et econuerso nomine arrarum sponsalitorum florenos mille auri largos, quos florenos mille auri largos pars praedicta effectualiter non obseruans, quod absit, alteri parti obseruanti et in fide stanti, duplicatos dare et soluere teneatur, et debeat, et sic sibi inuicem et uicissim supra dictae partes solemnibus stipulationibus, hinc inde interuenientibus promiserunt. Quae omnia et singula superscripta promiserunt et solemniter stipulatione conuenerunt dictae partes sibi inuicem et uicissim perpetuo firma et rata & grata, habere, tenere, attendere, obseruare et adimplere, & contra non dare, facere uel uenire, pro se uel alium, seu alios, in iudicio, uel extra de iure uel de facto, sub amissione dictorum florenorum mille ut supra habitorum & confessatorum & sub refectione damnorum expensarum ac interesse litis & extra, Pro quibus &c. Subdas generalitates ut supra in alijs contractibus.

### **Instrumentum dotis constitutae in re immobili, inextimata et in pecunia et rebus mobilibus.**

**D**ominus An. dedit et tradidit Georgio pro se et suis heredibus recipienti in dotem & nomine dotis dñe Ma. ipsius filie dicto Geor. ex matrimonio copulatae domum unam inextimatam sitam in contrata tali. Cui tales dicuntur confi. &c. Ad habendum tenendum pos. et quicquid sibi et suis heredibus debito iuris saluo, deinceps placuerit faciendum, cum omnibus & singulis que intra praedictos continentur confines uel alios si qui forent. Cum access. et egress. suis usque & in uiam pub. cum omnibus & singulis que habet supra se uel infra se, seu intra se in regnum. Omniumque iure et actione usu seu requisitione ipsi rei modo aliquo per-



tinente. Quam rem idem dominus An. se dicti Geor. nomine constituit possidere donec ipsius rei pos. acceperit corporalem. Quam accipiendi sua auctoritate, et retinendi deinceps ei licentiā omnimodā dedit. Promittens per se et suos hæredes Geor. p se & suis hæredib. stipul. prædictam rem ab omni homine & uniuersitate legitimè defendere auctorizare et desbrigare, et prædictam traditionem & omnia et sing. supra scripta firma et rata habere et tenere et nõ contra facere uel uenire per se uel alium aliqua causa, uel ingenio de iure uel de facto. Sub pœna c. li. Bõn. stip. pmissa et refectione damnorũ et expensarũ litis et extra, et obligatione omniũ suorũ bonorũ et pœna soluta uel non prædicta omnia et sing. firma perdurent. Qua propter uersa uice dictus Geor. pmissit pro se et suos hæredes sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando dicto dño An. p se et suis heredib. stipul. restituere eidem do. Ma. siue ipsorũ heredibus, uel cuius & casus dederit prædictam domũ in omnem euentum restituendę dotis. Sub pœna c. lib. Bõn. stipu. promissa qua soluta uel non prædicta omnia & sing. firma perdurent. Item reficere et restituere sibi omnia et sing. damna et expensas, ac interesse litis et extrã, pro quib. omnibus et singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona. Ceterum mandauerunt & uoluerunt duo unius et eiusdem tenoris ex his fieri instrumenta, unum uidelicet pro una quacũque partium prædictarum,

### **Instru. Dotis constitutæ in re immobili extimata et pecunia et rebus mobilib. extimatis.**

**D**omina Franceschina filia q. dñi Arduini dedit & tradidit iure proprio in perpetuum Damiano, eius sponso et uiro pro se & suis heredibus recipienti in dotem, et nomine dotis, Petiam unam terræ aratorię extimatam c. lib. Bõn. positam in uilla S. Rophili in tali loco quam esse dixit & conuenit x. torn. et eiusdem tales esse confines ad habendum, tenendum possidendũ, et quicquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendũ. Cum omnibus et sing. quę infra prædictos continentur confines, uel alios si qui forent. Cũ accessib. et egres. suis usq; in uiam pub. & cum omnib. et sing. quę habent suprã se uel infra se, seu intra se, in integrum. Omnib; iure & actione usu seu requisitione, sibi et ex ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam rē ipsa d. Fran. se dicti emptoris nomine dicti constituit pos. usq; quo ipsius rei possessionē acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate & retinendi deinceps ei licentiā omnimodam dedit. Promittens pro se et suos hæredes dicto Da. pro se et suis heredib. stip. litem uel controuersiam, ei uel eius heredibus de re ipsa uel eius occasione ullo tempore nõ inferre, nec inferenti cõsentire, sed ipsam rem tam in pprietate quã in pos. ei et eius heredib. ab omni homine et uniuersitate legitimè defen. auctorizare et desbrigare et prædictã traditionē, et omnia et sin. supra scripta perpetuo firma et rata habere et tenere, et nõ cõtra facere uel uenire p se uel p aliũ aliqua causa uel ingenio, de iure uel de facto. Sub pœna dupli dictę extimationis stip. pmissa et refectione damnorũ et expensarũ litis et extra, et obligatione omniũ bonorũ suorũ & pœna soluta uel non prædicta omnia et sing. firma perdurent. Item dictus Da. confessus et contentus fuit se habuisse et recepisse ab ipsa do. Fran. in dotem & nomine dotis in alia parte l. lib Bono. in denarijs, & rebus mobilibus extimatis. Exceptioni sibi non datæ & non solutæ quantitatis, & rerum mobilium omnino renuncians. Nec non promittens per se, & suos hæredes dictę domine Fran. pro se & suis heredibus stipul. soluere & dare, ac restituere eidem, aut eius heredibus, siue cuius et casus dederit dictas cc. lib. Bõn. in omnem euentũ restituendę dotis. Sub pœna dupli dictę quantitatis pecunię stip. pro



promissa, qua soluta uel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extrâ. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona. Ceterum uoluerunt & mandauerunt & hoc contractu duo instrumenta, eiusdemque tenoris cõfici uidelicet unum unicuique parti dandum. (Et nota quod quando cõtingit casus prædictus uidelicet, quod daretur in dotem res immobilis extimata, et pecunia cum rebus mobilibus, potest seruari forma prædicta. Sed nihilominus potest etiã alius seruari modus, qui mihi nõ minus, sed magis prædicto placet. Facies enim duo instrumenta, unum scilicet sola traditione rei immobilis extimatæ: quod incipies secundum quod incipit prædictum instrumentum & continuabis per totum usque ad locum ubi dicitur. Item dicitur P. & ibi terminabis instrumentum, & pones subsequenter locum & testes. Et hoc instrumentum erit uiri uel accipientis rem ipsam. Et postea facies aliud instrumentum dotale, pro uxore, siue pro eo, qui dotem dat, hoc modo.

### Instrumentum Dotis constitutæ, in pecunia et rebus mobilibus.

**D**Amianus fuit contentus & confessus se habuisse & recepisse, ac sibi integre datas solutas & traditas esse a d. Fran. eius sponsa & uxore, in dotem, & nomine dotis cc. & decem lib. Boñ. hoc modo, l. lib. Boñ. in una petia terræ aratoris posita in curia sancti Rophili extimata ipsa quantitate c. lib. Boñ. quam petiam terræ d. dña. Fran. ipsi Damiano extimatam, ut dictum est, tradidit, ut patet in instrumento scripto manu mei No. superscripti. Reliquas uero lx. lib. in pecunia & rebus mobilibus, extimatas. Exceptioni sibi nõ datæ & non solutæ, & non traditæ quantitatibus pecuniæ & rerum mobilium siue dotis omnino renunciãns. Nec non promittens per se & suos hæredes dictæ d. Fran. pro se & suis hæredibus stipula. soluere & dare ac restituere eidem, aut eius hæredibus, siue cui ius & casus dederit ipsas cc. lib. Boñ. in omnem casum & euentum restituendæ dotis. Restituendo prædictæ petiæ terræ extimationem, aut ipsam petiam terræ, si tunc temporis penes eum uel eius hæredes fuerit. Ita tantum quod in optione sit ipsius dominæ Fran. uel eius hæredum, siue illius cui de iure restituenda fuerit dos prædicta, recipere alterum quod maluerit prædictorum, extimationem uidelicet siue terram, sub poena dupli dictæ quantitatibus pecuniæ stip. promissa, qua soluta uel non prædicta omnia & singula firma perdurent. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extrâ, pro quibus omnibus firmiter obseruandis obligauit ei omnia sua bona. (Quod uero dictum est supra de restituenda extimatione uel re, intelligas ponendum esse in instrumento, si expressim inter partes agatur. Alioquin directè procedas, illam clausulam prætermittens.

### Instrumentum augmenti Dotis.

**A**ntonius fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse ac sibi integre datas solutas & numeratas esse, asseruit a do. Mathel. eius uxore in augmentum & nomine augmenti dotis suæ l. lib. Boñ. quæ ad ipsam do. Mathel. siue ad dictum An. pro ea peruenerunt ex precio quarundam possessionum quondam dñi. Ar. patris eius sibi iure institutionis relictarum ab ipso patre suo in ipsius Testamento scripto manutatis Not. Exceptioni sibi



## Artis Notariatus

non datę non solutę atq; non habitę prædictę quantitatis pecunię, in augmentum & nomine augmenti dotis prædictę & omni alij auxilio omnino renuncians. Nec non promittens pro se & suos hæredes dictę d. M. pro se & suis hæredibus stipul. soluere, dare ac restituere eidem siue eius hæredibus aut cuius & casus dedit, ipsas l. li. Bon. in omnē euentū restituendę dotis. Sub talipœna &c. (Nota ergo in instrumentis augmenti dotis necessarium esse assignare causam unde peruenerit pecunia in augmentum dotis data. Nam que alias esse præsumitur de bonis uiri, & contractus huiusmodi fieri in præiudicium creditorum. Nota tamen q; prima dotis constitutio ante matrimonium & constante matrimonio fieri potest, sed post primam dotis constitutionem non potest iterum constitui dos, sed augmentum dotis.

### Augmentum Dotis.

**L**eonardus & Laurentius fratres & filij olim Petri de Bonuisis populi S. Romuli de Florentia, & quilibet eorum in solidum & in totum se obligando, unica tamen solutione sufficiente per se & eorum & cuiuslibet eorū hæredes & successores, ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris uel facti, & non sub spe alicuius futurę numerationis & omni meliori modo, uia iure & forma, quibus magis & melius potuerunt, fuerunt confessi & contenti habuisse & recepisse à domina Marieta filia olim Dominici A. de Mipozano, & uxore dicti Laurentij, & eidem Laurentio matrimonio copulata, ut de eorum matrimonio constat manu mei Ioannis Notarij, infra scripti in augmentum, pro augmento & nomine augmenti dotis ipsius domine Marietę florenos centum auri largos. Quos asseruerunt ipsi Leonardus & Laurentius peruenisse ad manus dictę domine Marietę ex causa successionis bonorum dicti olim Dominici patris ipsius domine Marietę. De quibus uocauerunt se bene pagatos, tacitos & contentos, exceptioni non numeratę pecunię omnino renunciantes, Quos florenos centum auri largos augmenti dotis prædictę, dicti Leonardus & Laurentius promiserunt & solemnī stipulatione conuenerunt, & quilibet eorum in solidum promisit eidem domine Marietę licet absenti & mihi Ioanni Notario infra scripto, ut publicę personę recipienti & stipulanti pro dicta domina Marieta & eius hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit, reddere, restituere & signare eidem domine Marietę, & eius heredibus & successoribus in omnem casum & euentum dotis & dicti augmenti dotis reddendę & restituendę, constante matrimonio uel soluto Florentię &c. Prosequere ut supra usq; ad finem, ut in alio instrumento confessiouis dotis.

### Instrumentum Donationis propter nuptias.

**A**ntonius ex causa donationis propter nup. dedit & donauit domine M. sponsę & uxori suę, pro se & omnibus suis & d. Anto. communibus filijs recipienti. Medietatem, insuper & quartam partem omnium suorū bonorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorū. Ad habendum, tenendum, pos. & quicquid sibi seu dictis cōmunibus eorum filijs deinceps placuerit faciendum. Promittentes ipsi do. Ma. pro se & dictis cōmunibus eorum filijs stipul. prædictam, donationem propter nuptias, firmam & ratę habere, & tenere, & non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Sub pœna c. lib. Bono. stipul. promissa, & refectione damnorum



norum, & expensarum litis & extrâ, & obligatione omnium suorum bonorum & pœna soluta uel non prædicta omnia & singula firma perdurent. (Veruntamen non quòd instrumentum prædictum in ciuitate Boñ. à consuetudine temporis nostri abolitum esse dignoscitur. Sed ipsius donationis recta natura est tantundem donare quantum datur in dotem. Et dicitur hæc donatio iure Longobardorum, margi. cap. & etiam secundum diuersos locorum mores diuersis continetur pactis, & diuersis nominibus appellatur. Tu aut cum fueris Romæ, Romano uiuio more. Item debes scire quòd istius donationis uirtus illico restitutis dotibus euanescit. Propterea nota, quòd dos cõstante matrimonio restitui non potest, nisi in certis casibus, de quibus nihil ad presens. Licet uergente uiro ad inopiam uel eo qui de restituenda dote promisit, possit mulier petere & exigere de bonis sibi hypothecatis in solutõ pro dote sua auctoritate communis. Quo habito ac cæterorum bonorum hypotheca recessit, eo tamen quòd in solutum acceperit à uiro pro iure usu fructus obligato, q̄ diu constitit matrimonium, nihilominus re manente. Item nõ est pretereundum quòd aliquando contingit patrem filium à se emancipare, & dotem uxoris filij quã ipse pater receperat dicto filio suo cõsignauit. Debet enim mulier sollicitè sibi cauere ne dotem ipsam recipiat & focerum absoluat, uel à prima obligatione seu à primo obligato recedat. Quod etiam si faceret, non ualeret, quia efficeretur conditio dotis peior. Agetur tamen inter patrem & filium emancipatum de faciendo & curando, quòd uxor non mouebit focerõ ulterius litem de dote. Quod instrumentum ita scribas.

### Instrumentum ex nota prædicta.

**C**um dominus Boëtius, An. eius filium à se emancipauerit ut patet in instrumento, scripto manualis No. & idem An. moretur uel moraturus sit, cum d. Ma. eius uxore, & filijs suis seorsum à parte, quia æquũ est ut dos que fuit pro sustentandis matrimonij oneribus constituta, ad illum perueniat qui matrimonij onus portat. Idem Dominus Boë. coram me No. & testibus infrascriptis dedit & soluit ipsi An. filio suo à se mancipato c. lib. Boñ. quas recepit & habuit dotis nomine, & pro dote ipsius do. Ma. tempore contracti matrimonij inter ipsum & A. supra dictum. Qui An. dictam pecuniã ab ipso patre suo ibidem & in præsentem recipiens & confitens & asserens tantam esse quantitatem promisit se & suos hæredes dicto domino Boë. pro se & suis hæredibus stip. onus ipsius matrimonij sustinere & dictæ eius uxoris & filijs de cætero alimenta præstare & se facturum & curaturum. Omni exceptione remota q̄ dicta dña Ma. uel eius hæredes, aut aliquis alius ad quẽ spectaret ipsarum dotium restitutio, dotes ipsas aliquo tempore, uel casu ab ipso, uel eius hæredibus non petere. Et quòd lis uel quæstio ei uel eius hæredibus ipsarum dotium uel alimentorum occasione ullo tempore non mouebitur uel inferetur ab aliquo de iure uel de facto. Quod si fieret & propterea idem d. Boë. damnum aliquod sustineret, conseruabit eum indemnem, & quod ipse idem An. prædictam solutionem & omnia & singula supra scripta perpetuo firma & rata habebit & tenebit & obseruabit, & non contrã ueniret, per se uel alium, uel aliqua causa uel ingenio, de iure uel de facto. Sub pœna dupli dictæ summæ pecuniæ stipul. promissa & refectione damnorum et expensarum litis, & extrâ, & obligatione omnium suorum bonorum & pœna soluta uel non prædicta omnia & singula firma perdurent.



## Confessio data in pecunia.

**L** Laurentius & Leonardus fratres & filij olim Petri Leonardi de Bonifis de Florentia, & quilibet eorum in solidum & in totum se obligando unica tamen solutione sufficiente, per se & eorum, & cuiuslibet eorum hæredes, ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris uel facti, & nõ sub spe alicuius futuræ numerationis, & omni meliori, modo, uia iure & forma, quibus magis & melius potuerunt, fuerunt confessi & contenti habuisse & recepisse ac sibi integrè datos, solutos & numeratos fuisse partim ab officialibus montis communis Florentiæ de denarijs dotium montis puellarum communis Florentiæ, & partim à Dominico &c. dantibus & soluentibus in dotem & dõs nomine dñæ Marietæ filiæ dicti Dominici & eidem Laurentio matrimonio copularet, ut de matrimonio inter eos contracto cõstat manu mei Io. Notarij infra scripti, inter denarios & res mobiles cõmuni concordia, inter dictas partes extimatas, florenos octingentos auri largos hoc modo uidelicet, dictis officialibus florenos sexcentos quinquaginta auri largos, & residuum dictæ quantitatis uidelicet florenos centum quinquaginta, dicto Dominico, de quibus uocauerunt se bene pagatos tacitos & contentos, exceptioni non numeratæ pecuniæ omnino renunciantes. Et propterea fecerunt eidem dñæ Marietæ, licet absentis & dicto Dominico ac etiam Ioanni Notario infra scripto, ut publicæ personæ, pro dicta domina Marieta recipientibus & stipulantibus, donationem propter nuptias de libris quinquaginta sp. secundum formam & ordinamentorum communis Florentiæ. Quas dotem & donationem propter nuptias dicti Laurentius & Leonardus promiserunt & quilibet eorum promisit & solemni stipulatione conuenit dictæ domine Marietæ, licet absentis & dicto Dominico & mihi Ioanni Notario ante dicto & infra scripto ut supra, pro dicta domina Marieta & eius hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua cõcesserit recipienti & stipulanti reddere, soluere & restituere eidem dominæ Marietæ, & eius hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit in omnem casum & euentum dictæ dotis restituendæ, & donationis soluendæ constante matrimonio uel soluto Florentiæ, Pisis, Senis, Bononiæ, Lucæ, Ferrariæ, Romæ, Venetijs & generaliter ubiq; locorum terrarum, & in qualibet mundi parte ubi dicta Marieta uel eius hæredes & successores dictam dotem & donationem propter nuptias petierint & petierint, & dictos Laurentium & Leonardum, & quemlibet eorum & cuiuslibet eorum hæredes & bona conuenerint uel conuenire uoluerint, uel uoluerint tam in persona, quàm in bonis, fori priuilegio non obstante. Prorogantes ex nunc iurisdictionem & submittentes se iurisdictioni omnium & quorumcunq; iudicium, officialium & curiarum dictorum locorum, & ubilibet constitutarum, tam Ecclesiasticarum quàm secularium. Cum pacto apposito in præsentis contractu & instrumento & solemni stipulatione uallato, inter dictas partes, quòd quocunq; casus euenerit dictæ dotis restituendæ & seu donationis soluendæ, constante matrimonio uel soluto, liceat & licitum sit dictæ domine Marietæ, & eius hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit, etiam sua propria auctoritate, & sine licentia uel decreto alicuius iudicis uel curiæ, ingredi, capere, apprehendere, & tenere tenentem & corporalem possessionem bonorum quorumcunq; & in bonis, de bonis & super bonis quibuscunq; dictorum Laurentij & Leonardi & cuiuslibet uel alterius eorum, eorumq; fructus, redditus & prouentus percipere & habere per se uel alios quos uoluerit ipsis fructibus in sortem, minime computandis. Dictaq; bona & de dictis bonis et quodlibet eorum, et de quibus potius uoluerit uel uoluerint uendere et alienare, et in aliũ seu alios quocunq; alienationis



alienationis titulo transferre, donec & quousque dicta domina Marieta, et ei  
 us hæredibus et successoribus de dicta dote et donatione propter nuptias, fue  
 rit plenè et integrè satisfactum. Promittentes et conuenientes insuper dicti  
 Laurentius et Leonardus, et quilibet eorum in solidum dicto Dominico et  
 mihi Notario infrascripto, ut supra recipientibus et stipulantibus de dicta  
 dote aut quantitate dotis et donationis propter nuptias aut alicuius partis nõ  
 opponere uel probare solutionem, satisfactionem uel absolutionem siue remis  
 sionem, aut termini mutationem uel aliud pactum, per testes uel alio modo,  
 nisi per hoc instrumentum sibi redditum, damnatum uel legitimè cancellatū,  
 aut per aliud instrumentum finis liberationis, remissionis uel solutionis. Quæ  
 omnia et singula suprascripta, ut supra promiserunt et solemnè stipulatione,  
 conuenerunt dicti Laurentius et Leonardus, et quilibet eorum in solidum  
 unica tamen solutione sufficiente, se ut supra obligando promisit et conuenit  
 dicto Dominico et mihi Iohanni Notario ante dicto et infrascripto ut supra  
 recipienti et stipulanti pro dicta domina Marieta et eius hæredibus, et cui uel  
 quibus iura sua concesserit perpetuò firma, rata et grata habere, tenere, atten  
 dere, facere, obseruare et adimplere, et contra non dicere, facere uel uenire,  
 per se uel alium, seu aliqua ratione iure, modo uel causa, in iudicio uel extra,  
 de iure uel de facto pœna dupli dictæ quantitatis solemnè stipulatione pro  
 missa in singulis et pro singulis capitulis pactis membris siue articulis presen  
 tis contractus & instrumentis & sub refectione damnorum & expensarum  
 ac interesse litis & extra. Quæ pœna totiens committatur & peti, & exigi pos  
 sit & ualeat cum effectu: quotiens contra factum fuerit siue uentum, uel ut dict  
 um est cum effectu non fuerit obseruatum. Qua pœna commissa uel non so  
 luta uel non, exacta uel non: seu etiam gratis remissa prædicta, & infrascripta  
 omnia & singula nihilominus perpetuo firma & rata maneant & perdurent.  
 Pro quibus omnibus & singulis obseruandis & firmis & ratis habendis, &  
 pro dicta pœna soluenda, si quotiens commissa fuerit dicti Lau. & Leo. et qui  
 libet eorum in solidum unica tamen solutione sufficiente, obligauerunt dictæ  
 dominae Marietae, licet absenti, & dicto Dominico & mihi Iohanni notario  
 ante dicto & infrascripto, ut publicæ personæ, ut supra recipientibus & sti  
 pulantibus pro dicta domina Marieta & eius hæredibus & successoribus cui  
 uel quibus iura sua concesserint se ipsos & quemlibet eorum in solidum, & eo  
 rum & cuiuslibet eorum hæredes & successores, & bona omnia & singula  
 præsentia & futura iura, nomina & actiones. Quæ bona obligata ex nunc cõ  
 stituerunt se precario nomine pro dicta domina Marieta & eius hæredibus  
 & successoribus tenere & possidere. Renunciantes in prædictis omnibus &  
 singulis exceptioni non sic facti et celebrati contractus, aliter fuisse recitatum  
 quam scriptum & e conuerso rei non sic gestæ, doli mali, uis, metus, fraudis,  
 sine causa & ex in iusta causa in factum actioni conditioni indebiti, beneficio  
 nouæ & nouarum constitutionum de fideiussoribus, & de pluribus reis des  
 bendis, & Epistolæ diui Adriani Beneficio, legis rubri & nigri, exceptioni  
 non numeratæ pecuniæ, & non habitæ, & non receptæ dictæ quantitatis do  
 tis, fori priuilegio omnique alij Iuris legum canonum & statutorum auxilio pri  
 uilegio & fauori, & iuri & legi dicenti generalem renunciationem non uale  
 re nisi præcesserit specialis. Quibus quidem Lau. & Leo. presentibus au  
 dientibus & intelligentibus & prædicta omnia sic uolentibus & confitentibus,  
 præcepi ego Iohannes iudex ordinarius notariusque publicus antedictus  
 & infrascriptus, per garantigiam, uice & nomine iuramenti pro ut mihi li  
 cuit & licet & forma statutorum et ordinamentorum cõmunis Flore, quatenus  
 prædicta omnia & sing. suprascripta, ut supra per ipsos & quemlibet eo  
 rum promissa facta & gesta attendant, faciant & obseruent iuxta præsentis  
 pub=



**Confessio Dotis in re immobili inextimata, et sic pro fundo Dotali.**

**P**Vblice omnibus pateat qualiter domina Margarita filij olim Bernardi mundualdi eidem per me L. Notarium ante dictum & infra scriptum, ut supra dati & confirmati presentis & eidem domine Margaritæ consentientis licentiam auctoritatem consensum & parabolam dantis & præstantis, Certificata primo & ante omnia de Iuribus suis & de importantia presentis contractus, ut decuit & quid agebat & quid contrahebat, & in quo & quantum sibi præiudicare poterat. De quibus omnibus dixit & asseruit se bene certioratam, & informatam esse & plenam habere noticiam, per se & suos hæredes, & omni meliori modo, uia, Iure & forma, quibus magis & melius potuit & eidem licuit & licet, dedit, tradidit & concessit. Nereo Antonij Ludouici de Verrazano & Philippo filio dicti Nerei ibidem presentibus, & pro se & eorum & cuiuslibet eorum hæredibus & successoribus recipientibus & stipulantibus, & dicto Philippo facienti omnia & singula suprascripta cum consensu uero, licentia, & auctoritate dicti Nerei ibidem presentis & eidem Philip. auctorantis & consentientis & licentiam, auctoritatem & parabolam donantis & præstantis in dotem, pro dote, & dotis nomine, et pro fundo dotali dictæ domine Margaritæ uxoris dicti Philippi & eidem Philippo matrimonio copulatæ infra scripta bona, uidelicet. Vnam domum cum palcis, salis, cameris & tecto, & curia & uolta sub terra, & multis alijs suis ædificijs & habitaturis, & pertinentijs, positam Florentiæ & in populo sancti Appollinaris de Florentia, et in uia dicta la uigna uechia, cui à primo uia à secundo Ioannis Dominici, à tertio Fehelchari, à quarto uia infra prædictos confines uel alios si qui forent plures aut ueriores. Cum omnibus et singulis quæ dicta bona habent super se, infra se, seu intra se, in integrum omnium iure et actione, usu, dominio et proprietate, sibi domine Margaritæ et eius hæredibus et successoribus, et cuiuslibet uel alteri eorum quomodolibet pertinente et spectante Ad habendum tenendum et possidendum, et quicquid dictis Nerio et Phil. deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quam domum et bona dicta domina Margarita, dicto consensu constituit se precario nomine tenere, et possidere pro dicto Nerio et Philippo, et quolibet eorum donec dictorum bonorum tenentiam et possessionem acceperint corporalem, quæ accipiendi, intrandi et deinceps retinendi sua propria auctoritate, et sine licentia uel decreto alicuius iudicis uel curiæ eisdem licentiam et omnimodam potestatem contulit atque dedit. Insuper promisit et solemniter stipulatione conuenit dicta domina Margarita dicto consensu dictis Philippo et Nerio ut supra recipientibus et stipulantibus dictam domum, et bona in totum uel in partem dictis Nerio et Philippo non molestare, nec litem uel controuersiam aliquam inde uel super dictis bonis, aut aliqua eorum parte eisdem Nerio et Philippo, aut eorum et cuiuslibet eorum hæredibus et successoribus ullo unquam tempore non inferre, facere uel mouere, nec inferenti facienti uel mouenti modo aliquo consentire, sed ipsam domum et bona uendita, et quodlibet eorum et quamlibet eorum partem eisdem Nerio et Philippo, et eorum hæredibus et successoribus ab omni homine persona loco, communi, collegio, societate et uniuersitate legitime defendere auctorizare et desbrigare, et modis omnibus expedire et eisdem uacuum et liberam possessionem dictorum bonorum tradere. Et ipsos Nerio  
um



um et Philippum, et eorum hæredes et successores in eorum bonorum possessione semper facere et defendere potiores priores et ualidiores. Et si quo tempore lis uel quæstio, aut controuersia aliqua tam per libelli oblationem tenus et precepta de disgumbrando, quàm alio quocunq; modo moueretur, inferretur uel fieret, eisdem Nerio et Philippo, uel eorum hæredibus et successoribus inde uel super dicta domo et bonis, uel aliqua eorum parte in dominio, proprietate uel possessione, usu, usufructu uel fructibus. Ipsam litem causam quæstionem controuersiam & libellum et omnem nouitatem quancunq; eidem dominæ Margaritæ uel eius hæredibus denunciatum uel notificatum fuerit, personaliter uel ad domum, in scriptis uel etiam uerbotenus, quocunq; et qualitercunq; in fra quinque dies à die huiusmodi denunciationis et notificationis, in se et super se recipere, suscipere, transferre in eadem causa, et ipsorum bonorum defensionem se offerre, et tam in causa et causis principalibus quàm appellationis sistere usq; ad finem litis et causæ omnibus et singulis dictæ dominæ Margaritæ, et eius hæredum sumptibus, laboribus et expensis. Cum pacto, quod notificatio semel facta ad domum habitationis dictæ dominæ Margaritæ uel eius hæredum, uel etiam minus legitimè facta, ualeat et sufficiat, ac si personaliter et legitimè facta foret, et pro legitimè facta habeatur, quod si pronunciarum uel sentenciarum contigerit super euictione, uel abuocatione dictorum bonorum contra dictos Nerium et Philippum, uel eorum hæredes et successores, infra octauam diem à die latæ sententiæ euictionis uel abuocationis secutæ, et seu postquam eidem dominæ Margaritæ, uel eius hæredibus notificatum et denunciatum fuerit, modo et forma prædictis, premium ualorem & extimationem dictorum bonorum cum pœna dupli et damnis expensis et interesse litis et extra eisdem Nerio et Philippo restituere et persoluere promisit. Remissa ex nunc per pactum appellandi necessitati dictis Nerio et Philippo, si super euictione uel abuocatione dictorum bonorum ut supra pronunciarum contigerit contra eos. Cum pacto etiam aposito et solemnif stipulatione uallato inter eos, quod non possit dicere uel opponere dicta domina Margarita, quod eisdem Nerio et Philippo, uel eorum hæredibus et successoribus fuerit facta iniuria, uel iniusticia, si dicta bona in totum uel in partem euincerentur uel abuocarentur ab eis uel aliquo eorum uel eorum hæredibus & successoribus, uel quod ipsorum Philippi & Nerij culpa uel negligentia, aut iudicis imperitia uel nequitia fuerint euicta uel abuocata. Et insuper dicta domina Margarita dicto consensu ex causa dictæ dotis, dedit, cessit, transtulit & mandauit dictis Nerio & Philippo, ut supra recipientibus & stipulantibus omnia & singula iura, nomina & actiones, reales & personales, utiles & directas, ciuiles & pretorias, meras & mixtas, tacitas & expressas, anormalas & conuentionales, & quascunq; alias eidem dominæ Margaritæ quomodolibet competentes & competituras, inde uel super dictis bonis, & pro defensione & euictione dictorum bonorum, posuitq; ipsos Nerium & Philippum in locum & uniuersum ius suum quo ad iura prædicta, & constituit eos & quemlibet eorum procuratores ut in rem suam ita q; amodo dicti Nerius & Philippus, quilibet eorum possint & ualeant dictis iuribus & actionibus ut supra, cessis eorum nominibus proprijs uti, agere & experiri, excipere & replicare, consequi, prosequi, & se & dicta bona tueri, & omnia & singula alia facere, quæ potuisset dicta domina Margarita, ante præsentem concessionem & iurium cessionem. Et propterea dicti Nerius & Philippus dicto consensu & quilibet eorum in solidum se obligando, fecerunt eidem dominæ Margaritæ, ibidem præsentem, & pro se & suis hæredibus & successoribus recipienti & stipulanti, donationem propter nuptias, de libris quinquaginta secundum formam statutorum & ordinamentorum, communis Florentiæ.



## Artis Notariatus

Et promiserunt & solemnī stipulatione conuenerunt dicta domina Ma. & ut supra recipienti & stipulanti dictum podere, & bona supra contenta, & cōterminata eidem dominae reddere & restituere, & dictam donationem soluere, in omnem causam & euentum dotis reddendę uel consignandę, et donationis soluendę, constante matrimonio uel soluto Florentiæ, Pisis, Senis, Bononiæ, Lucæ, Ferrariæ, & generaliter ubiq; locorum & terrarum, ubi dicti Nerius & Philippus, & quilibet uel alter eorum inuenti & conuenti fuerint, fori priuilegio non obstante. Cum pacto appposito in præsentī contractu & solemnī stipulatione uallato inter ipsos contrahentes, quod quocumq; casus euenierit dicta dotis restituendę & donationis soluendę, constante matrimonio, uel soluto, liceat & licitum sit dicta domine Margaritæ, & suis hæredibus & successoribus dictum podere, & bona supra contenta & confinata, ac etiam alia bona dictorum Nerij & Philippi, & cuiuslibet uel alteri eorum sua propria auctoritate & sine licentia uel decreto alicuius iudicis uel curię ingredi, capere, tenere & usufructare, & quicquid sibi & suis hæredibus & successoribus deinceps placuerit facere, donec eidem dominae & suis hæredibus successoribus de dicta dote & donatione propter nuptias fuerit integrę solutum & satisfactum, fructibus in sortem minime computandis. Quæ omnia & singula supra scripta promiserunt & solemnibus stipulationibus conuenerunt, dicta supra scripta partes modis, nominibus et consensu, quibus supra sibi in uicem et uicissim una alteri et e conuerso, perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, ad implere et obseruare, et contra non dicere, facere uel uenire, per se uel alium seu alios aliqua ratione, iure, modo, causa uel ingenio de iure uel de facto in iudicio uel extrã, sub pœna dupli extimationis dictorum bonorum, et sub refectione damnorum expensarum ac interesse litis et extrã solemnī stipulatione promissa in singulis et pro singulis capitulis, membris siue articulis, præsentis contractus et instrumenti. Quæ pœna totiens committatur et peti et exigi possit et ualeat cum effectu quotiens contractū fuerit, siue uentum, uel ut dictum est, cum effectu non fuerit obseruatum. Quæ pœna commissa uel non, soluta uel non, exacta uel non, seu etiam gratis remissa prædicta et infra scripta omnia et singula, nihilominus perpetuo firma et rata maneat et perdurent. Pro quibus omnibus et singulis firmis et ratis habendis et tenendis, et pro dicta pœna soluenda si et quotiens commissa fuerit, dicta partes obligauerunt, et quilibet eorum in solidum obligauit sibi in uicem et uicissim solemnibus stipulationibus hincinde interuenientibus, et modis nominibus formis et consensu quibus supra, se ipsos et quemlibet eorum, et cuiuslibet eorum hæredes, et bona omnia et singula præsentia et futura. Quæ bona obligata constituerunt se ad in uicem et uicissim precario nomine quilibet eorum pro altera parte tenere et possidere. Renunciantes in prædictis omnibus et singulis exceptioni non sic facti et celebrati cōtractus, rei non sic gestæ, doli mali, uis, metus, fraudis, ob turpem causam sine causa, et ex iniusta causa, in factum actioni conditioni, fori priuilegio. Et dictus Nerius et Philippus dicto paterno consensu renunciauerunt, et quilibet eorum renunciauit beneficio nouæ et nouarum constitutionum, de pluribus reis debendis, et de Fideiussoribus, et Epistolæ diuī Adriani. Omnīq; alij Iuris legum Canonum et statutorū priuilegio, auxilio, et fauori et iuri et legi dicenti, generalem renunciationem non ualere, non sufficere, nisi præcesserit specialis, quibus per gratiam &c. Rogantes &c.

MANDA.



## MANDATVM

## Procuratorium et mandatū plenissimum.

IN dei nomine Amen. Año dñi nostri Ihesu Christi &c. Indictione septima. Die uero xv. mensis decembris. Actum Florentiæ & in populo sancti Laurentij de Florentia, & in domo habitationis infra scriptæ dominæ Cathæ. præsentibus testibus ad infra scripta omnia & singula uocatis, habitis & rogatis, uidelicet Guilielmo &c. An. &c. Dñâ Ca. filia olim Domini Francisci de Florentia, & uxor Leonardi Hieronymi de Florentia, & de populo S. Mariæ Del fiere de Flo. dicens & asserens se proprio mundualdo carere, & uolens infra scriptam procuracionem & mandatū, uel aliud instrumentum efficaciter & legitimè facere, petijt à me L. iudice ordinario & notario infra scripto, habente & qui habeo auctoritatē à Romano imperio & ex forma statutorum, ordinamentorum cōmunis Florentiæ dandi & concedendi, & datos confirmandi mulieribus mundualdos, quatenus eidem darem mundualdum, & pro suo legitimè mundualdo. N. ibidem præsentem & esse uolentem, cuius cum consensu, uerbo, licentiâ, parabola, & auctoritate dicta domina C. possit contrahere, pacisci, & se & sua bona efficaciter obligare, & omnia & singula eius negocia peragere, et maximè infra scripta. Cuius quidem mulieris petitioni fauens tanquam iustè, ego L. iudex ordinarius & Notarius antedictus & infra scriptus dictum N. ibidem præsentem & esse uolentem dedi constitui & decreui in suum & pro suo legitimo mundualdo, à prædicta & infra scripta petita per eam, & in prædictis meam & cōmunis Florentiæ, quibus fungor, auctoritatem interposui, pariter & decretum. Rogans me L. quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum & instrumenta, unum uel plura: Item postea ibidem in continenti dictis anno, Indictioni, die & loco, & coram dictis supra scriptis testibus, ad infra scripta, omnia & singula etiam uocatis, habitis & rogatis, præfata domina Ca. cum consensu, uerbo, licentiâ et auctoritate dicti N. eius legitimi mundualdi, ibidem præsentis et eidem dominæ Ca. in omnibus et singulis supra scriptis consentientis et consensum dantis et prestantis, et non reuocando, per hæc aliquem uel aliquos suos procuratores, hæcenus à se factos, nec gesta per eos, sed ea et eos potius cōfirmando, ratificando, et acceptando primo, et ante omnia dotes suas per dictum Leon. eius uirum et maritum, quando cūq; habitas et confessatas manu cuiuscūq; notarij. Et hoc si esset uidua, et uellet exigere dotem. Et certificata primo et ante omnia per me L. Notarium infra scriptum de præiudicio, et importantia præsentis contractus et instrumenti, et quid et quantum eidem dominæ præiudicare poterat, nec non de beneficio Velleiani senatus consulti, pro mulieribus introducto, ista uerba sunt potius superflua, sed non nocent uidelicet. Nec non usque ad ista uerba, de quibus omnibus dixit et asseruit se benè certioratam, et introducto, ista uerba sunt potius superflua, sed non nocent uidelicet. Nec non usque ad ista uerba, de quibus omnibus dixit et asseruit se benè certioratam et informatam esse, et omni meliori modo, uia, iure et forma, quo, qua, et quibus magis et melius potuit, fecit, constituit, creauit et solemniter ordinauit, suos ueros et legitimos procuratores, actores, factores et certos nuncios, speciales et quicquid melius dici et excogitari potest, prudentes uiros Iohan. et Marga. absentes, sed tanquam præsentibus ei, si intersint præsentibus et acceptantibus, et præsens mandatū in se legitimè suscipientes et quemlibet eorum in solidum et in totum, ita tamen quod occupantis conditio potior uel melior non existat: Vel dicas, ita quod non sit



## Artis Notariatus

mellior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequenti: sed quod per unum eorum inceptum fuerit, alter prosequi, mediare & cum effectu finire valeat, & tã ante litem contestatam quã postea. Generaliter in omnibus & singulis causis, litibus, quæstionibus controuersijs & differentijs dicte constituentis, præsentibus & futuris, & tã civilibus quã criminalibus, & seu mixtis & tam Ecclesiasticis quã secularibus, quam & seu quã dicta constituta ens habet & seu habitura est, cum quacumq; & quibuscumq; personis & persona, loco, communi, collegio, societate, & uniuersitate, coram tam præsentibus quã futuris, domino potestate, capitaneo, iudice & officiali appellationum & nullitatis oppositionum ciuitatis populi & communis Florentiæ, & coram quocumque & quibuscumque alijs rectoribus, iudicibus & officialibus, tam ecclesiasticis, quã secularibus dicte ciuitatis seu comitatus, uel districtus Florentiæ, seu alterius cuiuscumq; ciuitatis, terræ, castri uel loci, in quibuscumq; mundi partibus, quocumq; seu quibuscumq; nomine uel nominibus appellentur, & quocumq; fungantur officio uel regimine, seu coram quocumque, uel altero eorum & cuiuscumq; ipsorum, uel alterius eorum Iudice seu iudicibus uicarijs, militibus, Notario seu curia, aut ab eis uel a altero eorum & cuiuscumq; ipsorum libet delegatis uel subdelegatis ordinarijs, uel extra ordinarijs.

## Ad agendum.

**A**D agendum, causandum & defendendum libellum & libellos, dandum & recipiendum, & datis respondendum, excipiendum, protestandum, comparandum, & replicandum litem & lites contestandum, iuramentum calumnie, & cuiuslibet alterius generis iuramentum præstandum & subeundum in animam & super animam dicte constituentis, terminos et dilationes petendum et recipiendum, intentiones, positiones et capitula faciendum & formandum, & aduersę partis intentionibus, positionibus, & capitulis respondendum, confitendum uel negandum testes, instrumenta & iura quęlibet, & quęlibet probationum genera inducendum, producendum & allegandum iudices, Notarios & loca eligendum, et recusandum suspectos, et confidentes dandum, et tam suos quã partis aduersę testes iurari recipi et examinari petendum, & eorum dicte & attestaciones publicare uidentum, & faciendum, (si opus fuerit) de falso & uario accusandum, & eorum dicte & attestacionibus civiliter & criminaliter opponendum, consilium sapientis petendum, in causa & causis concludendum, sententiam et sententias audiendum, et dari et ferri petendum, & ab ea & ab eis, et quolibet grauamine appellandum, & de nullitate dicendum & opponendum, & causam & causas appellationis et nullitatis prosequendum usq; ad finem litis et causę, & generaliter ad omnia & singula alia faciendum, procurandum, gerendum & exercendum in prædictis & circa prædicta necessaria consueta, requisita & opportuna et quę & pro ut & sicut iuris ordo & merita causarum postulant, exigunt & requirunt, & quę & pro ut & sicut in causis requiritur, & sub agere & causari nomine, & seu nominibus comprehenduntur.

## Ad intrandum in tenutam.

**I**tem ad intrandum & adipiscendum tenutam et corporalem possessionem omnium & quorumcunq; bonorũ, ad dictam dominam Ca. quomodolibet pertinentiũ, & seu obligatorum et maxime eorũ, in quib. & super quibus pronunciata esset, uel pronuncietur tenuta in curia uel per curiam, dñi potestatis ciuitatis Florentiæ, uel alterius loci, siue per quamcunq; curiam alicuius alterius rectoris, uel officialis dicte Ciuitatis, ipsisque bonis & eorum tenutam  
utendum



utendum & fruendum, et insolutum petendum et recipiendum, et alteri locandum, si et quotiens dictis procuratoribus, uel alicui eorum uidebitur et placebit.

### Ad petendum in solutum.

Item ad petendum et recipiendum insolutum et pagamentis omnia et singula, et quæcunq; bona, iura uel res pro illis denarijs et quantitatibus, de quibus dictis procuratoribus uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad faciendum capi.

Item ad faciendum capi, et personaliter detineri, et in quibuscunq; carceribus poni, mitti, stagiri et recommendari, tangi, bachettari et arrestari omnes et singulos, et quoscunq; debitores et debitorum debitores dictæ constituētis, et singulos qui ad petitionem dictæ constituētis, uel sui procuratoris capi possit, tangi et bachettari, uel quomodolibet poterunt in futurum de iure uel secundum formam statutorum, et ordinamentorum communis Florentiæ, et ipsos sic captos, stagitos et recommendatos, et seu tactos et bacheratos, et arrestos relaxari, et licentiari faciendum, et pristinæ libertati restituendum et de ipsorum bonis rebus et iuribus pignori, stagiri et sequestrari petendum, et faciendum, et penes idoneas personas recommendandum, et ea et de eis insolutum et pagamentum dari et adiudicari petendum et faciendum, et recipiendum.

### Ad exigendum.

Item ad petendum et exigendum et recipiendum, et se habuisse et recepisse, confitendum et recognoscendum in totum, particulariter et diuisim, semel et pluries, omnes et singulos florenos et pecuniæ, et rerum quantitatibus et summas dictæ constituētis et debitas debendas, et omne in totum, et quicquid dicta constituētis petere potest, seu potuerit in futurum a quacunq; et quibuscunq; persona et personis, loco, communi, collegio, societate et uniuersitate, quacunq; ratione iure modo uel causa, cum scriptura uel sine, publica uel priuata, et de receptis et exactis, procuratores, uel alterum eorum, uel substituendis ab eis, et quolibet uel altero eorum, et hoc si habeant in mandatis ad substituendum. Et similiter facias in actibus subsequētib; et de his dicti procuratores uel alter eorum uel substituendi ab eis uel altero eorum exegerint uel receperint, seu habuisse et recepisse, concessi fuerint finem, quitationem, liberationem, absolutionem, et pactum perpetuum de ulterius non petendo, faciendum cum solemnitatibus et cautelis, modis et tenoribus personarum et bonorum obligationibus, renunciationibus et penis, de quibus et prout dictis procuratoribus uel substituendis ab eis et quolibet, uel altero eorum uel alteri eorum uidebitur et placebit.

### Ad exigendum credita montis.

Item ad petendum et exigendum et recipiendum et se habuisse et recepisse, confitendum et recognoscendum in totum, particulariter et diuisim, semel et pluries, et quotienscunq; omnes et singulos florenos et pecuniæ quantitates et summas, in quibus dicta constituētis reperiretur, seu descripta esset creditrix communis Florentiæ, super quocunq; monte, dictis communis cum pagis et donis interesse prædictis quantitatibus et summis debitis et debendis, et de his quæ dicti Procuratores uel alterum eorum exegerint et receperint, seu habuisse et recepisse confessi fuerint, finiendum, liberandum, et absoluendum,



## Artis Notariatus

dictū cōmune et officiales notarios & scribanos dicti cōmunis & montis pro dicto communi recipientes secundum stylum in talibus usitatum in omnibus & per omnia, & cum illis cautelis modis & tenoribus, de quibus & pro ut & sicut dictis procuratoribus uel substituendis ab eis & quolibet uel altero eorum uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad faciendum sumi rationes.

Item ad faciendum sumi & eleuari rationes & computa dictæ constituentis & conditionari, & permutari, & transcribi ad rationem & computum, & sub nomine dictorum procuratorum, uel alterius eorum, seu alterius cuiuscumque personæ simul particulariter & diuisim, semel & pluries, omnes & singulos florenos & pecuniæ quantitatis & summas, quas dicta constituens receperet & habere deberet à cōmuni Flo. & officialib. montis dicti cōmunis, & seu in quibus dicta cōstituens esset creditrix dicti cōmunis in libris quorūcunque montiū dicti cōmunis, cū pagis donis & interesse, pro dictis quantitatibus & summis & qualibet, uel altera eorū debitis & debendis, ad dandum & concedendum licentiam & liberam potestatem notarijs & officialibus & scribanis montis dicti communis dictas eleuationes, permutationes, & conditiones, & transcriptiones faciendi in omnibus & per omnia, secundum stylum in talibus usitatum.

### Ad accusandum.

Item ad accusandum, denunciandum, notificandum & inculpandū, et omnes & sing. & quoscunque qui aliquam offensam uel iniuriam fecerunt uel intulerunt aut facient uel inferent in futurum contra dictam cōstituentem, in persona uel in bonis ipsius, & omnes & singulos qui possunt uel poterunt accusari per dictā dominam C. cōstituentem, & propterea gabellam cōmuni Florentiæ soluendum, fideiussores dandum & rogandum, & ipsas accusationes & earum causas usque ad finem prosequendum.

### Ad excusandum.

Item specialiter & nominatim ad comparandum & representandū coram dño potestate ciuitatis Florentiæ & eius iudice maleficiorū ad dictam dominam Ca. constituentem excusandum & defendendū à quadam excusatione uel inquisitione, et contentis in ea contra ipsam, per dictū dominū potestatem & eius iudicem maleficiorum formatam, ad denunciationem A. iudici & occasione dictæ inquisitionis & totius processus, inde secuti, & propterea si opus fuerit negandum & confitendum, & pro ut dictis procuratoribus, uel alteri eorū uidebitur, omnia & sing. in dicta inquisitione & seu accusatione contenta, uera fuisse & esse contra dictam dominam C. & ad promittendum & satisfaciendum, & fideiussores rogandum & approbari faciendum & omnem debitam gabellam communi Florentiæ soluendum.

### Ad petendum abolitionem.

Item ad petendum abolitionem super quadam accusatione instituta per dictam constituentem in curia præsentis domini potestatis ciuitatis Florentiæ, & eius iudicis maleficiorum contra B. & super criminibus, maleficijs & delictis in dicta accusatione, deductis & seu renunciandum dictæ accusationi, & eius prosecutioni, & propterea debitam gabellam soluendū, & omnia & singula alia faciendum in prædictis & circa prædicta necessaria, consueta & opportuna.



**Ad Locandum.**

**I**tem ad locandum, dandum & concedendum ad pensionem ad medium et ad afflictum omnes & singulas possessiones, domos & bona dictæ constituentis, ubicunq; posita & existentia, cui & quibus pro illo tempore & mercede pactis modis & conditionibus, de quibus pro ut & sicut dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur, & placebit, & ea & quilibet uel altera eorum dislocandum & reassictandum, & ipsas pecunias mercedes & precia, & quæcunq; debita uel debenda, & dictis locationibus, uel alios quoscunq; fructus redditus et protentus quorumcunq; bonorum dictæ constituentis recipiendum & quæ dictam constituentem tenentur uel possidentur, recipiendum, exigendum & finiendum.

**Ad Vendendum.**

**I**tem ad uendendum, tradendum & alienandum, & quocunq; titulo in alium transferendum seu dandum, cambiandum & permutandum, omnia et singula bona, possessiones, res & iura & nomina dictæ constituentis, ubicunq; posita & existentia, & tam præsentia quam futura, seu debita uel debenda, cui & quibus & pro illo precio & precijs, de quibus & pro ut & sicut dictis procuratoribus & cuilibet uel alteri eorum uidebitur et placebit. Et ipsorum alium bonorum, precium recipiendum & concessandum, ipsorumq; tenentam & corporalem possessionem dandum, & tradendum & concedendum, & quoscunq; confessionarios & procuratores, tanquam in rem suam ponendum & constituendum, & de ipsorum defensione, & in casu euictionis de precij restitutione promittendum & cauendum, & huiusmodi uenditionum & alienationum instrumenta conficiendum, uallandum & roborandum, & uallari & roborari faciendum, cum omnibus & singulis pactis, promissionibus, obligationibus, renunciationibus, pœnis, preceptis guarantigiæ, & cautelis in talibus ususitatis, secundum stilum Notariorum ciuitatis Florentiæ, & etiam de quibus & pro ut & sicut dictis Procuratoribus & cuilibet uel alteri eorum uidebitur, & in talibus uenditionibus & alienationibus fideiussorem & fideiussores dandum & rogandum, & omnia faciendū in prædictis opportuna.

**Ad Emendum.**

**I**tem ad emendum, & titulo emptionis acquirendum omnia & quæcunq; bona, iura, res & mercantias, & omnia de quibus, & pro ut dictis procuratoribus & cuilibet, uel alteri eorum uidebitur & placebit ei ab illo & illis, & pro eo pretio & precijs, & sub illis formis & modis, & cum illis cautelis & eo modo & forma, & pro ut & sicut eisdem, & cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit, preciumq; seu pretia soluendum, seu ad quemcunq; seu quoscunq; terminos promittendum, tenentam & corporalem possessionem, capiendum & recipiendum, & huiusmodi bona tenendum & possidendum, usu fructandam, locandum & uendendum, & omnia faciendum quæ & de quibus, & pro ut de ipsorum & cuiuslibet uel alterius eorum procuratorem libera processerit uoluntate, et si opus fuerit ad compellendum omnes & singulos, qui de iure uel secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis Florentiæ ad aliquid eidem constituenti, uendendum seu reuendendum, quomolibet cogi uel compelli possent uel poterunt in futurū, et propterea, (si opus fuerit) pro pretijs declarandis amicos communes eligendum, satisfaciendum et omnia alia requisita faciendum, et omnia et singularem et procurandū.



quæ et de quibus, et pro ut et sicut dictis procuratoribus et cuilibet uel alteri eorum in solidum uidebitur et placebit.

### Ad Donandum.

Item ad Donandum et titulo donationis tam pure et simpliciter inter uos quàm conditionaliter, et seu mixte et sub quacuncq; forma, et pro ut dictis procuratoribus et cuilibet uel alteri eorum in solidum uidebitur et placebit transferendum semel, et pluries et totiens quotiens, eisdem et cuilibet uel alteri eorum uidebitur, et placebit illi uel illis hominibus et personis cuiuscumque ætatis uel sexus, cui uel quibus dictis procuratoribus et cuilibet, uel alteri eorum libere uidebitur et placebit, quæcuncq; bona et iura, et de quibuscuncq; bonis et iuribus dictæ constitutionis, tam præsentibus quàm futuris, ad ipsam constituentem quouis modo, iure uel causa, competentibus, pertinentibus, et spectantibus, aut quomodocuncq; competituris, et cum precarij constitutione et cessionibus iurium et constitutionibus procuratorum, ut in rem suam et cum pactis, pœnis, solemnitatibus obligationibus, renunciationibus et alijs de quibus, et pro ut dictis procuratoribus, et cuilibet eorum in solidum uidebitur, et placebit etiam in quacuncq; magna et maxima quantitate, ualore et estimatione, etiam si talia forent, de quibus dici posset dictam constituentem in specie uel specialiter non cogitasse, uel consensisse, et etiam si de eis fieri deberet mentio specialis et expressa, qua ex nunc pro ut ex tunc, et ex tunc pro ut ex nunc, hic pro expressis et specificatis haberi uoluerit in præsentis mandato, et propterea si ascenderent ad tantam summam, uel tantæ estimationis essent, quæ insinuari deberet, ad petendum et faciendum huiusmodi donationem et eius instrumentum insinuari.

### Ad nominandum in Iudicio.

Item ad nominandum in iudicio et extra, et coram quocuncq; iudice et officiali ciuitatis Florentiæ omnem et quancuncq; personam et seu personas, locum, et commune collegium societatem et uniuersitatem in dominum et possessorem, et pro domino et possessore omnium et quorumcuncq; bonorum et iurium, de quibus eidem constituenti, quomodocuncq; factum esset, uel in futurum fieret, preceptum de disgumbrando, uel iudicium contra causa, quomodolibet moueretur contra dictam constituentem, in quacuncq; curia, et comunis Florentiæ ad petitionem cuiuscuncq; persone, occasione cuiuscuncq; iuris.

### Ad acceptandum nominationem.

Item ad recipiendum omnem et quancuncq; nominationem de dicta constitutione factam seu fiendam, de quibuscuncq; bonis, de quibus factum esset preceptum de disgumbrando, uel aliquod iudicium, aut lis moueretur, cuiuscuncq; et quibuscuncq; persone et personis ad petitionem cuiuscuncq; persone, coram iudice et ad omnia et singula alia faciendum in prædictis, et circa prædicta opportuna.

### Ad conducendum.

Item ad conducendum, et titulo conductionis recipiendum ad pensionem, ad medium uel ad fictum, uel in Emphiteosim, uel in feudum omnes et singulas possessiones domos bona res et iura quæcuncq; ubicuncq; posita et existentia, sub quibuscuncq; uocabulis et confinibus ab illo uel illis, à quo uel quibus



bus et pro illo tempore et termino pensione et mercede, uel affictu et pactis modis et conditionibus et capitulis, de quibus et pro ut et sicut dictis procuratoribus, et cuiuslibet uel alteri eorum uidebitur et placebit.

### Ad petendum consignari Dotem.

Item specialiter et nominatim ad petendum dictæ dominæ Ca. consignari dotē et donationem propter nuptias ipsius dominæ Ca. et iurandum et iuramentum præstandum in animam et super animam dictæ cōstituentis casum consignandæ dictæ dotis euenisse et extitisse, propter uergentiam ad inopiam dicti L. sui uiri et mariti, et propterea ad petendum et recipiendum licentiam et approbationem à magnificis dominis, prioribus libertatis et uexillifero, iustitię populi et communis Florentiæ, et eorum collegis, et ad soluendā propterea debitam taxam, et ad omnia et singula alia faciendum in prædictis et circa prædicta necessaria, consueta, requisita et opportuna.

### Ad cedendum Iura.

Item ad cedendum et mandandum, et quocunq; titulo in alium transferendum omnia et singula iura et actiones, reales et personales, utiles et directas, meras et mixtas, tacitas et expressas anormales et conventionales, et quascunq; alias dictæ constituenti competentes, et quomodolibet competituras, cui et quibus dictis procuratoribus et cuiuslibet, uel alteri eorum uidebitur, et placebit in huiusmodi cessionibus precium et pretia, recipiendum et confitendum, uel ex causa donationis huiusmodi cessionis, faciendum et ad constituendum cessionarios procuratores, ut in rem suam et ponendum in locum et uniuersum ius dictę constituentis. Dictasq; cessiones et iurium transactiones et instrumenta, inde conficienda, uallandum et roborandum, et uallari et roborari faciendum omnibus et singulis pactis promissionibus, obligationibus renunciationibus penis, præceptis guarantigiæ, et alijs cautelis in talibus usitatis secundum stilum Notariorum ciuitatis Florentiæ, et etiam de quibus, et pro ut et sicut dictis procuratoribus et cuiuslibet, uel alteri eorum uidebitur et placebit.

### Ad contrahendum matrimonium.

Item ad contrahendum matrimonium, cum L. uel eius procuratore, et in eum tanquam in eiusdem dominæ Ca. uirum et maritum per uerba, de præsententi consentiendum ab eo uel eius procuratore, anulum in signum ueri et legitimi matrimonij recipiendum, et omnia et singula alia faciendum in talibus, opportuna et etiam usitata.

### Ad confitendum Dotem.

Item ad confitendum et ipsum constituentem principalem, obligandum simul quā separatiim et tam fideiussorio nomine, quā quouis alio modo, uel forma ad quæcunq;, seu quascunq; futuras dotes et donationem, propter nuptias per dictos procuratores, & quemlibet uel alterum eorum recipiendas, seu etiam confitendas cuiuscunq; & de quacunq; futura uxore legitima dicti constituentis, uel cuiuscunq; alterius persone, cum pactis cap. clausulis, et eodem & forma, pro ut & quemadmodum dictis procuratoribus & cuiuslibet, uel alteri eorum uidebitur & placebit, & pro ut & quemadmodū ab ipsa uel ipsis futura uxore uel uxoribus, uel alio, seu alijs fuerint quomodocunq; requisiti.



**Ad Compromittendum.**

Item ad compromittendum & committendum, & compromissum generale & speciale petendum & faciendum, & huiusmodi compromissa prorogandum & seu de nouo faciendum, cum quacumque persona & personis, loco communi collegio societate & uniuersitate, de omnibus & singulis litibus causis quaestionibus, & controuersis ortis & oriundis, de quacumque re, iure uel causa, semel & pluries, & quotienscumque in arbitros & arbitratores unum & plures, & tertium arbitrum & arbitratorem eligendum & nominandum, & ad dandum licentiam, seu ad substituendum & subrogandum dictos arbitros et arbitratos, & seu cancellarium curiae mercantiae pro tempore existente, & quemlibet eorum in solidum eligendum, & seu extrahendum de Bursa recursus curiae mercantiae ciuitatis Florentiae, in tertium coarbitrum & coarbitratorem, & ad dandum & concedendum arbitris & arbitratoribus eligendis, & cuiilibet eorum & cuiicumque ex eis tam simul omnibus in concordia, quam in solidum particulariter & diuisim plenam licentiam et liberam potestatem, auctoritatem & Balam, & de supradictis litibus, quaestionibus & controuersis, & quilibet uel altera earum laudandi, sententiandi, arbitrandi & diffinendi & mandandi, & de rebus & bonis unius partis, alteri parti dandi & ad iudicandi & laudata & sententiata & arbitrata uel diffinita, semel et pluries, & quotienscumque reuocandi, cassandi & annullandi, minuendi & reformandi alte & Basse, de iure & de facto, & de iure tantum & de facto tantum, sedendo recte, stando, partibus praesentibus & absentibus, citatis & non citatis, una praesente & altera absente, iuris ordine seruato, & non seruato, & omni iuris & iudicij ordine pretermissis, & quolibet die loco & tempore, quantumcumque prohibito aut feriato, & ad faciendum & apponendum in huiusmodi compromisso & compromissis faciendis speciale pactum, quod de omni & toto eo de quo uel super quo laudari, sentiri uel arbitrari contigerit, intelligatur fuisse & esse inter partes compromittentes litem causam quaestionem uel controuersiam, & in compromissum uel compromissa uenisse, deinde ac si de eo uel eis in compromisso uel compromissis specialis mentio facta esset, & in talibus compromissis fideiussore, unum & plures dandum, & rogandum & de praedictis & pro praedictis, & quolibet eorum dependentibus & annexis ab eis faciendum, et confici faciendum contractus et instrumenta, scripturas et cautiones, tam publicas quam priuatas uallandum et roborandum, omnibus et sing. pactis promissionibus, stipulationibus, poenis, et penarum adfectionibus, renunciationibus et preceptis garantigiae, et omnibus et singulis alijs capitulis clausulis et solemnibus oportunitis et consuetis, maxime secundum stilum et consuetudinem Notariorum ciuitatis Florentiae, et ad interessendum prolationi cuiuscumque laudi et arbitramenti fiendi per huiusmodi arbitros et arbitratores, ipsa quoque audiendum, approbandum et improbandum, prout et sicut dictis procuratoribus uel alteri eorum uidebitur, ac etiam huiusmodi lauda et arbitramenta, notificandum et notificari faciendum et ipsorum notificationem, recipiendum, ipsa quoque ratificandum, approbandum et emologandum, tam in praesentia quam in absentia alterius partis secundum formam statutorum et ordinamentorum communis Florentiae. Vel dicas.

**Ad Ratificandum laudum.**

Item ad interessendum et praesentiam prestandum, omni et cuiicumque laudando sententiae arbitrio, siue arbitramento dando uel ferendo inter dictos constituentes, et aliam uel alias quascumque personas locum, commune, collegium, societate



societatem uel uniuersitatem, per quoscunq; uel quoscunq; arbitros uel arbitratores et amicales compositores, amicos communes, et bonos uiros, quando eunq; et quomodocunq;, ipsumq; et ipsa huiusmodi lauda, arbitria siue arbitramenta ratificandum, acceptandum et emologandum, aut impugnandum contradicendum, appellandum et de nullitate opponendum, et ad arbitrium boni uiri reduci petendum et huiusmodi lauda arbitria seu arbitramenta exequendum, et executioni mandandum et obseruandum, et ad implendum et exequi, et executioni mandari et obseruari, et ad impleri petendum et faciendum per partem aduersam et in praedictis et quolibet praedictorum se gerendum eo modo et forma, et pro ut eisdem procuratoribus uel alteri eorum libere uidebitur, et placebit. Nec non dicta huiusmodi lauda, arbitria, siue arbitramenta notificandum et notificari petendum et faciendum, tam per instrumentum quam per nuncium et praconem publicos qui per modum notificationis in praesentia partis aduersae, quam per alium quencunq; modum requisitum, tam de iure quam ex forma statutorum communis Florentiae, pro ualiditate dictorum laudorum, et ut executionem mereantur eo modo et forma, et pro ut dictis procuratoribus, uel alteri eorum libere uidebitur et placebit.

### Ad petendum compromissum.

Item ad petendum impetrandum et obtinendum in curia praesentis domini potestatis ciuitatis Florentiae, seu futuri domini potestatis ciuitatis Florentiae, et seu coram ipso potestate uel eius iudicibus, collateralibus, officialibus, et alijs quibuscunq; rectoribus et officialibus ciuitatis Florentiae, et coram tam praesenti quam futuro officio regularum ciuitatis Florentiae, et eorum Notarijs compromissum, tam generale quam speciale, cum quocunq;, seu quibuscunq; consanguineis confortibus, et seu coniunctis dictae constituens, uel alijs quibuscunq; personis, de et super litibus quaestionibus et controuersijs uertentibus ortis seu oriundis, quacunq; de causa, et maxime secundum formam statutorum ciuitatis Florentiae, de materia disponentium et super dictis compromissis fiendis fideiussores praestandum et praestari petendum, et exinde etiam grauamen ac cohercionem contra partem aduersam fieri petendum, et contra personam, et bona etiam per multam condemnationem, et per omnia iuris et statutorum remedia, et omnia et singula alia in praedictis et circa praedicta petendum, faciendum et obtinendum, quae fuerunt opportuna, et seu dictis procuratoribus, uel alteri eorum libere uidebitur, et placebit.

### Ad acceptandum et renunciandum officia.

Item ad renunciandum omnibus & singulis officijs muneribus & honoribus ad quae dictus constituens extrahetur, eligeretur, nominaretur seu assumeretur in ciuitate comitatu uel districtu Florentiae uel alibi ubicunq; & uel ipsa officia munera & honores acceptandum si & quando, & quotiens dictis procuratoribus & cuiuslibet uel alteri eorum libere uidebitur & placebit.

### Ad transigendum.

Item ad transigendum componendum conueniendum & paciscendum & transactiones compositiones conuentiones & pacta faciendum cum quacunq; & quibuscunq;, persona & personis loco communi collegio, societate & uniueritate,



## Artis Notariatus

ueritate, cū quib. dictis procuratorib. & cui libet uel alteri eorum uidebitur et placebit, & instrumenta inde facienda uallanda & roboranda & uallari & roborari faciendum omnibus & singulis pactis promissionibus, obligationibus, renunciationibus, penis, preceptis guarantigiæ, & cautelis in talibus usitatis secundum stilum Notariorum ciuitatis Florentiæ, de & super quibuscunq; re causa negotio mercantijs pecunijs, & summis & rebus quibuscunq; in scriptis & sine scriptis, & pro ut & sicut dictis procuratoribus & cui libet uel alteri eorum uidebitur & placebit,

### Ad recipiendum Mutuo.

Item ad recipiendum & acquirendum, & se recepisse confitendum mutuo & ex causa mutui, & seu depositi omnes & singulos florenorum & pecuniæ quantitates quas & de quibus dictis procuratoribus uel alteri eorum uidebitur et placebit. Dictasq; quantitates & summas restituere promittendū eo modo & forma tempore loco & locis, de quibus & pro ut & sicut dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur & placebit. Et propterea dictam constituentem & eius hæredes & bona obligandum fideiussores dandum & rogandum & de prædictis rogari confici faciendum instrumentum & instrumenta, unum & plura uallanda & roboranda omnibus & singulis pactis promissionibus, obligationibus, renunciationibus penis preceptis guarantigiæ & cautelis in talibus usitatis, secundum stilum Notariorum ciuitatis Florentiæ.

### Ad faciendum pacem.

Item ad reddendum & faciendum ineundum & mandandum pacem concordiam remissionem, & seu treugam, de omnibus & singulis iniurijs, offensis illatis uel factis usq; in præsentem diem in persona, uel bonis dictæ constituentis, & maximè de eo quod dicitur M. B. F. percussisse dictam D. C. de præsentem anno &c. Et de omnibus & singulis inquisitionibus, accusationibus processibus pro prædictis iniurijs & offensis, uel aliqua eorum, securis seu secururis, & de prædictis & quolibet prædictorum rogari, confici instrumentum & instrumenta, uallanda & roboranda, omnibus & singulis pactis promissionibus, obligationibus, renunciationibus penis & preceptis guarantigiæ & cautelis in talibus usitatis secundum stilum notariorum ciuitatis Florentiæ, & etiam de quibus & pro ut & sicut dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad Reuidendum et recalcandum rationes.

Item ad reuidendum, saldandum & calcandum & in saldo & calculo ponendum omnes & singulas rationes et computa, cuiuscunq; rei, & seu rerum quantitatum & summarum occasione, cuiuscunq; banchi mercantiarū & negotiorum societatis seu traffici, & seu ab eis uel aliquo eorum dependentibus, & ipsis societatibus finitis, etiam nouas societates faciendum, reficiendum & reformandum in scriptis, & sine scriptis, & quotiens, & pro ut & sicut dictis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad Cambiandum.

Item ad Cambiandum & recambiandum et cambia quæcunq; faciendum et soluendum promissiones, reformationes, obligationes et denarios in quacunq;



cunq̄ summa etiam maxima eius nomine dandum & soluendum et recipiendum, et in banchis et quibuscunq̄ libris scribi et poni faciendum. Ac etiam mercandum, negociandum et trafficanum, et mercantias emendum et uendendum et baractandū ad credentiam, uel ad denarios mercata scribi et cancellari transcribi et translatari petendum et faciendum, nauigia et eorum mercantias securandum. Et omnia in prædictis dicendum, faciendum, et fieri faciendum necessaria, requisita & oportuna, et pro ut et sicut dictis procuratoribus uel alteri eorum uidebitur et placebit.

### Ad consentiendum filio.

Item specialiter et nominatim ad consentiendum et auctorandum et consensum et licentiam dandum et concedendam Iacobo filio dicti constituentis, in et super quocunq̄ contractu uel obligatione fiendo et celebrando, per dictum Iacobum tam nomine proprio quā alieno, et de omni promissione cautione et obligatione fienda, per dictum Iacobum et eo modo et forma, et pro ut et sicut facti qualitas et iuris ordo postulabūt et requirent, et pro ut et sicut dictis procuratoribus uel alteri eorum uidebitur et placebit.

### Ad petendum Beneficium restitutionis in integrum.

Item ad petendum Beneficium restitutionis in integrum principaliter, seu incidenter uel emergenter, siet quotiens opus fuerit aduersus quādam hæreditatem et cuiusdam hæreditatis olim Sempronij Ticij aditam, per dictū Sempronium, tunc minorem xvij. annis, maiorem uero xiiij. cum auctoritate, uerbo consensu ac licentia Pauli Ioannis dicti constituentis, curatoris, et dictum constituentem restitui faciendum aduersus dictam hæreditatem, ut se à dicta hæreditate ualeat abstinere, et ad faciendum, gerendum et exercendum in prædictis, et circa prædicta omnia et singula opportuna, et expedientia de iure, et secundum formam statutorum et ordinamentorū cōmunis Florentiæ, et que et de quibus, et pro ut et sicut dictis summis procuratoribus et cuiilibet uel alteri eorum in solidum uidebitur et placebit.

### Ad Baptizandum.

Item ad Baptizandum et ad sanctum fontem baptizantis tenendum et lauari petendum filium uel filiam nasciturum uel nascituram, uel iam natum ex Petro Martini ciue Flor. et ex dñā Margarita uxore dicti Petri, et ab eodem sacro fonte eleuandum, et ad respondendum pro dicto constituyente sacerdoti Baptizanti credulitatem Christianę fidei, et ad renunciandum sarhanę, et omnibus pompis eius, et ad respondendum, dicendum et promittendum, et obseruandum, et ad implendum omnia et singula in prædictis et circa prædicta requisita, et expedientia necessaria et oportuna, de iure et secundū ritum et consuetudinem usitatam.

### Ad recognoscendum scriptam.

Item ad uidendum, audiendum et intelligendum, pro dicta constituyente in iudicio et extra, et ubicunq̄ in fra scriptam et cautionem priuatam in fra scripti tenoris uidelicet. Al nome de dio. et c. ad ducendum, respondendum atque recognoscendum in iudicio et extra, et ubicunque locorum pro dicta constituyente, supra dictam scriptam, cuius tenor supra patet à principio usque



## Artis Notariatus

usq; ad finem fuisse & esse scriptam & factam propria manu dicti constituentis, uel subscriptam propria manu dicti constituentis. Ac etiam dicendum & respondendum, ad recognoscendum dictam scriptam & cautionem priuatam & omnia mea contenta fuisse & esse scripta & confecta, de presentia, consensu & uoluntate, dictæ constituentis, & ad faciendum in prædictis & circa prædicta omnes responsiones necessarias, requisitas, & oportunas ad mandata iudicis seu alterius cuiuscunq; in iudicio seu extra, et pro ut de ipsorum uel alterius ipsorum procuratorum, libera processerit uoluntate.

### Ad petendum Instrumenta.

Item ad petendum, sibi fieri, extendi, publicari, compleri, dari & tradi omnia & singula instrumenta acta & iura ad dictam constituentem, quomodolibet pertinentia & spectantia, etiam pro suo interesse, & omni modo & etiam copias in publicam formam, totiens, quotiens & pro ut dictis suis procuratoribus, uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad componendum.

Item ad se componendū & compositiones quascunq; faciendum, cum quibuscunq; officialibus communis Florentiæ, tam super uenditionibus bonorum & ex actionibus debitorum, onerum, grauedinum & præstantiarum quascunq; communis Florentiæ, qui super compositionibus quorumcunq; debitorum communis Florentiæ, & tam presentibus quam futuris, & tam pro omni debito præterio quam futuro, ad quod & que dicta constituens modo aliquo teneretur, seu tenebitur in futurū dicto, communi Florentiæ. Et propterea si opus fuerit fideiussorem uel fideiussores dandum & præstandum, depositum faciendum, & huiusmodi compositiones soluendum & obseruandum, & omnia & singula alia faciendum, in prædictis requisita, seu quæ & de quibus, & pro ut dictis procuratoribus & cuilibet, uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad Recurrendum.

Item ad Recurrendum & reclamandum, & quæcunq; grauamina opponendum, & recursus quoscunq; faciendum contra quæcunq;, seu quascunq; uenditiones, alienationes, incorporaciones, uel alios quoscunq; actus fiendos, per quoscunq; officiales communis Florentiæ, aut auctoritate communis Florentiæ se gerentes, de quibuscunq; bonis rebus uel iuribus, tam ipsius constituentis, quam alterius cuiuscunq; personæ, in quibus dicta constituens preterderet, uel in futurum pretendere posset aliquod interesse, & tam coram magnificis dominis communis Florentiæ, quam coram quibuscunq; officialibus & officio, uel officijs, tam dicti communis, quam pro dicto communi Florentiæ, & ubi & apud quem uel apud quos fuerit expediens. Et huiusmodi recursus & reclamaciones prosequendum, usq; ad finem inclusiue. Et omnia & singula alia in prædictis, & circa prædicta, faciendum, quæ & de quibus, & pro ut dictis procuratoribus, & cuilibet, uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad comparandum coram dominis, et dandum petitiones.

Item ad comparandum semel & pluries, & quotiens dictis procuratoribus & cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit, coram magnificis & potentibus



tibus dominis dñs prioribus libertatis & vexillifero iusticie populi & comunis Florentiæ tam presentibus quam futuris, & coram eis querelandum conquerendum & denunciandum omnem quamlibet & quancunq; personam tam popularem quam magnatem, contra et aduersus dictam constituentem, committentem uel perpetrantem, uel quæ comisset uel comitteret uel perpetraret in futurum aliquam iniuriam, maiestatem, maleficium, delictum uel excessum, realiter uel personaliter, uel alio quouis modo, & ad petendum huiusmodi delinquentem fieri & pronunciarî magnatem & de numero magnatum ciuitatis, comitatus & districtus Florentiæ, et si magnates forent huiusmodi delinquentes ad petendum eosdem pronunciarî & declarari magnates ciuitatis comitatus & districtus Florentiæ, & contra eosdem sortiri effectum omnes leges & ordinamenta dicti populi & comunis Florentiæ, de materia disponentia, & propterea omnem et quancunq; taxam & solutionem uel gabelam faciendum, et in predictis agendum et peragendum, et omnia faciendum quæ et de quibus et pro ut dictis procuratoribus et cuilibet uel alteri eorum uidebitur et placebit.

### Ad reuocandum Procuratorem.

Item ad reuocandum, cassandum et annullandum omne et quodcunq; mandatum et omnia quecunq; mandata, et procuraciones factas seu fiendas per dictam dominam Ca. constituentem prædictam in quacunq; & seu quascunq; personam et seu personas, ad quoscunq; actus seu negotia facta, et seu collata fuissent, et seu in futurum essent, et mandatum prædictum, et omnia et sing. in huiusmodi procuracione et mandato contenta seu continenda, nec non ipsos procuratores constitutos, et seu constituendos à dictis huiusmodi procuratoribus et eorum mandatis, nec non omnes et singulos substitutos uel nominatos, et seu substituendos & nominandos à dictis huiusmodi principalibus procuratoribus et ipsorum substitutiones, et mandata prædicta reuocandum, cassandum et annullandum, Ac etiam ad denunciandum, notificandum et protestandum eisdem seu cuiuscunq; ex eis quod nihil gerant, faciant uel procurent, uigore huiusmodi mandati seu substitutionis sub cõminatione, pœna grauaminibus, modis et formis, pro ut et sicut dictis procuratoribus, et cuilibet uel alteri eorum uidebitur et placebit. Nec non etiam ad notificandum et protestandum dictis reuocatis seu reuocandis, et seu cuiuscunq; ex eius reuocationem, cassationem et annullationem supradictam et contenta in eis. Et insuper in prædictis omnibus tam in iudicio quam extrà faciendum et fieri faciendum ita et quemadmodum de iure requiritur et usitatum est.

### Ad notificandum Instrumenta.

Item ad notificandum et protestandum intimandum et denunciandum in iudicio et extra, et seu per acta et seu per instrumenta, et per omnem modum, et quotiens dictis procuratoribus et cuilibet uel alteri eorum placuerit Ant. Philippi quoddam instrumentum rogatum manu ser. Colluci Iohannis ciuis et Notarij Florentini, et omnia in eo contenta. Ad hoc maxime ut dictus Antonius nullam de prædictis possit ignorantie causam prætere uel allegare, et ad omnia et singula alia faciendum ut dictum instrumentum suum sortitur effectum.

### Ad præstandum fideiussores.

Item ad dandum et præstandum in et super dictis et infrascriptis omnibus et singulis et in, et super quibuscunq; contractibus et instrumentis in iudicio



## Artis Notariatus

& extra fideiussores unum & seu plures & tot quot dictis procuratoribus et cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit cum approbatione uel sine, cum solutione gabellæ uel sine, cum precibus & mandatis uel sine, cum regressib. & omnibus & singulis promissionibus, obligationibus, cautionibus, cautelis & securitatibus, in omnem casum ad libitum ipsorum procuratorum & cuiuslibet uel alterius eorum faciendum & præstandum, & etiam huiusmodi Fideiussoribus de conseruando indemnes & penitus sine damno, promittendum & securandum, & omnia & singula alia faciendum in prædictis & circa prædicta necessaria, consueta & oportuna, & pro ut & sicut dictis procuratoribus, & cuilibet uel alteri eorum libere uidebitur & placebit.

### Ad fideiubendum.

Item ad fideiubendum & satisfidandum, & in quacunque obligatione & pro quacunque & seu quibuscunque persona & personis loco, communi, collegio, societate, uniuersitate intercedendum, in & pro omni & quacunque quantitate, pro qua & cui et quibus et cum illis promissionibus obligationibus renunciationibus & modis & formis, & pro ut & sicut, & quemadmodum dictis procuratoribus & cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad acceptandum Beneficium.

Item ad acceptandum quodcunque Beneficium sibi constituenti seu dictis eius procuratoribus, & cuilibet uel alteri eorum nomine ipsius constituentis, collatum uel conferendum, et propterea tantam et corporalem possessionem tenendum & accipiendum pro dicto constituyente.

### Ad resignandum Beneficia.

Item ad resignandum beneficia uel capellam & capellas liberè absque aliqua pronuntiatione, ac etiam quodcunque aliud beneficium & ad petendum huiusmodi resignationem admitti per dominum archiepiscopum seu alium ad hoc potestatem habentem, ut & pro ut & sicut dictis procuratoribus & cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad impetrandum Licentiam.

Item ad impetrandum petendum semel & pluries et quotiens uoluerint, et dictis procuratoribus, et cuilibet uel alteri eorum uidebitur et placebit, omnem et quancunque gratiam et seu Beneficium in et super quacunque re, negotio, causa et occasione cuiuscunque rei et negotij, uel causæ dicti constituentis a quocunque superiore et superioribus in quacunque dignitate constitutis.

### Ad præsentandum.

Item ad præsentandum D. b. electum et seu eligendum per dictum constituentem ad rectoriam sancti Laurentij de Flo. ac ipsum electum præsentandum cuiuscunque superiori qui potestatem haberet eum confirmandi, ad petendum eum confirmari ad rectoriam, et in rectorem dictæ ecclesiæ, et ad omnia et singula alia faciendum, procurandum, gerendum et exercendum quæ in prædictis et circa prædicta fuerint quomodolibet necessaria, requisita et oportuna.

### Ad petendum dari Tutorem.

Item ad petendum et faciendum dari tutorem et curatorem et tutores, et curatores hereditatis iacenti quondam Ma. Federici illi uel illos quem uel quos dicta



dictis procuratoribus & cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit, & seu quem uel quos nominabunt & ad nominandū semel & pluries, & ad omnia & singula alia faciendum, dicendum procurandum & exercendū in prædictis & circa prædicta necessaria consueta & oportuna.

### Ad recipiendum Depositum.

Item ad faciendum seu etiam recipiendum pro ipsa constituyente omne & quodcunq; depositum & deposita in iudicio & extra expediens & seu consuetum ex quacunq; re, causa, lite seu negotio dictæ constituentis, & generaliter omne quodcunq; depositum faciendum & recipiendum, quotiens & pro ut de ipsorum procuratorum & cuiuslibet uel alterius eorum libera processerit uoluntate.

### Ad consentiendum cuicunq; negotio.

Item ad consentiendum & expressum consensum, parabolam & licentiam dandum & concedendum pro nomine dictæ constituentis super quocunq; contractu uel obligatione fienda & celebranda, per quancunq; personam nomine dictæ constituentis uel alieno nomine, & super quo, qua & quibus quomodolibet requireretur consensus & licentia dictæ constituentis tacite & expresse, & eo modo & forma, & pro ut & sicut dictis procuratoribus & cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit.

### Ad exigendum à Camera.

Item ad petendum, exigendum & recipiendum, & se habuisse et recepisse confitendum & recognoscendum in iudicio & extra particulariter et in totum, florenos centum aurilargos, eidem constituenti debitos uel debendos, quos dictus A. constituens habere debet uel habere debet in futurū à comuni Florentiæ seu à camerarijs camere cōmunis Flo. seu à dominis decem balie dictæ communis, occasione, causa uel pretextu salarij, stipendij uel solis di ipsius A. uel alia quacunq; de causa ratione uel modo, quæ quomodolibet dici uel excogitari possit cum scriptura uel sine, publica uel priuata pure in diem uel sub conditione & exinde se nomine dicti constituentis bene pagatum tacitum & contentum uocandum, et de exactis finiendum & finem, quietationem, liberationem, absolutionem, remissionem & pactum perpetuum faciendum de ulterius aliquid non petendo ad sensum sapientis, & ad uoluntatē dicti communis Florentiæ, & seu dictorum camerariorum uel decem balie dicti communis Florentiæ.

### Ad finiendum.

Item ad finiendum & faciendum finem remissionem, quietationem, liberationem, absolutionem, transactionem & pactum perpetuum de ulterius non petendo, tam generaliter quàm specialiter, & eo modo, & forma, & pro ut & sicut de dictorum procuratorum, & cuiuslibet uel alterius eorum libera processerit uoluntate, de omni & toto, eo quod dicta constituens petere seu recipere uel habere debet, nunc uel in futurum, à quacunq; uel quibuscunq; persona & personis, loco, communi, collegio, societate et uniuersitate cū scriptura uel sine, publica uel priuata, pure in diem uel sub conditione, quacunq; ratione, & de prædictis omnibus & singulis, & dependentibus et connexis ab eisdem omnibus et singulis compositiones et pacta faciendum cum omni et quacunq; et seu quibuscunq; persona et personis, & pro ut et sicut dictis procuratoribus et cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit.



Artis Notariatus  
**Ad substituendum.**

Item ad substituendum & loco sui ponendum & surrogandum procuratorem & procuratores unum uel plures, semel & pluries, & totiens quotiens dictis procuratoribus, & cuilibet uel alteri eorum uidebitur & placebit, & dictos procuratores sic substitutos & seu substituendos reuocandum, præfenti principali mandato nihilominus semper in suo robore & firmitate remanente. Et generaliter ad omnia & singula faciendum, gerendum, procurandum, & exercendum quæ in prædictis & circa prædicta, & quolibet prædictorum uiderint necessaria, utilia & quomodolibet opportuna, & quæ iuris ordo & facti qualitas prædicti postulant, exigunt & requirunt, & quæ ipsamet constituens facere & exercere posset si præfens esset, & insuper ad omnia & singula negotia dictæ constituentis etiam si talia essent quæ mandatum exigent magis speciale, uel generale. Dans & concedens atq; committens dictis suis procuratoribus, & cuilibet eorum in solidum, & substituendis ab eis & quolibet eorum plenum, liberum & generale ac speciale mandatum, cum plena libera generali ac speciali administratione omnia & sing. faciendi super prædictis & quolibet eorum & dependentibus & connexis ab eisdem, nec nõ promittens & cõueniens dicta constituens mihi L. Notario infra scripto, ut publicæ personæ recipienti & stipulanti, pro omnibus & singulis quorum interest, intererit aut interesse poterit, quomodolibet in futurum se perpetuo firmum, ratum & gratum habiturum omne id totum & quicquid per dictos suos procuratores & quemlibet uel alterum eorum uel substituendos ab eis et quolibet eorum in prædictis et circa prædicta, et quolibet prædictorum actum, factum, gestum, procuratum uel fuerit, et contra nullo modo facere uel uenire, per se, uel per alium, aliqua ratione iure, modoue, causa, de iure uel de facto, in iudicio uel extra, sub hypotheca et obligatione sui suorumq; hæredum et bonorum omnium et singulorum, mobilium et immobilium, præfentium et futurorum. Releuans insuper et releuare uolens dicta dña constituens dictos suos procuratores et substituendos ab eis et quemlibet eorum in solidum ab omni onere satisfaciendi, promisit et solemniter stipulatione conuenit mihi L. Notario antedicto et infra scripto et publicæ personæ, ut supra recipienti et stipulanti, pro et uice et nomine omnium et singulorum quorum interest, intererit aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, de iudicio sisti, et iudicato soluendo, et quod tempore ferendæ sententiæ in iudicium ueniet, si opus fuerit et cõmode fieri poterit, et omnia dabit et soluet aduersarijs suis, pro omnibus et sing. quæ in cõdemnatione continebuntur, nisi fuerit prouocatum sub hypotheca et obligatione sui, suorumq; hæredum, et bonorum omnium et singulorum, mobilium et immobilium, præfentium et futurorum. Rogans me L. Notarium, antedictum et infra scriptum, quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum.

**Substitutio.**

In dei nomine Amen. Anno dñi etc. prouidi uiri M. et Io. ciues Florentini, et de populo sancti Stephani ad pontem, procuratores et procuratoris nomine dñe Ca. donanti pro ut de eorum mandato constare dixerunt manu ser. Angeli Francisci ciuis et notarij publici Flo. sub die xxx. Ianuarj etc. habentes mandatũ ut dixerunt ad substituendum et multa alia faciendum quæ in dicto eorum mandato dixerunt latius contineri, uigore dicti sui mandati, et omni meliori modo, uia, iure et forma, quo, qua et quibus magis et melius potuerunt, et eis licuit, et licet, substituerunt, et loco, et cuiuslibet eorum posuerunt nobilem et prudentem uirum Alfonsum Ferdinandi ciuem Florentinum, præfentem et suscipientem, uel absentem, sed tanquam præfentem,  
ad



ad ea omnia & singula faciendum, procurandum, & exercendum, quæ ipsi  
mores substituunt uigore dicti eorum mandati, facere possunt. In se ipsis nihil  
ominus & quolibet eorum reseruando & retinendo firmiter principali manda-  
to, Rogantes & c.

### Procuratio duratura post mortem.

**A**ntonius olim Sigismundi ciuis Florentinus, & de populo sanctæ Ma-  
riæ maioris de Florentia, citra tamen reuocationem & c. omni meliori  
modo & c. fecit, constituit, creauit & ordinauit suum uerum & legitimum  
procuratorem, actorem, factorem & certum nuncium specialem & irreuoca-  
bilem & firmiter duraturum, post mortem dicti constituentis & quem ex ali-  
qua uel per aliquam aliam procuracionem, constitutionem uel actum quem  
seu quâ per dictum constituentem fieri contigerit, uel per aliquem finem spe-  
cialem uel generalem seu specialem, tacitam uel expressam reuocationem uel  
suspensionem uoluit non reuocari aliquo modo uel suspendi, aut reuocatum &  
suspensum intelligi, nobilem uirum Iohannem Christofori, ibidem præsen-  
tem, & dictum mandatum in se sponte suscipientem. Quod mandatum ma-  
ximè ad infra scripta durare uoluit, & uires habere post mortem ipsius consti-  
tuentis, & tam ipsius constituentis hæreditate adita quàm non adita, & seu  
facente seu etiam repudiante, nec posse ulla de causa reuocari, suspendi uel im-  
pediri, in omnibus & singulis causis & c. Ad agendum & c. Item ad intran-  
dum & c. Item ad faciendum capi etc. et generaliter & c. Dans & concedens  
dictus constituens, dicto Iohanni eius procuratori prædicto, & substituendis  
ab eo, plenum, liberum generale ac speciale mandatum, cum plena libera ge-  
nerali ac speciali administratione & c. ut supra in primo mandato. Et insuper  
dictus A. ex certa scientia, & non per errorem, absoluit, finiuit & liberauit  
dictum Iohannem procuratorem suum, ibidem præsentem, & recipientem, et  
quoscumque substituendos ab eo, licet absentes, et me Notarium infra scriptum  
præsentem, et pro eis & quolibet eorum & eorum uice & nomine ut publicam  
personam recipientem, ab omni administratione seu procuracione, quæ per di-  
ctum procuratorem uel substituendo ab eo procurari, geri, exigere, recipi, habe-  
ri & confiteri uel fieri contigerit, & eorum omnium quæ ad manus dicti procu-  
ratoris uel substituendorum ab eo, uigore præsentis mandati quomodolibet  
peruenerint: & ex nunc fecit dicto Iohanni, ibidem præsentem & pro se & suis hæ-  
redibus recipienti & stipulanti, & mihi Notario antedicto & infra scripto, ut  
supra recipienti & stipulanti finem, quietationem, liberationem, absolutionem  
& pactum perpetuum de ulterius non perendo, de omnibus et singulis supra  
dictis & de omni & toto eo ad quod dictus Iohannes procurator prædictus, et  
substituendi ab eo, constituenti & eius hæredibus quomodolibet tenerentur  
uel teneri possent, & seu possent, et hoc mandatū irreuocabile iussit esse, quod  
irreuocabiler durare uoluit, & uires habere ut præmittitur, etiam post mor-  
tem dicti constituentis, tam ipsius A. hæreditate adita quàm facente seu quo-  
modolibet repudiata. Et insuper dictus constituens iussit, uoluit & manda-  
uit hoc præsens mandatum totiens haberi & censeretur confirmatum, et de nouo  
factum & constitutum, quotiens & quando appareret aliquo modo reuocatum  
suspensum, sopitum uel uiribus euacuatum. Et dictum Iohannem & substitu-  
endos ab eo calu ex nunc pro ut ex tunc, ex tunc pro ut ex nunc, de nouo con-  
stituit & pro nouiter tunc constituto & constitutis haberi uoluit et mandauit  
ad omnia & singula supra scripta. Promittens eidem Iohanni ibidem præsen-  
ti, & pro se & suis hæredibus recipienti & stipulanti, nec non mihi Notario  
antedicto & infra scripto ut publicæ personæ recipienti & stipulanti pro omni



## Artis Notariatus

bus & singulis quorum interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum se prædictum mandatum non reuocare nec suspendere, quoquomodo, & prædicta omnia & singula, & quicquid per dictum procuratorem & substituendos ab eo & quemlibet uel alterum eorum actum factum uel gestum procuratum uel, perpetuo firmum & ratum habere & tenere, et contra non facere uel peruenire per se uel aliū quoquomodo in iudicio uel extra, de iure uel de facto sub pœna dupli eius quod pro tempore ageretur uel peteretur, quæ pœna totiens cōmittatur & peti & exigi possit & ualeat cum effectu quotiens contra prædicta, uel eorum aliquod factum fuerit, siue uentum quæ pœna cōmissa uel non, soluta uel nō, seu etiam gratiose remissa, rata & firma maneant nihilominus omnia & singula supra scripta. Sub hypotheca & obligatione sui suorumq; hæredum & bonorum omniū præsentium & futurorum. Rogans me Leonardum Notarium infra scriptum, quatenus de prædictis publicum conficerem Instrumentum hoc.

## Reuocatio Procuratoris.

**A**nselmus olim Francisci & c. constitutus in præsentia mei Notarij infra scripti & testium supra scriptorum, omni meliori modo, uia iure et forma, quibus magis & melius potuit, publicè palam & in multorum hominum præsentia, clare & expresse reuocauit omnem & quamlibet procuracionem, & omne et quodcunq; mandatum per ipsum Anselmum usq; in præsentem diem hætenus datum uel factum in B. et F. quacunq; ratione, iure, modo uel causa, in genere uel in specie, & sub quibuscunq; uerbis & alio quouis modo qui quomodolibet dici uel excogitari possit, & ipsos B. & F. eius procuratores prædictos præsentem, audientes & intelligentes, si sunt, & quemlibet eorum reuocauit ab omni & quolibet mandato & procuracione, & ab omni officio procuracionis & mandati per ipsum Anselmum usq; in præsentem diem eis et cuiuslibet eorum quomodolibet dati, collati & facti per se uel alium, directè uel indirectè, tacite & expresse, in genere uel in specie, & sub quibuscunq; uerbis, & alio quouis modo, iure ratione uel causa, quæ quomodolibet dici uel excogitari possit. Volens et mandans ex nunc dictus Anselmus omnem & quamlibet procuracionem & omne & quodlibet mandatum per eum uel dictum est, constitutum et collatum, dictis Bartholomeo et Francisco, et cuiuslibet uel alteri eorum, et omnia et singula in dictis mandatis, et in quolibet eorum contenta, cassa esse, uaria, irrita & nullius ualoris, roboris auctoritatis, efficacitæ uel effectus. Et omnia & singula in prædictis pro prædictis, et circa prædicta, et quodlibet prædictorum gesta, promissa uel facta, per ipsos Bartoimeum & Franciscum, & quemlibet uel alterum eorum, & omnia et singula ab eis et quolibet uel aliquo, seu aliquibus eorundem dependentia, uel connexa publicè, palam et manifeste, & in multorum hominū et personarum præsentia expressa reuocauit, cassauit & irritauit et annullauit, & cassa irrita & annullata esse uoluit, & mandauit, & pro cassis & reuocatis annullatis haberi & teneri iussit & declarauit. Rogans me Notarium infra scriptum, quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum.

## Vel dicas breuius et maxime de reuocacione speciali.

**P**etrus dominici Philippi de Florentia considerans et aduertens, quòd de anno proximè præterito & c. et die secunda mensis Februarij dictus Petrus



trus suum procuratorem constituit & fecit Bernardum Iohannis Gucci de Fefulis, ut latius constat publicum instrumentum, inde rogatum manu ser. Christofori de uitulino notarij publici Florentini, & quod dictus Bernardus non est idoneus uel aptus in dictum mandatum exercendum, se male gerit & gubernat circa negocia & causas dicti Petri, & omni meliori modo, uia, iure & forma, quibus magis & melius potuit & potest, reuocauit & annullauit dictum mandatum in dictum Bernardum collatum, et dixit et asseruit se poenitere de mandato praedicto, & noluisse & nolle dictum Bernardum amplius gerere uel administrare aliqua negocia uel causas dicti Petri. Rogans &c. ut supra.

### Alia procuratio breuior.

**P**ublice omnibus pateat qualiter spectabilis uir A. olim Laurentij de Pantaleonibus de Florentia ciuis Florentinus, citra tamen reuocationem alicuius sui procuratoris, per eum hactenus constituti, & omni meliori modo, uia, iure & forma, quo qua & quibus magis & melius potuit & potest, confidens in bonitate prudentia & probitate infra scriptorū Hieronymi Orlandi, & Sigismundi olim Gerhardi, fecit, constituit, creauit & solemniter ordinauit suos ueros, certos legitimos & indubitatos procuratores, actores, negotiorumq; suorum infra scriptorum gestores ac nuncios, speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non derogat, nec e contra, praefatos nobiles & prudentes uiros Hieronymum & Sigismundum, licet absentes sed tanquam praesentes, & quemlibet eorum insimul, insolidum & de per se, ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequens, sed quod unus eorum inceptit, alter mediare & terminare ualeat, & cū effectu finire, etiam lite contestata, specialiter nominatim & expresse ad ipsius A. constituentis nomine, & pro eo & eius haeredibus & successoribus emendum & titulo emptionis in se recipiendum, non nullas possessiones positas in comitatu siue districtu Flo. iuxta suos confines communi, omnibus iuribus & pertinentijs introitibus & egressibus earundem possessionum, pro eo precio nomine precij de quo dictis procuratoribus suis & cuiuslibet illorum alteri eorum uidebitur & placebit, ab illo uel illis persona uel personis loco, communi collegio, societate & uniuersitate, uno uel pluribus quid dictas possessiones eidem Antonio uendere, & in eū titulo uenditionis transferre uoluerint, & pretium conuentum pro dictis possessionibus dictis uenditoribus, cū uel pluribus pro dicto Antonio constituyente, & eius haeredibus & successoribus soluendum & numerandum, quietationem, absolutionem, liberationem ac pactum perpetuum de ulterius non petendo recipiendum, ab eisdem uenditoribus uno uel pluribus, nec non ad petendum & recipiendum à dictis uenditoribus sufficientem & idoneam fideiussionem & cautionem de emptione et de & pro defensione dictarum possessionum, & in casu euictionis de precij restitutione, cum poenarum adiectione & alijs cautelis & clausulis in similibus instrumentis emptionis & uenditionis apponi consuetis iuxta formam Iuris et statutorum communis Florentiae, et stilum et consuetudinem Notariorū ciuitatis Flo. Item ad intrandum adipiscendum ad eundem et apprehendendum pro ipso A. constituyente et eius haeredibus et successoribus, et ipsorum nominibus, tenutam et corporalem possessionem dictarum possessionum, et bonorum ut supra emendorum. Et ipsas possessiones et bona emenda, locandum et dislocandum ad firmam, seu annuam pensionem, et ad locandum, uel ad affectum dandum et concedendum illi uel illis, cui uel quibus, et pro eo tempore et precio, et alijs melioribus modis formis, pactis, conditionibus, et conuentionibus, de quibus et pro ut dictis suis procurato-



## Artis Notariatus

ribus, uel alteri utilius fore uidebitur & placebit. Obligaciones quoque cautiones & pacta licita faciendum & recipiendum iura omnia & actiones tam realia quam personalia quam etiam mixta in rem scripta ex officio iudicis dependentia acquirendum & consequendum in iudicio & extra. Et pro predictis omnibus & singulis fieri & confici faciendum instrumentum & instrumenta unum & plura, uallanda & roboranda omnibus & singulis clausulis, et capitulis et pœnis necessarijs, et oportunis, fructus quoque redditus et proventus dictarum possessionum, ut supra emendarum a quibuscumque inquilinis, colonis, laboratoribus uel conductoribus ipsarum seu illas alias tenentibus quocumque petendum, exigendum, leuandum et recipiendum, et recuperandum, et se habuisse et recepisse confitendum semel et pluries, et omni quolibet anno & totiens quotiens tempus messium & uindemiarum aut conuentionum, ut supra fiendarum euenerint, pactumque reale et personale de nil plus ulterius petendo faciendum, cum omnibus et singulis clausulis in talibus fieri et apponi solitis et consuetis. Et si necesse fuerit pro premissis et quolibet premissorum coram quibuscumque iudicibus tam ecclesiasticis quam secularibus comparandum, et debitores quoscumque fructuum, reddituum et proventuum dictarum possessionum ut premititur emendarum, et cuiuslibet uel alterius earum capi, bachettari, arrestari, et in carceribus personaliter detineri, et ab ipsis relaxari et liberari faciendum, semel et pluries, et totiens quotiens opus fuerit, et dictis suis procuratoribus, et cuiuslibet uel alteri eorum libere uidebitur et placebit, Agendum propterea, causandum et defendendum, libellum et libellos, ac quascumque petitiones summarias dandum, recipiendum, dari et recipi uidentum, litem et lites contestandum et contestari uidentum, de calumnia iurandum et uarietate dicendum et cuiuslibet alterius generis licitum iuramentum in animam et super animam dicti constituentis prestandum et prestari uidentum ponendumque articulandum, et poni et articulari uidentum, positionibus et articulis partis aduersę respondendum, suisque responderi petendum, confitendum uel negandum, testes, instrumenta et iura quaelibet et quolibet probationum genera inducendum, producendum et allegandum iudicem, Notarios et loca eligendum et recusandum suspectos, et confidentes dandum, et tam suos quam partis aduersę testes iurari, recipi et examinari petendum. Et eorum dicta et attestaciones publicare uidentum et faciendum, et aduersę partis si opus fuerit testes redarguendum, de falso et uario accusandum, et eorum dictis et attestacionibus ciuilitur, criminaliter opponendum, consilium sapientis petendum, in causa et causis concludendum, et renunciandum et concludi et renunciari uidentum et petendum, sententiam et sententias tam interlocutorias quam diffinitiuas audiendum, et dari et ferri petendum, et ab ea et eis, et quomodolibet alio grauamine illato uel inferendo prouocandum, et appellandum, et de nullitate dicendum et opponendum, et causam et causas appellationis et nullitatis oppositionis prosequendum usque ad finem litis et cause. Absolutionem uero simpliciter et ad cautelam nec non restitutionem in integrum, et quocumque alij iuris beneficio impetrandum et obtinendum, et impetratis ex aduerso contradicendum, Vnum quoque uel plures procuratores ad litigandum et agendum duntaxat substituendum, eumque uel eos reuocandum et onus procuracionis huiusmodi se resumendum, totiens quotiens eisdem procuratoribus, et cuiuslibet uel alteri eorum libere uidebitur et placebit. Et generaliter ad omnia et singula alia faciendum, dicendum, gerendum et procurandum, exercendum, quę in predictis et circa predicta necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, et quę ipsemet Antonius constituens faceret et facere posset, si in premissis et quolibet premissorum presens esset, etiam si talia forent, quę mandatum exigerent magis



gis speciale. Dans & concedens atq; committens dictus An. constituens dictis suis procuratoribus & cuilibet eorum in prædictis & circa prædicta plenum, liberum generale ac speciale mandatum, cum plena, libera, generali ac speciali administratione, omnia & singula faciendi super prædictis & quolibet prædictorum & dependentibus & connexis ab eisdem, promittens in super & conueniens dictus An. constituens mihi L. Notario infra scripto, ut publicæ personæ, recipienti & stipulanti, pro omnibus & singulis quorum interest, intererit aut interesse peterit, quomodolibet in futurum se ratū, gratum, atq; firmum perpetuo habiturum, omne id totum, et quicquid per dictos suos procuratores & substituendos ab eis & quemlibet uel alterum eorum actum, factum, dictum, gestum, procuratum ue fuerit, & contra nullo modo facere uel peruenire, per se uel alium, aliqua ratione iure, modo, uel causa, de iure uel de facto, in iudicio uel extra. Releuansq; & releuare uolēs idem Antonius constituens dictos suos procuratores & substituendos ab eis, ut supra ab omni onere satisfaciendi, de iudicio listi, & iudicatum soluendo, promisit mihi L. Notario antedicto & infra scripto ut præ fertur recipienti & stipulanti de iudicio listi, & iudicatum soluendo, & quòd tempore ferendæ sententiæ in iudicium ueniet, si opus fuerit & commode fieri poterit, & omnia dabit & soluet aduersarijs suis pro omnibus & singulis, quæ in condemnatione continentur, nisi fuerit reuocatum uel de nullitate dictum sub hypotheca & obligatione sui suorumq; hæredum & bonorum omnium & singulorum præsentium & futurorum. Rogans me L. Notarium antedictum & infra scriptum, quatenus de prædictis publicum conficerem Instrumentum.

## SOCIETATIS FORMULÆ.

### Instrumentum Societatis.

**E**uerardus de Saluiatis de Floren. per se et suos hæredes et successores, ex parte una, & paulus Ioannis de Colle ciuis & mercator. Flo. per se et suos hæredes & successores ex parte alia, & quilibet eorum ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris uel facti, & omni meliori modo, uia, iure, causa & forma, quibus magis et melius poterunt, & eis licuit & licet, cõmuni cõcordia ad inuicem & uicissim solemnibus stipulationibus, hincinde interuenientibus, fecerunt in simul et contraxerunt societatem in arte et exercitio artis lanæ, duraturam quinq; añis proximè futuris. In qua quidem societate pro sua sorte & capitali dictus Euerardus posuit atq; contulit duo millia florenorū auri largorum, prout ipse Pau. publicè confessus et contentus fuit, tantam esse quantitatem. Renunciãns dictus Paulus exceptioni nõ sic positæ, et non sic collatæ, nec consignatæ pecuniæ, & quantitatis ab ipso Euerardo. Et ex altera parte dictus Paulus in dicta societate posuit atq; cõtulit pro sua sorte & capitali florenos mille auri largos, pro ut ut dictus Euerardus publicè cõfessus et cõtentus fuit tantam esse quantitatem, et exceptioni non collatæ & non positæ, & non consignatæ dictæ pecuniæ & quantitatis ab ipso Paulo omnino renunciãns. Quapropter dicti Euerardus et Paulus, et quilibet eorum pmisserunt, et solemnib. et stipul. hincinde interuenientibus conuenerunt sibi inuicem et uicissim unus alteri & econuerso dictam societatem, & eorum personas & industriã fideliter & diligenter & studiosè exercere et promouere, & pro dicta societate sollicitè negotiari & mercari et procurare, et res et bona dictæ societatis diligenter & bona fide, & sine fraude custodire, manutenere & saluare



## Artis Notariatus

saluare, & utilia pro dicta societate facere, & inutilia prætermittere. Et quicquid ex dicta societate uel eius occasione ad manus eorum uel alicuius eorum peruenerit, dictæ societati ad integrum dare & consignare, debita uel credentias aliquibus non facere uel contrahere sine ipsorum unanimi concordia, consensu & uoluntate. Nec non omnia comoda & lucra, & expensas, & damna (quod Deus auertat) communicare & participare ad inuicem & uicissim ad libram & soldum secundum quod per libra capitalis & sortis unicuique contigerit & accesserit. Et in fine dictorum quinque annorum uel ante si de communi processerit concordia & uoluntate, Deducto & detracto primo & ante omnia ab unoquoque dictorum sociorum sorte & capitali suo lucrum & damnum, quod in dicta societate artis lanæ supererit, ad inuicem & uicissim fideliter diuidere, & partiri, eo modo & forma, ut supra dictum est, ita quod ad quemlibet dictorum sociorum perueniat & peruenire debeat id totum et quantum pro rata et capitali suo contingit et pertinere uidebitur. Quæ omnia etc. Subdas alias clausulas generales ut supra in alijs.

## Societatis Instrumentum.

**T**Itius ex una, et P. parte ex altera, super mercationibus et negociationibus quibuscunque, tam pannorum, quam aliarum quarumlibet rerum, et de quibus negociandum et mercandum decreuerunt, concorditer societatem hinc ad biennium contraxerunt ad inuicem, in qua quidem societate dictus T. pro suo capitali contulit et posuit. c. marchas argenti, pro ut dictus T. contentus et confessus extitit, omnino renuncians exceptioni non posite, non collate, et non assignate præmissæ quantitatis ab ipso T. in societate præfata. Dictus uero P. pro suo capitali posuit et contulit c. libras turonen. in eandem societatem, pro ut dictus P. extitit confessus et contentus, renuncians, per omnia ut de T. superius est expressum. Quapropter ipsi T. et P. promiserunt pro se eorumque hæredibus, scilicet unus alteri uicissim solemnibus stipulationibus, hinc inde interuenientibus, fideliter et studiosè negociari et mercari, et promouere societatem, in ea lucrum et profectum sollicitè procurare, res et bona ipsius societatis diligenter custodire et saluare, et quicquid ex ipsa societate uel eius occasione quocunque modo ad alterum eorum peruenerit integrè consignare et seruare, debita non contrahere, uel credentias facere absque amborum unanimi concordia et assensu. Item rationes societate ostendere et uidere, et facere quancumque et quotienscunque unus eorum alterum super hoc duxerit requirendum. Insuper comoda, profectus et lucra si super fuerint, et etiam, quod absit, damna si contigerint commutare, et participare, et fideliter ad inuicem diuidere in fine termini prestituti, uel añ si concordēs fuerint, deducto et detracto ab unoquoque ipsorum capitali suo, ita quod ex eis ad unum quencumque eorum tantum spectet et perueniat, quantum pro rata sui capitalis unum quencumque contingeret. Quæ omnia et singula superscripta promiserunt uicissim pro ut in instrumentis mutue promissionis habetur.

## Datio in Emphyteosim siue ad Liuellum.

**V**enerabilis uir Dominus Nicolaus olim Iohannis de Soderinis de Florentia prior et curator parrochialis ecclesiæ sancti Iacobi super arnum de Florentia, et per se et suos hæredes, et in dicta Ecclesia successores, et omni meliori modo, uia, iure et forma, quibus magis et melius potuit et potest, et eidem licuit et licet, locauit et concessit ad liuellum et in emphyteosim, et ad reuocandum domino Antonio Barnabe guidonis Notario et ciui Florentino præfenti recipienti et conducenti pro se et suis filijs et descendentes ac hære-



ac hæredibus legitimis, ad quos de iure Liuellaris actio succedit & transfer-  
 tur. Quoddam solum seu terrenum dictæ ecclesiæ super quo est ædificium  
 cuiusdam domus quæ minatur ruinam sitæ Florentiæ: & in populo sancti Si-  
 monis de Florentia. (Ponas latera & confines) Ad habendum &c. cum omni-  
 nibus &c. quod terrenum solitum erat, locari Antonio Iohannis Purgatori,  
 pro tempore & termino uiginti nouem annorum, Initiandorum in kalendis  
 Ianuarij proximè futuri, & ut sequitur finiendorum: & successiuè ad reno-  
 uandum de uiginti nouem annis in xxxix. annos imperpetuum. Et sic reno-  
 uare promiserunt sibi inuicem & uicissim dictæ partes, solemnibus stipulatio-  
 nibus hincinde interuenientibus, ut supra & ut infra continetur, pro annua  
 pensione Liuellaria solidorum sexaginta, semper soluendorum in fine cuius-  
 libet anni, & in tempore renouationis solidorum uiginti semper. Promit-  
 tens & conueniens dominus Nicolaus prior prædictus dictis modis & no-  
 minibus dicto domino Antonio conductori, ut supra recipienti & stipulanti  
 dictum N. sibi & suis filijs & descendantibus masculis legitimis & natura-  
 libus per lineam masculinam eorum & cuiuslibet eorum uita durante etiam  
 si unus tamen superesset: imperpetuum dimittere & relaxare. Et quod dictus  
 dominus Antonius ipsius domini Antonij uita durante & successiuè eius fili-  
 orum & descendantium masculorum & legitimorum & naturalium prædi-  
 ctorum & non ultrà possint & ualeant, & possit & ualeat dicta bona & quid-  
 libet eorum habere tenere & possidere, uti & frui ad modicum tempus loca-  
 re: & super eis edificare, & omnia & singula alia facere exinde pro eorum &  
 cuiuslibet eorum libito uoluntatis. Ita tantum & cum hoc pacto saluo & re-  
 seruatis conditione & lege, quòd non possint neq; ualeant dicta seu de dictis  
 bonis in totum uel in partem uendere, alienare aut quoquo modo in alium  
 transferre, uel uiam ultimæ uoluntatis quoquo modo disponere, aut ab alijs  
 conducere uel confiteri. Sed teneantur & debeant dicta bona manu tenere  
 & conseruare, meliorare & non deteriorare, quoquo modo, & quòd defun-  
 ctis ipsis domino Antonio ipsiusq; domini Antonij filijs & descendantibus  
 quibuscunq; masculis legitimis et naturalibus: adeo quòd nullus ex eis super  
 extet tunc & ex eo casu incontinenti ipso iure bona prædicta dictæ ecclesiæ  
 cadant et redeant, et reconsolidentur cum omni superficie et melioramento,  
 et ad ipsam Ecclesiam spectent et pertineant, ipso iure. Et quòd dictus domi-  
 nus Antonius et eius descendentes masculi legitimi et naturales teneantur et  
 debeant, et sic solemnè stipulatione promisit et conuenit dictus dominus An-  
 tonius, dictis nominibus dicto domino Nicolao, ut supra præsentè et pro se et  
 dicta Ecclesia et eius successoribus recipienti et stipulanti, dare, soluere et pa-  
 gare nomine auillari seu dicto domino N. et eius successoribus in dicta eccle-  
 sia prioribus pro tempore existentibus, quolibet anno totius dicti temporis et  
 seu temporum, quo et sine quibus durabit præsens locatio, datio atq; conces-  
 sio, libras tres semper. Nec non de uiginti nouem annis in uiginti nouem an-  
 nos facere renouationem recognitionem et reconductionem dictorum bono-  
 rum à dicto domino N. et eius successoribus prioribus in dicta ecclesia pro  
 tempore existentibus, cum eodem auillari mercede siue Liuello, et cū eisdem  
 pactis et conditionibus in præsentè contractu appositis. Et etiam pro huiusmo-  
 di renouatione, recognitione et reconductione dare et soluere dicto domino  
 N. et eius successoribus libram unam et quòd propterea non recedatur à mer-  
 cede auillario seu Liuello annuatim debendo, ut supra dictum est. Cum pa-  
 cto appposito in præsentè contractu et instrumento, et solemnè stipulatione ual-  
 lato, inter dictos contrahentes, quòd deficientibus omittentibus et contraue-  
 nientibus dictis domino Antonio et filijs et descendantibus supra dictis, pro  
 quibus præsens receptio et stipulatio facta est, aut quocunq; ipsorum quan-  
 docunq;



## Artis Notariatus

docunq; qualitercunq; & quotienscunq; in & super præmissis uel aliquo eorum atque ut supra tenentur & obligati sunt, eo casu seu casibus uel altero eorum emergentibus, quod absit, in continenti ipso iure & facto dictum solum terrenum, & domus & bona cum omni superficie & melioramento, redeant, cedant & reuertantur: & consolidata esse intelligantur, & sint integraliter, & insolidum pleno iure ad dictam ecclesiam. Et possint & ualeant dictus dominus N. prior et eius successores in dicta ecclesia, per se uel eorum & cuiuslibet eorum syndicum & mandatarium propria auctoritate dicta bona ingredi, & ea tenere, usufructare, & alteri locare, uendere & concedere, pro eorum libito uoluntatis. Et uersa uice dictus dominus Nicolaus dictis modis & nominibus teneatur & debeat, & sic promisit & solemniter stipulatione conuenit, dicto domino Antonio, ut præfertur, recipienti & stipulanti supra dictum solum & seu terrenum domum & bona in totum uel in partem donec durabit præsens locatio atq; concessio, nullatenus tollere uel abuocare, quoquo modo. Ipsumq; solum terrenum domum & bona in totum uel in partem non uendere, alienare uel transferre, & nullo alij locari uel concedere, nec contractum aliquem facere in præiudicium dicti domini Antonij, aut dictorum eius filiorum & descendantium prædictorum uel alicuius eorum, quin dictus dominus Antonius & dicti eius filij & descendentes & ultimus superueniens ut præfertur possit in dictis bonis facere omnia & singula quæ supra in eorum & cuiuslibet eorum fauorem sunt expressa, uerum teneatur & debeat dictus dominus Ni. dictis modis & nominibus supradictum solum terrenum, domum, bona & quodlibet eorum & quamlibet eorum partem fructusq; redditus & prouentus eorundem dicto domino Antonio, dictisque eius filijs & descendantibus, & ultimo superstiti ex eis ut præfertur, defendere, autorizare & desbrigare, & modis omnibus expedire ab omni homine, persona, loco communi, collegio, societate & uniuersitate, in iudicio & extra, de iure & de facto. Quæ omnia & singula superscripta & infrascripta promiserunt & solemniter stipulatione conuenierunt dictæ partes & quælibet earum per se dictis modis & nominibus perpetuo firma et rata, & grata habere, tenere, attendere & obseruare, & adimplere, & contra non dare, dicere, facere uel uenire per se uel alium seu alios aliqua ratione, iure, modo uel causa, in iudicio uel extra de iure uel de facto, sub pœna florenorum quingentorum auri largorum, solemniter stipulatione promissa, in singulis & pro singulis capitulis pactis, membris siue articulis præsentis contractus & instrumenti: & sub refectione damnorum & expensarum, ac interesse litis & extræ. Quæ pœna &c. qua pœna &c. Pro quibus omnibus & singulis obseruandis & adimplendis obligauerunt dictæ partes & quælibet earum per se dictis modis & nominibus solemniter stipulationibus hincinde interuenientibus, sibi inuicem & uticissim, uidelicet dictus dominus Nicolaus obligauit se ipsum & eius hæredes & successores in dicta ecclesia & bona omnia & singula præsentia & futura dictæ ecclesiæ. Et dictus dominus Antonius pro se & nominibus, quibus supra obligauit dicto domino Nicolao, ut supra recipienti & stipulanti se ipsum & dictos eius filios & descendentes, & quemlibet eorum & cuiuslibet eorum insolidum hæredes & successores, & bona omnia & singula præsentia & futura. Quæ bona obligata constituerunt dictæ partes se precario nomine alterius possidere. Renunciantes &c. Per garantigiam &c. Rogantes &c.

Pactum communiter solet apponi Instrumento Liuellario.

Cum pacto apposito in præsentis contractu & solemniter stipulatione uallato & firmato, inter ipsos contrahentes in principio, medio & fine præsentis



tis contractus & instrumenti, quod si dictus conductor uel alius eius legitimus successor ut supra dicitur, edificium existens super dicto terreno, uendere uoluerit, in totum uel in partem infra dictum tempus teneatur et debeat denunciare per publicum instrumentum dicto priori seu eius successoribus uel alijs representantibus dictum priorem pro tempore existente tribus uicibus in tribus mensibus continujs uidelicet, quolibet mense semel, se uelle uendere, & tunc si dictum edificium prior emere uoluerit, dare & reddere sibi teneatur, pro pretio dicendo & declarando per duos magistros lapidum & lignariorum, & solidis xx. minus qui magistri eligi debeant, uidelicet unus pro parte dicti prioris & alter pro parte dicti dñi Antonij, quos dictæ partes sibi inuicem ac uicissim solemnibus stipulationibus hincinde interuenientibus, eligere promiserunt, in casu prædicto. Verum si infra dictum tempus & terminum pro parte dicti prioris nollet fieri emptio prædicta ab inde, ni antea infra unum mensem, tunc proximè sequentem, & non ultra liceat dicto conductori & suis successoribus, ut supra, illud uendere, cui & quibus uoluerit, dum tamen alicui magnati ecclesiæ uel loco religioso clericis hospitalarijs, etiam quantumcunq; prophanis uel religiosi societati, uniuersitati, collegio uel congregationi communi seu comiti officiali, seu officialibus alicuius loci communis, spiritualem uel temporalem iurisdictionem habenti nullatenus uendere seu tradere possit, aut etiam in ultima uoluntate relinquere seu aliquo alio modo alienare &c.

### Renouatio Emphiteosis.

**C**um hoc sit quod de anno dominice incarnationis M. D. xxxv. & die nona mensis Februarij dicti anni Dominus Nicolaus olim Iohannis de Soderinis, tunc prior parochialis ecclesiæ sancti Iacobi supra arnum de Florentia, dederit, locauerit & concesserit ad Liuellum & in Emphiteosim et ad renouandum domino Antonio Barnabe Guidonis ciui & Notario Florentino, tunc præsentis, recipienti & conducenti pro se & suis filijs & descendentibus masculis, legitimis & naturalibus, ad quos de iure Liuellaris actio succedit & transfertur. Quoddam solum seu terrenum dictæ ecclesiæ, (super quo edificium cuiusdam domus sitæ Florentiæ &c. (Ponas confines) pro tempore & termino xxix. annorum, tunc proximè futurorum initiandorum in calendis Ianuarij, tunc proximè futuri, & ut sequitur finiendorum, & ad renouandum de xxix. annis in uiginti nouem annos imperpetuum propensione Liuellaria soldorum ix. semper soluendorum in fine cuiuslibet anni, & in tempore renouationis soldorum xx. semper cum pactis, promissionibus, obligationibus, renunciationibus, pœna & alijs in dicto instrumento locationis in Emphiteosim contentis, pro ut de prædictis constare uidi publicum instrumentum manu domini Antonio Adami, ciuis & Notarij publici Florentini, ad quod dictæ & infrascriptæ partes se retulerunt & referunt, quod quidem solum terrenum domus & bona hodie tenentur, & possidentur per Franciscum filium olim Laurentij domini Antonij Barnabe nepotem, ex filio dicti domini Antonij, & cum casus & tempus reuocationis aduenerit lapsu dictorum uiginti nouem annorum. Vnde hodie hoc præsentis suprascripta die uenerabilis uir dominus Paulus olim Philippi de Ridolfis ad præsentis prior parochialis dictæ ecclesiæ sancti Iacobi supra arnum per se & suos hæredes, & in dicta ecclesia successores, & omni meliori modo, uia, iure & forma, quibus magis & melius potuit, & potest, & eidem licuit & licet, dedit, con-



## Artis Notariatus

cessit & tradidit, & iure & causa renouationis Emphiteoticæ & Liuellariæ reconcessit dicto Francisco præfenti, & pro se & suis filijs & descendibus masculis legitimis & naturalibus, ad quos Liuellaria actio succedit & transfertur, recipienti, conducenti & stipulanti pro tempore & termino uiginti nouem annorum proximè futurorum initiandorum in kalendis mensis Ianuarij ut sequitur finiendorum & successiue ad renouandum de uiginti nouem annis in uiginti nouem annos dicta superscripta, supra in dicto instrumento locationis ad Liuellum & in Emphiteosim contenta & confinata, unâ cum omnibus & singulis qua dictum solum & seu terrenum domus & bona habent supra infra seu intra se in integrum & cum omnibus & singulis adiacentijs pertinentijs coherentijs & seruitutibus, & cum omni iure & actione usu seu requisitione sibi locatori indictis de dictis aut super dictis bonis aut occasione & pretextu dictorum bonorum quomodolibet pertinentibus spectantibus, & competentibus & competituris. Ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid prædicto Francisco & eius hæredibus & successoribus masculis legitimis et naturalibus, deinceps placuerit perpetuo faciendum. Et hoc ideo fecit dictus dominus Paulus prior prædictus, quia dictus Franciscus in præfentia mei notarij & testium superscriptorum eidem domino Paulo dedit soluit, tradidit, & actualiter numerauit soldos uiginti, super & de quibus dictus dominus Paulus uocauit se bene pagatum, tacitum & contentum in spiritali utilitate dictæ ecclesiæ conuertendos. Quapropter dictus Paulus dictis modis & nominibus dictum Franciscum, ut supra præfentem recipientem & stipulantem in possessione eiusdem soli terreni & domus & bonorum prædictorum, quam idem Franciscus habet ipsi Francisco: & cum in ipsa plena auctoritate confirmauit. Cum pactis, modis, conditionibus & formis, & pro ut in dicto Instrumento primæ locationis in Emphiteosim continetur & scriptum est. (Si uis poteris explicare conditiones & pacta: pro ut supra in precedentilocatione, & erit melius, uel prosequi generaliter.) Quæ omnia &c.

## Instrumentum Emphiteosis.

**I**N nomine Domini Amen. Per hoc præfens publicum Instrumentum personaliter constitutus discretus uir n. spontè locauit & titulo locationis dedit cessit & concessit discreto uiro n. præfenti & acceptanti pro se suisq; hæredibus, possessionem & prata de .n. & .n. &c. spectant. ad dictum N. in Emphiteosim seu contractum perpetuum ad ipsius n. & eius utriusque sexus liberorum uitam, seu ad sex annos proximè futuros, incipiē. termino à die celebrati contractus et finieñ. dictis annis .n. decursis scilicet ad possidendum, tenendum, laborandum, fructificandum, et de eis disponendum ad uoluntatem ipsius n. et suorum hæredum cum conditionibus et pactis sequentibus uidelicet quòd idem .n. teneatur respondere annuatim eidem .n. de summa n. flor. ad hoc se et bona sua præfentia et futura obligauit. Insuper idem n. dedit, cessit et concessit, et transtulit et mandauit dicto n. præfenti et legitime stipulanti ut supra omnia et singula iura actiones et petitiones, reales et personales, meras, mixtas, utiles et directas, quæ et quas ipse .n. habuit et habet, et in futurum ei competere poterunt in dictis possessionibus et bonis superius specificatis, et in Emphiteosim concessis dictus .n. ponens dictum .n. in locum, ius et priuilegium, ipsius .n. in prædictis, ut in rem suam propriam ingrediendi, manu tenendi, laborandi, possidendi in possessionem possessionum, et bonorum prædictorum et iurium superius locatorum dictus



dictus dominus .n. eidem .n. dedit & concessit. Item promisit dictus .n. dicto .n. dictas possessiones & prata laborare & laborari facere ad usum boni laboratoris, ac etiam dictas possessiones & prata non uendere nec alienare seu de eis aliquem contractum facere sine consensu dicti .n. Insuper promisit dictus dominus .n. dicto .n. presenti & stipulanti ut supra, quod dictæ possessiones & bona sunt & fuerunt ipsius domini .n. & quod ad ipsum spectant, ac spectarunt, & pertinuerunt pleno iure. Et quod nemini alteri personæ universitati nel loco fuerunt, & sunt uendita, alienata, nec apparebit aliquis contractus in præiudicium præsentis locationis & omnium contentorum in ea. Quod si contrarium aliquo tempore apparebit, uoluit idem .n. dicto .n. & eius hæredibus de euictione & omnidamno expensarum & interesse, in quibus incurrerint & passi fuerint, satisfacere, de quibus damnis expensarum & interesse stare & credere uoluit soli & simplici uerbo & iuramento dicti .n. sine aliqua testium productione. De & super quibus præmissis .n. & .n. & eorum quilibet &c. Et ita de alijs.

### Instrumentum concessionis in Emphiteosin, factæ a Monasterio.

**Q**uoniam Monasterium sancti Stephani Boni, quod dicitur Hierusalem domino Iacobo ducentarum librarum Boni, debito tenebatur, contracto specialiter pro soluendis collectis ipsi monasterio à dño O. sedis Apostolicæ legato impositis ut de ipso debito & causa debiti patet instrumento scripto manu talis notarij. Et quoniam urgente ipso creditore uecessarium habebant idem monasterium ad dictum debitum persoluendū subscriptam concessionem rei facere infra scriptæ, utpote expedientem & minus damnosam, quam alterius rei uel possessionis eiusdem monasterij. Idcirco licentia et autoritate obtenta à uenerabili patre Antonio Boni, Ep̄o de infra scripta concessionem infra scripto emphiteoticario faciendam, ut patet publica scriptura facta manu talis notarij. Atq; infra scriptis Monachis, & fratribus eiusdem monasterij, ut moris est, ad hoc specialiter congregatis uel conuocatis in capitulo .f. talibus & talibus. Dñs Beltramus ipsius Monasterij abbas uenerabilis pro se ipso & successoribus suis uice & nomine ipsius monasterij præsentibus, & consentientibus fratribus, supra dictis dedit & concessit Cor. pro se & suis hæredibus, recipienti in emphiteosin usq; in ipsius tertiam personam. Domum unam sitam in parrochia sanctæ Theclæ, cuius hi dicuntur confines &c. Ad hæc. te. poss. & quicquid ei & suis hæredibus saluo iure dñij & proprietatis: & saluis conditionibus in hoc instrumento insertis, deinceps placuerit perpetuo faciendum. Cum omnibus & singulis quæ infra prædictos continentur confines, uel alios si qui forent. Cum accessibus & egressibus suis usq; in usam publicam, & cum omnibus & singulis quæ habent supra se, uel infra se, seu intra se in integrum, Omnique iure & actione, usu, seu requisitione, ipsi rei modo aliquo pertinente. Pro precio cc. lib. Boni, quam pecuniæ quantitatem idem Emphiteoticarius coram me notario & testibus infra scriptis de mandato ipsius domini Abbatis, & ipsorum fratrum dedit & soluit ipsi dño Iacobo in solutionem & satisfactionem debiti supra scripti ad quod ei dictum monasterium tenebatur, ut superius continetur. Quam rem idem d. Abbas se ipsius Emphiteoticarij nomine constituit possidere usq; quo ipsius rei possessionem acceperit corporalem. Quam accipiendi sua autoritate & retinendi deinceps ei licentiã omnimodam dedit. Promittens idem dñs Abbas pro se & suis successoribus uice & nomine ipsius monasterij dicto Cor. pro se & suis hæredi-



## Artis Notariatus

bus stipul. litem uel controuersiam, ei uel eius hæredibus de dicta re seu ipsi  
us occasione ullo tempore, non inferre nec inferenti cōsentire, sed ipsam rem  
ei & suis hæredib. ab omni homine & uniuersitate legitimè defendere & des  
brigare, & prædictam dationem, concessionem, & omnia & sing. suprascrip  
ta firma & rata, haben. tenen. & non contrafacere uel uenire per se uel per ali  
um, aliqua ratione, de iure uel de facto. Sub pœna dupli dictæ quantitatis pe  
cuniæ stipul. promissa, & refectione damnorum & expensarum litis & ex  
tra, & obligatione bonorum ipsius monasterij, & pœna soluta uel non. Præ  
dicta omnia & singula suprascripta firma perdurent. Hanc aut concessionem  
& omnia & sing. suprascripta fecit eidem d. Abbas sub hac conditione & pa  
cto initis actis expressim inter ipsum & Emphiteoticarium supradictū uideli  
cet, quod ab ipso Emphiteotico & quocunq; alio ad quem res ipsa usq; in ip  
sius tertiam personā deuenerit sing. annis in festo natiuitatis dñi numus Ve  
ronensis nomine pensionis eiusdem rei ipsi monasterio persoluatur. Postq;  
aut ad quartam personam deuenerit, noua Emphiteotica concessio fiat hoc or  
dine referuato. Renouationis tamen causa ipsi monasterio centū sol. Boñ.  
tunc temporis persoluendis. Cæterum actum est inter ipsos ut ex hoc contra  
ctu duo unius & eiusdem tenoris instrumenta fiant, unum uidelicet pro ipso  
Emphiteotico & aliud pro monasterio antedicto.

### Instrumentum renouationis concessio nis Emphiteoticæ.

**Q**uoniam domus quedam sita in parrochia sanctæ Theclæ infra tales  
cōfines olim concessa & data a monasterio sancti Stephani Boñ, quod  
dicitur hierusalem, in Emphiteosin sub conditione annuæ pensionis & reno  
uationis post tertiam personā faciendæ quā modo possidet Cor. frater quon  
dam Titij nunc ut dicitur in personam casum & tempus renouationis adue  
nerit. Idcirco instante ac petente ipso Cor. & eiusdem monasterij fratribus, ut  
moris est, ad hoc specialiter in causa congregatis s. talibus & talibus d. B. ip  
sius monasterij uenerabilis Abb. pro se ipso et suis successorib. uice & nomi  
ne ipsius monasterij presentib. & cōsentientibus fratrib. supradictis, dedit et  
concessit iura et causam renouationis cōcessionis Emphiteoticæ, dicto Cora  
pro se & suis hæredibus recipienti usq; in ipsius tertiam personam. Domum  
prædictam, Ad habendū, tenendum, possi. quicquid sibi et suis hæredibus, sal  
uo iure dñij & proprietatis, & saluis cōditionibus in hoc instrumento insertis  
deinceps placuerit faciendū. Cum omnibus & sing. quæ inter prædictos con  
tinentur confines, uel alios si qui forent. Cū acces. & egres. suis usq; in uiam  
publicam, & cum omnibus et sing. quæ habent supra se uel infra se in integrū.  
Omnisq; iure & actione, usu seu requisitione sibi rei modo aliquo pertinen  
te. Pro precio c. solidorum Boñ. quos idem dominus Abbas ab ipso Cora  
recepit ibidem & in presenti, in specialem utilitatem ipsius monasterij cōuen  
tendos. Possessionem eiusdem rei quam idem Cor. habebat ipsi Cor. & eum  
in ipsa plenissima auctoritate confirmans. Nec non promittens per se & suos  
successores uice & nomine ipsius monasterij dicto Cor. pro se & suis hære  
dibus stipul. litem uel controuersiam eidem de dicta re uel eius occasione ullo  
tempore nō inferre nec inferenti consentire, sed ipsam rem ei et suis hæredib.  
ab omni homine & uniuersitate legitimè defendere, auctoriza. et desbrigare.  
Et prædictam renouationis cōcessionem & omnia & sing. suprascripta perpe  
tuo firma & rata habere, tenere, et nō cōtrafacere uel uenire, per se uel per ali  
um, aliqua causa uel ingenio, de iure uel de facto. Sub pœna c. li. Boñ. stipul.  
promissa et refectione damnorū et expensarū litis et extra, et obligatione omnium  
suorum



suorum bonorum ipsius monasterij, & pœna soluta uel non, prædicta omnia firme perdurent. Hanc autem prædictam renuncians concessionem & omnia & singula supra scripta, fecit idem dominus Abbas, sub hac conditione et pacto actis & in itis inter ipsum & emphiteoticarium supradictum, uidelicet quod ab ipso Emphiteotico & quocumque alio ad quem res ipsa peruenerit, usque in ipsius tertiam personam, singulis annis in festo natiuitatis domini, Nummus Veronen. nomine pensionis eiusdem rei ipsi monasterio persoluatur. Postquam autem ad quartam personam deuenit, noua emphiteotica concessio fiat, hoc ordine reseruat. Renouationis tamen causa ipsi monasterio c. soldos Bon. tunc temporis exhibendis. Cæterum uoluerunt & mandauerunt ut ex hoc contractu duo unius eiusdem tenoris instrumenta fiant. Vnum pro ipso Cora. & aliud pro monasterio antedicto.

### Instrumentum solutionis pensionis pro multis annis.

**Q**uoniam Cor. quondam Titij nomine pensionis cuiusdam domus emphiteoticæ sitæ in contrata Sanctæ Teclæ, infra tales confines & c. numum Veronensem monasterio sancti Stephani Bon. singulis annis persoluere renebatur, & actum est inter ipsum, & dominum B. ipsius monasterij uenerabilem Abbatem, de consensu infrascriptorum fratrum, eiusdem monasterij ad hæc specialiter congregatorum, ibidem ut pensio pro infrascripta annorum quantitate debenda, licet deberetur ad tempus, nunc tamen simul, & semel ipsi monasterio persoluatur. Ideo dictus Cora. coram me no. & testibus infrascriptis dedit & soluit ipsi do. Abbati tres soldos Bon. computatos pro quinquaginta Veronensibus in solutionem & satisfactionem pensionis pro L. annis debendæ, ex domo emphiteotica supradicta. Qui do. Abbas asserens & confitens sibi de pensione ipsius domus prædicto tempore fore plenè & integrè satisfactum, promisit pro se & suis successoribus, uice & nomine ipsius monasterij dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipul. prædictam solutionem & omnia & singula supra scripta firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere uel uenire, per se, uel de iure uel de facto. Sub pœna x. lib. Bono. & refectione damnorum & expensarum litis & extrâ, & obligatione omnium bonorum ipsius monasterij. Et pœna soluta uel non, prædicta firma perdurent. Fratres autem ipsius monasterij hic omnibus præsentis & consentientes sunt hi & c.

## FEVDALIA

### Feudi concessio.

**D**ominus Azo. Estensis & Anchone Marchio, ob remunerationem obsequiorum multorum fidei & amoris circa eum & domum suam, à domino Gor. hætenus præstitorum, & in uinculum dilectionis inter eos ex nunc perpetuo conseruandæ. Dedit, tradidit, concessit in feudum & iure feudi ipsi domino Cor. recipienti pro se, & filiis suis, & nepotibus, & omnibus eorum & ex eis in perpetuum descendentibus masculis, uidelicet legitimis, dummodo in nullam aliam personam extraneam transferatur. Talem rem, sitam in tali loco, inter tales confines & c. ad habendum te. poss. & quicquid sibi & suis hæredibus saluo, quod dictum est, & etiam saluo iure fidelitatis debito,



## Artis Notariatus

deinceps placuerit, perpetuo faciendum, cum omnibus & singulis quæ inter prædictos continentur confines, & alios si qui forent. Cum accessibus & egressibus suis usq; in uiam publicam, & cum omnibus & singulis quæ habet super se, uel infra se, seu inter se, in integrum, omnique iure, actione, usu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam rem se eius nomine possidere constituit usq; quo ipsius possessionem accepit corporalem, quem accipiendi sua autoritate, & retinendi, deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se & suos hæredes dicto domino Cor. pro se & dictis ex eo descendentes liberis legitimis stipulanti & recipienti licentiam uel controuersiam eis de dicta re, uel eius occasione ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem ab omni homine & uersitate legitime defendere, auctorizare & desbrigare, & prædictam concessionem & omnia & singula superscripta in perpetuum firma & rata habere, & tenere, & non contrafacere uel uenire, per se uel alium, aliqua ratione uel causa de iure uel de facto. Sub poena c. Marcharum argenti, stipulanti, qua soluta uel non, omnia & singula superscripta firma perdurent. Item restituere sibi & restituere omnia & singula damna & expensas, ac interesse litis & extra. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem recipienti, ut dictum est, omnia sua bona. Quam quidem concessionem & omnia & singula superscripta fecit eidem dominus Azo pro eo quod dictus Cor. ibidem & in presenti promisit ipsi domino, & corporaliter iurauit ad sancta dei Euangelia, ex nunc sibi & suis hæredibus fidelem esse uasallum, ipsum quoq; & suos hæredes, res iura & honores ipsorum pro posse fideliter conseruare, & nullatenus quod in detrimentum & periculum siue damnum personæ uel personarum, rerum, iurium, et honorem sui, et suorum hæredum uerti posset, aliquid per se, uel alium contractari uel modo aliquo machinari: immo si quos hoc siue aliquid eorum tractari uel machinari senserit, quâ uelocius poterit domino indicare, et quicquid sibi sub fide et credentia eius sibi ab ipso impositum fuerit, secretum fideliter retinere, nec non personam, res et iura, honores suos aduersus quoscunque excepto imperio Romano communibono, et his quibus prius fidelitatis debito erat astrictus, tueri, et totis uiribus adiuuare, et generaliter puram et meram fidelitatem sibi et suis hæredibus reddere, et per omnia impartiri. Cæterum prædictis omnibus sic peractis, idem dominus Azo, in robur et confirmationem concessionis prædictæ, cum baculo uel chirotheca ipsum dominum Cor. de dicto feudo legitime inuestiuit in signum perpetuæ dilectionis et fidelitatis interueniente pacis osculo inter eos.

### Confirmatio Feudi à prædecessoribus concessi.

**D**ominus Azo Estensis et Anthonitanus Marchio et filius quondam domini Petri prædecessorum suorum. Volens uestigia imitari et acquisitum ac relictum per ipsos thesaurum incomparabilem, amicos uidelicet fideles omnique potestate, cura et sollicitudine conseruare, lecto in eius præsentia seriatim instrumento concessionis in feudum factæ domino Cor. olim patris Philippi à q. do. olim genitore ipsius do. Marchio de quadam petia terræ aratoria posita in tali loco, intra tales confines, ut eodem ipsius concessionis instrumento patet, scripto manu talis not. eandem concessionem et feudum et ipsius rei possessionem, et omnia et singula circa hoc et in prædicto instrumento ab ipsius genitore eius gesta, ut pote pro fide et benefactis ipsi domino Philippo præsentis prenotatæ concessionis robore, auctoritate plenissima



firma confirmauit, et in ipsius confirmationis et renouationis signum, ipsum dominum Philippum de dicto feudo cum Baculo legitimè inuestiuit. Pro mittens per se et suos hæredes dicto domino Philippo pro se et filijs eius et omnibus ex eo descendens legitimis masculis stipulanti et recipienti dictam concessionem et renouationem, et omnia et singula supra scripta perpetuo firma et rata habere et tenere, et non contrafacere uel uenire, per se uel alium, aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Sub pœna c. Marcharum argenti stipu. promissa, et refectione damnorum et expensarum litis et extra, et obligatione omnium honorum suorum et pœna soluta uel non, prædicta omnia et singula firma perdurent, Quod dominus Philippus ibidem & in præfenti de fide atq; fidelitate seruanda dicto domino Marchioni in omnibus & per omnia ut quondam d. Cor. pater eius fecit, & in prædicto continetur, solemnem promissionem fecit, & corporale præstitit iuramentum. Post hoc incontinenti in signum seruandæ fidei & amoris, pacis inter eos osculum interuenit.

H iij

\*



TOMVS II  
 MISCELANEA SI  
 ue sylvæ omnis generis Instru-  
 mentorum.

Instrumentum Appellationis  
 coram Notario.



**I**N nomine domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo decimo quinto. Indictione tertia, die uero Martis, nona Mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris & domini nostri, domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi, anno eius secundo. In mei Notarij publici testiumq; infra scriptorum ad hæc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia personaliter constituti honesti uiri C. suo ac suæ uxoris nomine, uti asseruit principalis. Nec non H. & I. Scabini in N. prope N. laici, Moguntinens. diocesis habentes quandam Appellationis bapiri cedula, quam ibidem animo et intentione Appellandi, prouocandi, apostolosq; petendi & recipiendi in medium exhibuerunt ac produxerunt, Appellaueruntq; prouocauerunt, apostolos petierunt, & alia fecerunt & peregerunt: ac quilibet ipsorum appellauit, prouocauit, apostolos petijt, & alia fecit iuxta & secundum dictæ Appellationis bapiri cedulæ tenorem, qui de uerbo ad uerbum sequitur, & est talis. Coram uobis Notario &c. Qua quidem Appellationis bapiri cedula lecta, & appellatione huiusmodi sic ut præmittitur interpretata, Ego Notarius publicus subscriptus dictis Appellantibus & prouocantibus, Instrumentum & Apostolos petentibus, Apostolos tales quales de iure potui & debui, testimoniales uidelicet, per hoc præsens publicum Instrumentum dedi, tradidi, & assignaui. Super quibus omnibus & singulis præmissis præfati Appellantes & ipsorum quilibet sibi à me Notario publico subscripto unum uel plura fieri & confici petierunt Instrumentum & Instrumenta. Acta fuerunt hæc F. ibidem in curia Monasterij A. inibi in domo mei Notarij publici subscripti, mane ante prandium hora octaua uel quasi. Sub Anno, Indictione, die, Mense & pontificatu quibus supra, honestis N. clerico, & N. laico Mogun. diocesis testibus ad præmissa uocatis specialiter atq; rogatis &c.

Instrumentum Insinuationis Appellationis non a tergo sed in Instrumento speciali, sine insertione Appellationis.

**I**N nomine domini Amen. Per hoc præsens publicum Instrumentum cunctis pateat euidenter & sit notum. Quòd anno &c. Indictione &c. die uero Martis &c. Pontificatus &c. Anno. n. Ego Notarius publicus infra scriptus ad instantiam uenerabilis domini Iohannis N. dicti. n. presbiteri Mog. diocesis legitime requisitus, honorabili domino O. de F. clerico dictæ diocesis, in & ad perpetuam uicariam ad altare tituli omnium sanctorum, situm in ecclesia



Ecclesia sancti N. oppidi F. eiusdem diocesis, intruso, ut ostenditur, Quandam Appellationem seu prouocationem per prædictum dominum Ioanem N. dictum n. appellansem contra & aduersum antefatum dominum O. appellatum partes hincinde principales de & super dictæ uicariæ Omnium sanctorum intrusionem, occupationem, detentionem, alijsq; impedimentis & grauaminibus in ipsa appellatione seu prouocatione latius specificatis, de Anno, In dictione, & Pontificatu quibus supra, die uero Iouis decima quinta, supranominati mensis decembris, in præfato oppido F. iuxta littus siue ripam Mogani fluminis, sub porta dicta uulgariter &c. hora ante meridiem nona uel qualis. In mei Notarij publici infra scripti ac honestorum & discretorum uirorum n. & n. ciuium & incolarum F. testium specialiter ad hoc uocatorum & rogatorum, præsentia, interiectam & interpositam, ac in & sub forma publici instrumenti redactam, signoq; & subscriptione meis solitis & consuetis subsignatam atq; subscriptam, omnibus melioribus modo & forma, quibus potui & debui, insinuauim, intimaui, notificaui, ac ad ipsius indubitam notitiam deduxi, aliasq; & alia feci, pro ut et quemadmodum in eodem publico Appellationis seu prouocationis instrumento latius haberi et contineri dinoscitur. Et insuper eidem domino O. Appellato ipsi publico Appellationis seu prouocationis Instrumento simile instrumentum duplicatum loco copiar, ad manus suas tradidi, assignaui & perrexi in signum uere, realis & effectualis insinuationis huiusmodi. Quod Instrumentum dictus dominus O. à me recipiens, Appellationem huiusmodi ac omnia & singula in eodem Appellationis seu prouocationis publicæ instrumento contenta pro insinuationis habuit. Super quibus omnibus & singulis præmissis tam præfatus dominus Ioannes N. Appellantis quam etiam dominus O. appellatus supranominatus, sibi à me Notario publico infra scripto unum uel plura fieri & confici petierunt, & quilibet eorum petijt publicum seu publica instrumentum & instrumenta. Ego Notarius publicus præscriptus attendens requisitionem præfati domini O. Appellati de & super præsentis publici insinuationis instrumenti traditione mihi pro parte sua specialiter factam fore iustam & rationi consonam hoc præfens publicum instrumentum manu mea propria scriptum, exinde confeci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, signoq; nomine & cognomine meis solitis & consuetis signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus pariter, & ut præferretur requisitus. Acta fuerunt hæc F. supradictæ Moguntin. diocesis super littore seu ripa Mogani fluminis præfati, in domo &c. hora &c. Sub anno &c. quibus supra.

Ego N. Quia dictam appellationem seu prouocationem insinuauim & intimaui, copiam instrumentatam tradidi & perrexi omnibusq; alijs & singulis &c. feci. Idcirco &c.

## Instrumentum insinuationis Appellationis.

**I**N nomine domini &c. Nouerint uniuersi quod anno prædicto ego Notarius publicus subscriptus, constitutus principaliter in domo, habitatione discreti uiri, domini N. de F. presbiteri rectoris parrochialis ecclesiæ de F. Mogun. diocesis, dirigendo uerba mea ad personam domini H. de A. clerici a tertio personaliter apprehenden, dixi, proposui, intimaui, insinuauim, eidemq; notificando in effectu & substantia proferendo talia & similia uerba. Domi  
ne



## Artis Notariatus

ne Henrice uerum est quod honorabilis uir magister Simon de N. Procurator, & eo nomine domini Egidij præfati domini nostri E. à quibusdam occupationibus, detentionibus & perturbationibus nec non alijs grauaminibus sibi intulistis & inseruistis in prædicta sua parrochiali ecclesia de E. coram persona autentica & in dignitate constituta, ad S. dominum nostrum Papam, eiusdem sedem apostolicam animo deuoluendi dictam causam ad Romanam Curiam in scriptis appellauit, & alia fecit & dixit pro ut in instrumento Appellationis desuper confecto, cuius copiam & duplum uobis offero & præsen- to, plenius continetur. Quam quidem Appellationem uobis insinuo & notifico, & ad uestram notitiam deduco, assigno uobis terminum in ordinatione contentum uidelicet xl. dierum comparandum in dicta curia Romana, coram præfato domino nostro Papa, seu eius auditore seu commissario deputandis, per uos uel procuratorem uestrum ad hæc specialiter institutum unã cum uestris Iuribus & literis, instrumentis & munimentis cum intimatione debita. Cui quidem Appellationi idem dominus H. respondit uiuẽ uocis oraculo, quod dictam Appellationem tenebat pro intimata & insinuata. Acta sunt hæc in domo &c. Anno, die Mensis &c. Præsentibus.

Et ego N. &c. Prænominatam Appellationem interpositam prædicto domino H. Intimaui, notificaui & insinuaui, & ideo huic præsentis publico instrumento signum meum publicum subscribendo apposui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus et requisitus.

### Insinuatio Appellationis à tergo.

**E**GO Notarius infrascriptus insinuaui & legi præsens retroscriptum Appellationis instrumentum, ad requisitionem dicti domini N. procuratoris domini N. principalis in retroscripto instrumento principaliter nominati, Domino N. in propria persona apprehenso, & quoddam instrumentum simile Appellationis collationatum cū retroscripto instrumento per me subscriptum loco copiam ipsi petenti tradidi & assignaui, in signum uerẽ executionis & deuolutionis rogatus & requisitus. Ideoq; præsens publicum instrumentum exinde confeci & hic subscripsi, signoq; & nomine &c.

### Forma Instrumenti transactionis.

**I**N nomine domini Amen. (Ponas annum, Indictionem, Mensem & diem Annum Pontificatus, uel Imperij &c.) In mei Notarij publici testiumq; infrascriptorum præsentia personaliter constituti honorabiles uiri Lucas de Spinis, ex una, & Lampertus de Albis ex parte alia, & exposuerunt. Quod ipsi contraxerunt simul inuicem & uicissim quandam societatem ad traffican- dum, & mercantias faciendum in curia Romana, per alia loca oportuna. Et quod dictus Lucas pro sua portione, & rata sibi tangente in capitali & corpore dictæ societatis misit florenos mille auri largos. Et dictus Lampertus misit & promisit & posuit pro sua rata & portione in dicta societate, pro capitali & corpore florenos quadringentos quinquaginta auri largos. Cum pacto, quod de lucro fiendo in dicta societate & similiter de damno (quod deus auertat) quilibet eorum participaret pro dimidia. Et inspecta qualitate & industria dicti Lamperti qui in similiter multum bene erat & est practicus & expertus. Et cum alijs pactis, modis & conditionibus pro ut constare dixerunt dictæ partes per quandam scriptam & cautionem priuatam inter dictas partes,



partes confectam manu Laurentij de Fiorinis senfalis in ciuitate Florentiæ subscriptam manu propria dictarum partium sub dicta die ad quam & contenta in ea relatio habeatur. Et quod dictus Lambertus gessit & administrauit facta & negotia dictæ societatis. Et quod de præsentis anno domini &c. dicta societatis expirauit, & est finita. Et quod dictus Lucas egit in curiam mercantiæ ciuitatis Florentiæ contra dictum Lambertum petendo ab eo quod redderet computum administrationis suæ & de gestis & administratis per eum in dicta societate. Et quod dictus Lamb. comparuit & contradixit prædictis, & dicit & dixit, in dicta societate esse potius damnum & perditam quam lucrum. Et quod dictus Lucas replicat, hoc sua ipsius Lamberti culpa & dolo, & negligentia euenisse, qui excessit fines mandati & commissionis sibi datæ, & pacta & conuentiones in dicta scripta, contenta maximè faciendo fidem de prætio, & seu credentiam de dictis mercantijs. Et quod est dubium & incertum an sit uerum, quod dictus Lambertus excessit fines mandati, & commissionis sibi datæ, & contra fecerit pactis & conuentionibus in dicta scripta & cautione priuata contentis, maximè propter uarias & diuersas probationes & generas probationum ab utraq; partium in dicta causa hinc inde facta, pro ut prædicta constare dixerunt in actis & per acta dictæ curiæ mercantiæ, ad quod & que omnia contenta in eis relatio habeatur. Vnde hodie hac præsentis supra scripta die dictus Lucas ex parte una, & dictus Lambertus ex parte alia uolentes parcere sumptibus & expensis, & futuris litibus obitare per se & eorum & cuiuslibet eorum hæredes & successores, ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris uel facti, solennibus stipulationibus, hinc inde interuenientibus, deueniunt ad infra scriptam concordiam, pactum, conuentionem & transactionem, uidelicet, in primis quod dictus Lambertus teneatur & obligatus sit & sic sponte promisit dictus Lambertus dare, soluere & numerare dicto Lucæ florenos trecentos quadraginta, auri largos, in auro hinc ad tres menses proximè futuros, in ciuitate Florentiæ, pro omni & toto eo quod dictus Lucas quomodolibet petere uel exigere posset à dicto Lamberto, uel ab alia quacumq; persona usq; in hunc præsentem diem uel poterit quomodolibet in futurum, occasione dictæ societatis. (Si uis prosequi, extende latius ut supra in instrumento mutui & alijs similibus poteris) Item quod omne lucrum & damnum, & omne bonum & omne malum dictæ societatis spectet & pertineat et spectare & pertinere intelligatur pleno iure domini dicto & ad dictum Lambertum. Et sic dictus Lucas eidem Lamberto remisit, dedit, cessit, transfuit, & mandauit omnia iura & actiones reales & personales utiles & directas, meras & mixtas, tacitas & expressas, ciuiles & prætorias, anormalas & conuentionales, & quascumq; alias sibi Lucæ quomodolibet pertinentes & spectantes & comperituras quomodolibet in futurum, in dicta societate & occasione dictæ societatis, contra omnes & singulas, & quascumq; personas & debitores quomodolibet dictæ societati obligatos. (Si uis latius extendere ut supra in instrumento cessionis poteris.) Et e conuerso dictus Lambertus promisit & solemniter stipulatione conuenit eidem Lucæ præsentis, & pro se & suis hæredibus recipienti & stipulanti ipsum liberare & conseruare indemnes, & penitus sine damno, ab omnibus & singulis creditoribus dictæ societatis, & se facturum et curaturum ita & taliter quod dicti creditores si qui extant uel extant, ullo unquam tempore in futurum aliquid non petent, nec exigent à dicto Luca, uel eius hæredibus, nec ipsum Lucam uel eius hæredes personaliter, uel in bonis molestabunt, sub infra scripta pœna, & refectione damnorum & expensarum ac interesse litis & extra. Item quod stantibus firmis prædictis omnibus & singulis dictæ partes & quelibet earum intelligatur esse et sit finita absoluta et liberata, una ab alia, et e conuerso. Et sic dicti Lucas et

Lamb.



## Artis Notariatus

Lambertus solemnibus stipulationibus, hinc inde interuenientibus fecerunt sibi inuicem et uicissim una alteri, et econuerso, finem, quietationem, refutationem, absolutionem et pactum perpetuum de ulterius aliquid non petendo una ab alia, et econuerso generaliter de omni & toto eo quod una pars ab alia & econuerso petere posset, usque in presentem diem, quacunque ratione, iure, modo uel causa, quomodolibet dicenda uel excogitanda. Et maxime specialiter & nominatim occasione dictae societatis. Ita tamen quod specialitas generalitati non derogat, nec econuerso, cum scriptura uel sine, publica uel privata: pure in diem uel sub conditione. Et hoc ideo fecerunt partes praedictae quae uocauerunt se ab inuicem & uicissim bene pagatos, tacitos & contentos & saluis tamen praedictis, exceptioni non numeratae pecuniae omnino renunciantes. Et praedicta finem fecerunt per aquilianam, stipulationem & acceptationem subsequenter legitime interpositam. Quae omnia &c.

### Instrumentum finis, refutationis, transactionis, pacti de ulterius non petendo.

**D**omina Maria filia q. domini Boë. & soror Ant. fecit pro se & suos haeredes dicto Ant. eius fratri filio & haeredi quondam domini Boëtij pro se & suis haeredibus recipienti, finem, refutationem, transactionem & pactum de ulterius non petendo, de omni iure & actione, & omni eo quod ad eam spectabat aut spectare, uel pertinere in bonis quondam patris sui, nomine & occasione, seu successionibus aut hereditatis uel testamenti quondam dicti patris sui siue falcidiae ad se spectantis in bonis paternis iure naturae seu alia quacunque ratione uel causa uis et lectis et cognitis uerbis dicti testamenti. Et hoc pro c. lib. Boñ. quas confessa & contenta fuit se ab ipso An. habuisse & recepisse. Exceptioni sibi non datae & non solute quantitates pecuniae omnino renuncians. (uel sic) Et hoc pro c. lib. Boñ. in quibus pater suus eam in suo testamento haeredem instituit, quas confessa & contenta fuit ipsum An. eius fratrem pro eo & eius mandato & uoluntate soluisse seu soluere conuenisse, in dotem & dotis suae nomine, do. Ia. eius uiro uel socero. Absoluens & liberans eum & eius haeredes, & bona ipsius ab omnibus & singulis quae praedictorum occasione, aut alia quacunque causa petere posset. Nec non promittens solemnibus stipulatione eidem An. liem uel controuersiam seu aliquam quaestionem, ei uel eius haeredibus praedictorum occasione, uel alia quacunque per se uel alium de iure uel de facto ullo tempore non inferre. Sed praedicta omnia & singula perpetuo firma & rata habere & tenere, & non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Sub poena centum librarum Boñ. stipulatione promissa &c. Insuper, quia minor erat xxv. annis, maior tamen duodecim, iurauit &c.

### Instrumentum generalis finis et refutationis.

**A**ntonius fecit pro se & suos haeredes Corado pro se & suis haeredibus, stipulanti finem & refutationem, transactionem, & pactum de ulterius non petendo. Specialiter de debito centum librarum Boñ. quas ipse Corado. Anto. dare & soluere tenebatur, ut patet instrumento scripto manu talis Notarij. Et generaliter de omni iure & actione, & de omnibus & singulis ad quae ipse Cor. dicto Ant. soluere tenebatur haecenus, seu teneri poterat, nomine & occasione alicuius quantitates pecuniae aut alicuius debiti siue occasione



caſione alicuius promiſſionis uel obligationis ſibi ab ipſo Cora. haecenus facta, aut alicuius Inſtrumenti uel ſcripturae, ſiue alia quacumque ratione uel cauſa. Et hoc ideo quia conſeſſus et contentus fuit ſe ab ipſo Cor. habuiſſe et recepiffe dictas centum libras Boñ. quia ſibi integrè ſolutum et ſatiſfactum eſt de omni debito, & re & omnibus & ſingulis ad quae ſibi idem Coradus haecenus tenebatur ex aliquo inſtrumento uel ſcriptura, ſiue ex aliqua ratione uel cauſa. Exceptioni ſibi non datae & non ſolutae praedictae quantitatis pecuniae c. lib. Boñ. & ſibi non ſoluti & non dati totius eius, ad quod idem Cor. ſibi haecenus tenebatur, ut dictum eſt, omnino renuncians. Et uolens atque mandans praedictum inſtrumentum ſcriptum manu praedicti talis Notarii, et omne aliud inſtrumentum uel ſcripturam, in quibus apparet ipſum Coradum fuiſſe haecenus dicto An. occasione aliqua obligatum, ex nunc uana eſſe & caſſa, et habita inefficax & cancellata. Nec non abſoluens & liberans eum & eius heredes, & bona per acceptilationem & Aquilianam ſtipul. legitimè interpoſitam. Et promittens pro ſe et ſuos heredes dicto Cor. pro ſe & ſuis heredibus ſtipulanti litem uel controuerſiam, aut quaestionem ei uel ſuis heredibus praedictorum occasione ullo tempore non inferre. Sed praedicta omnia & ſing. firma & rata habere et tenere, & non contrafacere uel uenire, per ſe uel per alium aliqua ratione uel cauſa, de iure uel de facto. Sub tali poena ſtipulatione in ſingulis capitulis huius contractus inſolidum promiſſa.

### Finis generalis.

**P**etrus olim Ladiffai de Fiorauantibus ciuis Florentinus, et de populo ſancti Ambroſij de Florentia, non uir, dolo uel metu, ſeu aliqua alia machinatione circumuentus, ſed ex eius certa ſcientia & libera uoluntate, & non per errorē aliquem iuris uel facti, & omni meliori modo, uia, & iure et forma quibus magis & melius potuit, ſecit finem quietationē et refutationem liberationem remiſſionem, abſolutionē & pactū perpetuū, de ulterius non petendo, Miniati olim Franciſci Bernardi de Tizontinis ciuis Florentino, ibidem praesentis, & pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus recipienti et ſtipulanti, et generale finem et liberationem in omnibus et per omnia petenti, de omni et toto eo & omni iure & actioni debito obligatione contractu, et de omnibus et ſingulis ad quae dictus Miniates dicto Petro haecenus tenebatur, ſeu teneri poterat, uel in futurum poſſet: uel obligatus eſſet quacumque de cauſa & quomodo libet dicenda uel excogitanda, cum ſcriptura, uel ſine, publica uel priuata, pure in diem uel ſub conditione uſque in praesentem diem, & hunc finem ideo ſecit dictus Petrus, quia ſibi à dicto Miniate integrè ſolutum & ſatiſfactum eſſe aſſeruit & aſſirmauit de omni & toto eo, & de omnibus et ſingulis his ad quod & quae dictus Miniates tenebatur, et obligatus erat eidem Petro, & de quibus omnibus uocauit ſe bene pagatum ſolutum & ſatiſfactum tacitum & contentum, exceptioni non numeratae pecuniae omnino renuncians. Quem finem uoluit extendi, intelligi, et habere locum etiam ad incognita non cogitata, et penitus non intellecta, liberans & abſoluens dictus Petrus dictum Miniatem per Aquilianam ſtipulationem et acceptilationē ſubſequentem legitimè interpoſitam. Quem finem et omnia et ſingula ſupraſcripta etc. ut in alijs inſtrumentis uſque ad extremum.

### Finis ſpecialis.

**P**etrus &c. ut ſupra ſecit finem quietationem, refutationem, liberationem remiſſionem, abſolutionem et pactum perpetuum de ulterius non peten



## Artis Notariatus

do Miniati &c. ibidem præfenti et pro se et suis hæredibus recipienti et stipulanti specialiter et nominatim, de quodam debito seu credito Florenorū no-  
ningentorū auri de Sigillo: quos dictus Miniates dare et soluere tenebatur  
dicto Petro ex causa mutui. Ponas causam ex publico documento inde roga-  
to, et per dominum Symonem olim Grazini de Stagia notarium ciuem Flo-  
rentinum, sub suo dotali, et de omnibus et singulis in dicto instrumento con-  
tentis, de quibus uocauit se benè pagatum & contentum, exceptioni non nu-  
meratæ pecuniæ omnino renuncians, liberans eundem Miniatem per Aque-  
lianam stipulationem et acceptilationem subsequentem legitime interposita-  
tam. Quam finem et omnia et singula supra scripta promisit dictus Petrus et  
dem Miniati ibidem ut supra præfenti recipienti et stipulanti perpetuo fir-  
ma et rata et grata habere &c. Sequere ut supra in alijs instrumentis.

## Cessio Iurium.

Certum esse dicitur, quod Cæsar olim Mathei de Corsinis de Florentia,  
fuit in ueritate confessus et contentus se mutuo et ex causa mutui habu-  
isse et recepisse ab Augustino, Ioannis Georgorij ciue et mercatore, Floren-  
tino florenos centum auri largos recti ponderis et cōmunis Florentini quos  
quidem florenos centum auri largos dictus Cæsar, ut principalis, et pro eo et  
eius precibus et mādatis fideiussit et fideiussor exitit penes Augustinū Alex-  
ander Philippi de Florentia, & uterq; principaliter & in solidum se obligan-  
do promiserunt, & solemnī stipulatione conuenerunt eidem Augustino, ibi-  
dem præfenti & pro se & suis hæredibus & successoribus recipienti & stipu-  
lanti dictos florenos centum auri largos dicto Augustino reddere, soluere et  
restituere, inde ad duos menses proximè futuros pro ut prædicta & alia plu-  
ra ad prædicta facientia in effectum tamen prædicto constare dixerunt partes  
infra scriptæ per publicum instrumentum publicè scriptum, rogatum & pub-  
licatum per & manu domini Antonij Anastasij de Vespucijs ciuis & notarij  
Florentini, sub die quinta decima mensis Octobris, Anno domini M. cccc.  
lxxx. ad quod & contenta in eo dictæ & infra scripte partes se retulerunt &  
referunt. Vnde hodie hac præfenti supra scripta die dictus Aug. ut uerus cre-  
ditor dictorū Iurium, et ante infra scripti pretij solutionem titulo & causa uen-  
ditionis, dedit, cessit et concessit, transtulit & mandauit dicto Alex. fideiusso-  
ri præfenti, & pro se & suis hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iu-  
ra sua concesserit recipienti & stipulanti, & nomen dicti debiti, & seu crediti  
florenorum centum auri largorum. Et omnia & singula alia iura nomina &  
actiones reales & personales, utiles & directas, tacitas & expressas, meras &  
mixtas, ciuiles & prætorias, anormales & conuentionales, & quascunq; ali-  
as. Et omnia alia sibi Augustino quomodolibet, competentia & competitu-  
ra, contra & aduersus eundem Cæsarem Principalem, & eius hæredes & ho-  
na uigore dicti mutui. Si uero fiat cessio alij quàm fideiussori dicas Contra. &  
aduersus Cæsarem principalem & Alexandrum fideiussorem supra scriptos,  
& quemlibet eorum in solidum, & in totum & eorum hæredes, et bona no-  
mine et occasione dicti Instrumenti mutui, de quo supra fit mentio: con-  
stituens eundem Alexandrum cessionarium, uel alium tertium, si tertius es-  
set Procuratorem et dominum, et in rem suam ponensque eum in locum, et  
uniuersum Ius suum: Ita quòd amodo dictus Alexander suo nomine, pro-  
prio dictis actionibus, utilibus et directis, et alijs quibuscunq; possit, sibi  
que liceat uti agere, uendicare et experiri, excipere, replicare, prosequi, con-  
sequi, et se tueri, et ius et iura sua in iudicium deducere, et dictam quantitatem  
florenorum centum auri largorum, petere et exigere, et omnia & singula  
alia



alia facere que & quemadmodum, & pro ut facere poterat, posset & potuisset dictus Augustinus ante presentem contractum & iurium cessionem & ac si presentis cessione & uenditio iurium facta non esset. Promittens & conueniens dictus Augustinus dicto Alexandro ut supra recipienti & stipulanti se fuisse & esse uerum & legitimum creditorem dictorum iurium, per eum ut supra, cessorum & se uerum semper defendere creditorem, & quod dicta iura penes eundem Augustinum sunt salua integra & illesa, & quod nulli hactenus per eum sunt cessa iura predicta & contra predicta uel eorum aliquid non dedisse & fecisse, nec dare uel facere in futurum modo aliquo per se uel alium seu alios in iudicio uel extra de iure uel de facto sub poena et ad poenam dupli dictae quantitatis solemnii stipulatione promissa in singulis & pro singulis capitulis pactis membris siue articulis presentis contractus siue instrumenti & sub refectione damnorum expensarum ac interesse litis & extra.

Quae poena &c. qua poena &c. Et predictam cessionem & iurium uenditionem & omnia & singula supra scripta fecit dictus Augustinus pro pretio & nomine ueri & iusti pretij florenorum centum auri largorum boni recti & iusti ponderis, & communi Florentini, quos florenos centum auri largos dictus Alexander in presentia mei L. Notarii antescrpti & testium supra scriptorum dedit, soluit, & numerauit dicto Augustino presenti & ad se trahenti, & sic & tantum esse contenti, et de quibus uocauit se bene pagatum, tacitum & contentum, exceptioni non numerate pecuniae omnino renuncians. Que omnia &c. Subdas, ut in alijs instrumentis usque ad finem. Et aduertas quod in cessionibus & causa uenditionis semper interueniat pretium numeratum, uel fiat ex causa donationis, alias non ualere propter odium redemptorum litium.

### Cessio Iurium facta pro liberatione bonorum.

Certum esse dicitur quod Nannes Stephani coroli de Florentia ex parte una & domina Catharina filia olim Iuliani de Tanaglis de Florentia ex parte alia, iam sunt anni uiginti quinque, uel circa proxime elapsi, inter se inuicem & uicissim matrimonium legitime contraxerunt & carnali copula consumauerunt. Et quod postea de Anno dominice incarnationis M. cccc. liij. & de Mense Maij dicti Anni seu alio ueriori tempore in instrumento inde confecto, contento dictus Nannes uir & maritus dictae domine Ca. Et dictus Stephanus predicti Nannis cum licentia consensu uerbo parabola & auctoritate dicti Nannis eius filij, ibidem presentis, & eidem Nanni eius filio consentientis & licentiam, & consensum dantis & praestantis fuerunt confessi et contenti se habuisse & recepisse, in dotem pro dote & dotis nomine dictae nominatae Ca. uxoris dicti Nannis inter denarios, & res mobiles communi concordia estimatas, inter dictas partes florenos mille auri de Sigillo. Quapropter fecerunt eidem dñe Cathe. donationem propter nuptias de libris quinquaginta, semper secundum formam statutorum & ordinamentorum communis Florentiae, & promiserunt quilibet eorum in solidum, & in totum se obligando unica tamen solutione sufficiente, eidem domine licet absenti, tunc & Notario inde rogato, ut publice personae pro dicta domina, & eius haeredibus, successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit recipienti & stipulanti, dictas dotem & donationem propter nuptias, eidem dominae & eius haeredibus & successoribus, reddere, soluere et restituere in omnem casum et euentum dictae dotis reddende, et donationis soluendae, constante matrimonio



## Artis Notariatus

uel soluto cum pacto dotali p̄cepto guarantigiæ obligatione, renūciatione,  
 p̄œna & alijs ut plenius & latius constare uidi in instrumento publico confes-  
 sionis datis dictę dominæ Catherinę publicę scripto, rogato, & publicato, ma-  
 nu domini Nicolai Antonij de romena, ad quod & contenta in eo dictę & in-  
 frascriptę partes, se retulerunt & referunt. Et q̄ postea & iam sunt duo Anni  
 uel circa dictus Nannes mortuus est, & decessit relictis post se dicta domina  
 Catherina eius uxore legitima & quibusdam eorum communibus filijs, Et  
 q̄ propter moriem naturalem dicti Nannis, euenit & extitit casus dictę do-  
 tis restituendę. Et quod postea & de præsentis Anno domini M. cccc. lxxx  
 iij. & de Mense Septembris, proximę præteriti dicta domina Catherina per  
 medium sui legitimi procuratoris uigore, & pro executione dictarum sua-  
 rum dotium in curia iudicis collateralis quarteriorum sancti Spiritus, & san-  
 ctę Crucis præsentia dñi Potestatis ciuitatis Florentiæ, meruit habere & ha-  
 buit tenutam & corporalem possessionem ex primo decreto infrascriptorum  
 bonorum infra, & in relatione immisionis in tenutam in actis dicti iudicis col-  
 lateralis, & curiæ facta hoc modo contentorum & confinatum. Vnum po-  
 dere &c. Ponas bona & confines tanquam bona & de bonis, & super bo-  
 nis dicti olim Nannis obligatis & hypothecatis dictę dominæ Catherinæ uia  
 gore suarum dotium, & seu executionem & immisionem patientibus. Quæ  
 quidem bona dictus Nannes proprius, uidelicet ante eius mortem, post ta-  
 men dictam confessatam dotem uendiderat infrascripto Symoni Ioannis Sy-  
 moni de Firidolsis. Et quæ bona per dictum Symonem hodie tenentur & pos-  
 sidentur, & fuerunt facta p̄cepta de disgumbrando dicto Symoni, & eius  
 uxore filijs & familię. Et quod dictus Simon in termino dictorum p̄cep-  
 torū coram dicto iudice collateralis, & curia comparuit, & uolens euitare sum-  
 ptus & expensas litium, ac se & dicta bona liberare à dicta pronunciatione, te-  
 nutæ & immisione in tenutam prædictam, & ex primo decreto, & dictis p̄-  
 ceptis de disgumbrando obtulit in iudicio, & coram dicto iudice & curia se so-  
 luturum dictę dominæ Catherinæ, dictam eius dotem & quantitatem dotis  
 & expensas legitimas in dicta causa factas, dummodo dicta domina Catheri-  
 na eidem Symoni cedat iura dotis suæ prædictæ, & promittat dicta iura inte-  
 gra & illesa apud se esse & habere, & dicta iura alteri non cessa, si extunc ad  
 mandata dicti iudicis deposuit & dimisit penes Franciscum de Bagnesis, ci-  
 uem & campforem Florentinum, & socios de Florentia, dictos Florenos  
 mille de Sigillo, pro solutione & satisfactione dictę dotis, dictę dominæ Ca-  
 tharinæ, & florenos quinque auri largos, pro dictis expensis, & si plus uel mi-  
 nus erunt uel taxabuntur, debeat rehabere & restituere, pro rata dictus Sy-  
 mon. Quem Franciscum dictus dominus Iudex elegit pro idoneo deposita-  
 rio, ad prædictam eidem Francisco mandauit quatenus dictum depositum  
 saluet & custodiat, & nemini det, sine licentia dicti iudicis & curiæ, & dicti Sy-  
 monis præterquam dictę dominæ Catherinæ, si cesserit dicta iura & alia fe-  
 cerit pro parte sua, de quibus supra fit mentio, & ad quæ tenetur de iure, & se-  
 cundum formam statutorum & ordinamentorum communis Florentiæ, pro-  
 ut prædicta, & alia plura ad prædicta facientia, sic uel aliter in effectum, ta-  
 men prædicto plenius & latius constare dixerunt in actis & per acta iudi-  
 cis collateralis, & curiæ & communis Florentiæ, ad quæ & contenta in eis re-  
 latio habeatur, unde hodie hac suprascripta die dicta domina Catherina,  
 cum consensu uerbo licentia parabola, & auctoritate dicti Guilielmi eius le-  
 gitimi mundualdi, eidem per me L. Notarium ante dictum, & infrascriptum,  
 ut supra dati, ibidem præsentis, & eidem dominæ Catherinæ in om-  
 nibus & singulis suprascriptis & infrascriptis consentientis, & consensum  
licentiam



licentiam parabolam et auctoritatem donantis et præstantis præponas huic Instrumentum mundualdi. Certificata primo, et ante omnia per me L. Notarium antedictum et infrascriptum de iuribus suis et de Beneficio Velleiani Senatusconsulti, et de importantia præsentis contractus et instrumenti, et quid agebat et quid contrahebat, et quid et quantum sibi præiudicare poterat. De quibus omnibus dixit et asseruit se bene claram certioratam et auisatam fore & esse, deliberate & ex certa scientia & non per errorem aliquem iuris uel facti, & omni meliori modo, uia, iure & forma, quibus magis & melius potuit & potest, & eidem licuit & licet pro pretio infrascripto, & ante infrascripti pretij solutionem cum dicto consensu dedit, cessit, transtulit & mandauit dicto Symoni (sequere, ut supra in præcedenti Instrumento. Sed facias pretium solui depositario de consensu Symonis ut supra. Et subdas postea ut in alijs instrumentis ubi interueniunt mulieres.

### Cessio Juris et Actionis ex causa uenditionis factæ.

**A**ntonius ex causa uenditionis dedit, cessit, transtulit & mandauit Cora. pro se & suis heredibus recipienti omnia iura & actiones reales & personales utiles & directas, quæ uel quas habebat uel habere poterat aduersus Philippum & Andream, & quemlibet eorum in solidum & eorum hæredes & in ipsorum bonis nomine & occasione debiti centum librarum Bononiarum, quas dicti Philippus & Andreas prædicto Anto. ex causa mutui dare & soluere tenebantur, ut patet instrumento scripto manu talis Notarij. Quod instrumentum dicto Cora. tradidit & dedit ibidem & in præsentem, constituens procuratorem eum tanquam in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita quod ammodo suo nomine actionibus, utilibus & directis possit aduersus prædictos Andream & Philippum, et quemlibet eorum in solidum, & eorum hæredes, & in ipsorum bonis nomine & occasione dicti debiti, agere, experiri, excipere & replicare consequi & se tueri & petere dictum debitum sortem poenam damna & expensas, & interesse: & bona obligata, & omnia & singula facere quemadmodum ipse poterat. Et paciscens atque conueniens, quod nulli alij hætenus cessit iura prædicta. Et quod tempore huius contractus uerè creditor erat huius debiti prætaxati. Nec non promittens solemni stipulatione Cora. prædicto dictam cessionem, & omnia & singula supra scripta firma & rata habere et tenere, et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto, & prædicta iura & actiones, sibi legitimè defendere & auctorizare. Si uero apparuerit ipsum hætenus alteri dicta iura cessisse, aut creditorem dicti debiti, huius contractus tempore non fuisse, uel si non defenderit ut dictum est, & omnia & singula in hoc contractu contenta non obserauerit, aut in aliquo contra uenerit, promittit eisdem persoluere atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ poenæ nomine, stipulatione in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa, qua soluta uel non, prædicta omnia & singula supra scripta & infrascripta firma perdurent. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extræ. Obligando pro his omnibus & singulis obseruandis eidem omnia sua bona. Pro pretio quoque & nomine precij eiusdem cessionis ipsis iuribus & actionibus primo cessis, confessus & contentus fuit dictus Antonius se ab ipso Corado habuisse & recepisse centum libras Bononienses. Exceptioni sibi non dati & non soluti precij, doli mali, conditioni sine causa in factum actioni, & omni alij iuris auxilio omnino renuncians. (Si uero fiat cessio in aliqua quantitate quæ sit residuum debiti alicuius, scribe si-



cut in subsequenti contractu uidebis & poteris formam pro se qui breuiorem & non solum in ipso contractu, sed etiam in omnibus contractibus Cessionis. Verumtamen predictam longiorem & infra scriptam breuiorem formam habes in exemplum ut scias magno & paruo negotio suum adaptare contractum.

### Instrumentum cessionis factae in quantitate, Quod debetur ex residuo debiti.

**A**ntonius dedit ex causa uenditionis & cessit Cora. pro se & suis heredibus recipienti. Omnia iura & actiones, quae uel quas habebat uel habere poterat aduersus Philippum & eius heredes, & in ipsius bonis nomine & occasione quantitatis uiginti quinq; librarum Bononiensium, quas ab ipso Philippo habere debeat, pro residuo & complemento debiti c. lib. Bon. In quibus idem Philippus erat dicto An. ex causa pretij dictae quantitatis laenae obligatus ut patet in instrumento scripto manu talis Notarij. Quod instrumentum ei tradidit. Constituens ibidem eum procuratorem in rem suam et ponens ipsum in locum suum. Ita quod a modo suo nomine actionibus utilibus & directis possit aduersus dictum Philippum & eius heredes & in ipsius bonis, nomine & occasione dictae quantitatis pro residuo dicti debiti agere, experiri, excipere, replicare, consequi & se tueri, & omnia & singula facere quae ipsemet facere poterat. Promittens dictam cessionem & omnia & singula in hoc contractu contenta, firma, & rata habere & tenere, & non contrafacere uel uenire contra. Sub poena dupli dictae quantitatis pecuniae stipulatione promissa & refectione damnorum & expensarum litis & extra & obligatione suorum bonorum et poena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta et infra scripta. Pro pretio quoque et nomine pretij ipsius cessionis post ipsam actionem cessam confessus fuit et contentus dictus An. ab ipso Cor. habuisse et recepisse xxv. lib. Bon. Exceptioni sibi non dati et non soluti pretij omnino renuncians.

### Cessio facta debitori contra unum, ex debitoribus suis.

**A**ntonius dedit, cessit, transfudit et mandauit Cor. pro se et suis heredibus recipienti Omnia iura et actiones reales et personales utiles et directas, quae uel quas habebat uel habere poterat aduersus Philippum et eius heredes, et in ipsius bonis nomine et occasione debiti xxv. librarum Bononiensium quas Philippus in solidum cum dicto Cor. et Andrea eidem Anto. dare et soluere tenebantur ex causa mutui ut patet in instrumento scripto manu talis Notarij, et quodam praeepto scripto manu talis Notarij. Item nomine et occasione quantitatis quinq; librarum Bononiensium pro damnis et expensis, et interesse dicti debiti, currentibus a termino debiti usque nunc. Quod instrumentum et praeeptum ei tradidit ibidem et in praesenti, Constituens eum procuratorem in rem suam, et ponens ipsum in locum suum. Ita quod a modo suo nomine actionibus utilibus et directis possit aduersus dictum Philippum et eius heredes in ipsius bonis nomine et occasione dictarum quantitatum agere et experiri, excipere et replicare, consequi, et se tueri etc. secundum unam ex formis praedictorum instrumentorum continuando usque ad locum ubi dicitur. Pro pretio quoque, in quo loco ita incipies. Quam cessionem ipse An. eidem Cor. fecit ut dictum est, eo quod cum ipse Cora. esset una cum dictis Philippo



Philippo & Andrea ad dictum debitum in solidum obligatus. Et propterea à dicto creditore ad solutionem coactus idem Cora. dicta cessione sibi prius facta dedit & soluit ipsi Anto. xxv. lib. Bon. pro ut ipse Anto. contentus et confessus fuit. Exceptioni sibi non datae & non solutae quantitatis omnino renuncians.

### Cessio ex titulo donationis facta contra plures debitores scilicet contra unumquemque pro suo debito.

**A**Ntonius ex causa donationis pure, libere simpliciter, & irrevocabiliter inter vivos dedit, cessit, transtulit, & mandavit Cor. pro se & suis heredibus recipienti omnia iura & actiones, reales & personales utiles & directas quae uel quas habebat uel habere poterat aduersus Philippum, & eius heredes, & in ipsius bonis nomine, & occasione debiti x. lib. Bon. quas ipse Philippus dicto Anto. ex causa pretij quorundam petiarum pannorum de Masza lana, dare, & soluere tenebatur ut patet instrumento scripto manualis Notarij. Idem aduersus Andream & eius heredes, & in ipsius bonis nomine et occasione debiti viij. lib. Bon. quas ipse Andreas dicto An. dare & soluere tenebatur ex causa Mutui, ut patet instrumento scripto manu mei Ro. Notarij infrascripti. Quae instrumenta ei tradidit ibidem & praesenti, Constituens eum procuratorem in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita quod ammodo suo nomine actionibus utilibus, & directis possit aduersus praedictos s. aduersus unumquemque eorum & eius heredes, & in ipsius bonis nomine & occasione sui debiti agere & experiri excipere & replicare consequi, & se tueri et petere ab unoquoque debitum à se promissum sortis penas damna expensas ac interesse, & bona obligata, & omnia & singula facere, quemadmodum ipse poterat. Et promittens solemnibus stipulatione Cora. praedicto praedictam cessionem, donationem, & omnia & singula supra scripta firma & rata habere & tenere & non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Et ipsam donationem nulla causa uel ingratitude reuocare sub poena dupli dictarum quantitatum stipulatione promissa & refectione damnorum & expensarum litis & extra, & obligatione omnium suorum bonorum, & poena soluta uel non, praedicta omnia & singula firma perdurent. Et nota quod si cessiones titulo donationis factae excedant quantitatem uiginti quinque librarum Bono. seruari debet Bononiae solemnitas illa quae scripta est in fine instrumenti donationis in primo capi.

### Si uero cedantur Jura habita ex Jure cesso, ita scribes.

**A**Ntonius ex causa uenditionis dedit, cessit, transtulit, & mandavit Cora. pro se & suis heredibus recipienti Omnia iura & actiones reales & personales utiles & directas quae uel quas habebat uel habere poterat ex iure cesso sibi ab Ant. ut patet ipsius cessionis instrumento scripto manualis Notarij, aduersus Philippum & eius heredes, & in ipsius bonis nomine & occasione debiti x. lib. Bon. quas dictus Philippus & eius heredes & in ipsius bonis nomine & occasione debiti x. lib. Bon. quas dictus Philippus praedicto Antonio dare et soluere tenebatur ex causa mutui, patet instrumento scripto manualis Notarij. Quae instrumenta ipse Anto. dicto Cora. tradidit ibi-



dem & in præfenti Constituens eum procuratorem in rem suam & ponens ipsum in locum suum &c. ut in primo & secundo instrumento huius capituli. Nota, quòd si aliquis alterius nomine stipulatus fuerit, ille cuius nomine stipulatio facta est, directè nō aget, nisi demum cessione sibi facta ab illo qui suo nomine stipulatus fuerit, cuius cessionis Instrumentum secundum infra scriptam facies formam.

**Notulæ.**

**S**upereft nunc ut de cessione iuris habiti in re ex hypotheca uel obligatione uideamus. Et quia in hoc instrumento multotiens à tabellionibus solet errari, Idcirco ut magis instrumenti naturam uideas, exponitur casus, ex quo solet hoc procedere instrumentum. Est igitur casus talis. Philip. habebat creditores plures unū altero priore tempore, quibus omnia bona sua, pro ipsis creditis obligauerat. Hic Philip. ex bonis prædictis obligatis uendidit Cor. unam domum conueniens cum eo ut ex prædicto precio satisfaceret creditoribus suis unicuique uidelicet, pro ut esset pro tempore. Ipse uero Cor. satis faciens primo creditori utputa Anto. cessionem recepit ab eo, de illo iure quod habebat in ipsa re uendita ex causa obligationis sibi factæ de ipsa re occasione crediti sui, ut sicut ipse Ant. cunctis præferebatur creditoribus, & cæteros excludere poterit, ita possit Co. loco sui. Cuius cessionis forma hæc est.

**Instrumentum cessionis Iuris habiti in re ex obligatione uel hypotheca.**

**A**ntonius dedit, cessit, transtulit & mandauit Corado pro se & suis hæredibus recipienti, Omnia iura & actiones reales & personales utiles & directas, quæ uel quas habebat uel habere poterat aduersus Philippum, & eius hæredes & in ipsius bonis & specialiter in quadam domo posita in strata Castellionis infra tales cōfines, quam dictus Philippus dicto Cor. uendidit ut dicitur contineri in instrumento scripto manualis Notarius, nomine & occasione obligationis & Hypothecæ ad se spectantis specialiter in dicta domo & generaliter in omnibus bonis dicti Philippi sibi obligatis pro debito et ex causa debiti centum lib. Bon. quas dictus Philippus prædicto Anto. dare & soluere tenebatur, ut patet in instrumento scripto manu Jacobi Notarij. Quod instrumentum dictus Antonius ipsi Corado tradidit ibidem, Constituens eum procuratorem in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita quòd amodo actionibus directis & utilibus possit suo nomine, loco eiusdem Antonij dictam domum defendere iure obligationis & hypothecæ prædictæ contra omnes alios creditores dicti Philippi, si aliquo tempore apparerent, & nō possit aduersus ipsum Philippum, uel eius hæredes pro ex actione ipsius debiti agere, nisi in casu euictionis si sequeretur de re ipsa, uel parte pro rata. Et hoc ideo fecit dictus Ant. quia incontinenti post ipsam actionem cessam, idem Cora. præfente & mandante, & his omnibus consentiente prædicto Philip. dedit & soluit ipsi Antonio centum libras Bono. de pretio dictæ domus pro ut ipse Antonius confessus & contentus fuit, tantam esse quantitatem. Promittens solemni stipulatione ipsi Corad. prædictam cessionem & omnia & singula supra scripta firma & rata habere & tenere, & non contrafacere uel uenire, per se, uel per alium aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Sub poena dupli dictæ quantitatis pecuniæ stipulatione pmissa, & refectione damnorum & expensarum litis & extra, & obligatione omnium suorum bonorum. Et poena soluta uel non, prædicta omnia & singula firma perdurent.

Instru-



## Instrumentum solutionis seu simplicis confessionis debiti soluti.

**A**Ntonius fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse, ac sibi integre datas solutas & numeratas esse à dicto Corado uiginti quinque lib. Bononiens. quas dictus Cor. d. An. dare & soluere tenebatur, ut patet in instrumento scripto manualis Nota. quod instrumentum ei restituit ibidem & in presenti ut ex nunc sit uanum cassum & irritum inefficax & cancellatum. Renuncians exceptio, sibi non datae & non solutae praedictae quantitatis pecuniae, & omni alij iuris auxilio. Necnon promittens eidem Cor. praedictam solutionem, & omnia & singula suprascripta perpetuo firma & rata habere & tenere, & non contrafacere uel uenire, per se uel per alium aliqua ratione, uel causa, de iure uel de facto. Sub poena dupli dictae quantitatis pecuniae stipul. promissa &c. ut supra.

## Instrumentum solutionis partitis debiti.

**A**Ntonius fuit confessus & contentus se habuisse & recepisse ac sibi integre datas solutas & numeratas esse à Corado decem libras Bono. de debito seu parte debiti xxv. libras Bono. in quibus dictus Coradus ipsi Antonio tenebatur ut patet in instrumento scripto manualis Notarij. Protestans tamen & asserens se ipsas decem libras Bono. recepisse, & de ipsis sibi solutis confiteri saluo iure omni suo ante solutionem & post, tam in residuo dicti debiti, quam poenis damnatis & interesse totius & eiusdem debiti, & in omnibus & singulis alijs sibi in dicto instrumento promissis. Et renuncians exceptioni sibi non datae & non solutae dictae quantitatis decem librarum Bononiensium, & omni alij iuris auxilio. Necnon promittens solemnem stipulationem dicto Corado praedictam solutionem, & omnia & singula suprascripta &c. ut supra in proximo praecedenti instrumento.

## Datio in solutum.

**C**Vm hoc sit quod de Anno Domini M. cccc. lxxij. & die xxij. Mensis Nouembris dicti Anni. Petrus olim Symonis de Cederinis ciuis Florentinus fuerit confessus, & se publice recognouerit debitorẽ Jacobi Alfonsi de Strozis, ciuis Florentini, de summa & quantitate florenorum trecentorum auri largorum, occasione puri & ueri, & gratuiti mutui. Quas florenos trecentos auri largos dictus Petrus, eidem Jacobo reddere promisit, inde ad unum annum, tunc proximẽ futurum cum pactis modis obligationibus, renunciationibus, poena garantigia, & alijs in dicto instrumento mutui contentis pro ut constare uide publicum instrumentum manu domini Symonis Grazin de Stagia, ciuis & Notarij Florentini, sub dicta die ad quod & contenta in eo dictae partes se retulerunt & referunt. Vnde hodie hac praesenti suprascripta die dictus Petrus, uolens eidem Jacobo de dicto suo credito satisfacere, & cum non habeat in pecunia numerata, unde commode possit dicto Jacobo satis facere, nisi per bonorum infrascriptorum dationem insolutum, per se & haeredes suos iure proprio & in perpetuum dedit, tradidit & adiudicauit insolutum & pagamentum pro dicta extimatione dictorum florenorum trecentorum auri largorum dicto Jacobo praesenti & pro se & suis haeredibus & successoribus



## Artis Notariatus

cessoribus recipienti & stipulanti infra scripta bona, tanquam bona & de bonis dicti Petri debitoris prædicti uidelicet unum podere &c. pones confines, &c. quod quidem podere, & bona dictus Petrus constituit tenere &c. ut supra in uenditione, sed inferas hoc pactum post promissionem defensionis. Cui pacto apposito & solemnī stipulatione uallato, inter dictas partes in præsentī contractu, & instrumento quòd si ullo unquam tempore contigerit in futurum, dicta bona, ut supra eidem Iacobo in solutum & pagamentum data & adiudicata, uel aliquod eorum, uel aliquam eorum partem tolli, euinci, uel aduocari dicto Iacobo, & eius hæredibus & successoribus, liceat & licitum sit eidem Iacobo redire ad dicta sua iura dicti crediti, & ea petere consequi & exigere à dicto Petro & eius hæredibus, ac si præsens datio & adiudicatio insolutum facta non esset. Et in omni casu euictionis prædicti saluum & integrum, & illesum remaneat ius suum, pro dictis florenis trecenteis dicto Iacobo creditori, & eius hæredibus & successoribus &c.

## Alia Forma Dationis in solutum.

**A**ntonius de tra. in solutum iure proprio in perpetuum Co. pro se & suis hæredibus recipienti, domum unam positam in tali loco, cuius hi dicuntur confines &c. ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid sibi & suis hæredibus, deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus & singulis, quæ infra prædictos continentur confines, uel alios si qui forent, cum accessi. & egres. suis usque in uiam publicam, & cum omnibus & singulis quæ habet supra se, uel infra se, seu intra se in integrum, omnique iure & actione usu seu requisitione sibi ex ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Et hoc pro pretio c. lib. Bon. quas dictus Anto. Cor. prædicto ex causa mutui dare & soluere tenebatur, ut patet in instrumento scripto manualis Notarij. Quod Instrumentum dictus Cor. prædicto Antonio restituit ibidem & in presenti uolens & mandans illud ex nunc esse nullius ualoris atque momenti, et ut habitum sit inefficax et cancellatum (Additio ex aurora) Quòd instrumentum ut actum fuit inter ipsos apud ipsum Cor. & eius hæredes & successores permanere deberet perpetuo, quatenus ex eo, semper pateat eiusdem dationis causa insolutum, ut per illud & cum illo ipse Co. dictam domum possit defendere ab omnibus dicti Anto. creditoribus, si qui pro tempore appeterent nõ ut ex eo sit ulterius, exactio dicti debiti, nisi in casu euictionis, si sequeretur de re ipsa uel parte, pro rata. Quam domum prædictus A. se nomine prædicti Cor. constituit possidere usquequo &c. ut in primo instrumento uen. nominando semper istos contrahentes proprijs nominibus.

## Donatio inter uiuos.

**B**lasius olim Zachariæ de Minerbertis ciuis Florentinus & de populo sanctæ Trinitatis de Florentia, non uide, dolo uel metu, seu aliqua alia machinatione circumuertus ex certa scientia, & non per errorem et omni meliori modo uia, iure et forma, quibus magis et melius potuit, et eidem licuit et licet per se et suos hæredes pure, mere, libere simpliciter irreuocabiliter, et inter uiuos. Ita tamen quòd præsens donatio nulla integritudinis causa uel uitio ualeat reuocari, dedit, tradidit, donauit et concessit Guilielmo olim cardinali de Oricellarijs de Florentia, ibidem presenti et pro se et suis hæredibus et successoribus recipienti et stipulanti infra scripta bona uidelicet. Vnum podere etc. Cum omnibus et singulis alijs possessionibus, et terris, et bonis solitis teneri et laborari cum dicto podere. Cum omnibus et singulis quæ dicta bona habent



habent super se, infra se seu intra se in integrum. Et cum omni iure & actione usu seu requisitione eidem Blasio ex dictis bonis quomodolibet pertinentibus & spectante. Et cum omnibus & singulis accessibus, ingressibus et egressibus pertinentiis, adiacentiis et coherentibus suis usque in vias publicas, et cum omnibus et singulis quæ infra prædictos continentur confines, ad habendum, tenendum et possidendum, et quicquid Guil. deinceps placuerit perpetuo faciendum. Quæ bona ut supra donata sunt a Blasio donator præscriptus constituit se precario nomine, tenere et possidere pro dicto Guilhelmo, et eius hæredibus et successoribus, donec et quousque dictorum bonorum possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi, et deinceps retinendi, etiam sua propria auctoritate et sine licentia uel decreto alicuius iudicis uel curie dictus Blasius eidem licentiam omnimodam contulit atque dedit liberam potestatem. Insuper ex causa donationis prædictæ dictus Blasius dedit, cessit, transtulit atque mandauit eidem Guil. ut supra recipienti et stipulanti omnia et singula iura et actiones reales et personales meras et mixtas, tacitas et expressas, utiles et directas, anormales et conuentionales, ciuiles et prætorias, et quasunque alias eidem Blasio in dictis bonis quomodolibet competentes. Constituens dictus Blasius dictum Guilielmum, ut supra præsentem et acceptantem procuratorem, ut in rem suam posuitque ipsum in locum et uniuersum ius suum, ita quod amodo dictus Guilielmus et eius hæredes et successores prædictis actionibus et iuris sibi cessibus uti agere, experiri, excipere, replicare, consequi, prosequi & se & dicta bona tueri petere exigere possit & ualeat, seu possint & ualeant, & omnia & singula alia facere possit, quæ poterat dictus Blasius ante præsentem donationem & iurium cessionem. Ponas promissionem defensionis generalis & restitutionis extimationis eius, unde oriretur quæstio sic est de uoluntate partium, ut in uenditione supra. Promittens & conueniens dictus Blasius donator eidem Guilielmo, ut supra præsentem, & pro se & suis hæredibus & successoribus recipienti & stipulanti prædictam donationem, & omnia & singula supra scripta perpetuo firma & rata atque grata habere & tenere, attendere, obseruare & adimplere, & contra non dicere facere uel uenire, per se uel alium seu alios quoquo modo, directe uel indirecte, quouis que sito colore aliqua ratione causa uel ingenio in iudicio uel extra de iure uel de facto. Et supra dictam donationem inter uiuos aliqua causa ingratitudinis, uel alia quacunque ratione modo uel causa directe uel indirecte, tacite uel expresse, aut alio quouis que sito colore per se uel alium seu alios quoquo modo non reuocare infringere uel irritare nec reuocari infringi uel irritari petere, seu facere, sub pœna dupli ualoris & extimationis dictorum bonorum solemniter stipulatione promissa in singulis & pro singulis partibus capitulis membris, siue articulis præsentis contractus & Instrumenti, & sub refectione damnorum & expensarum, ac interesse litis & extræ. Non ponas pœnam nisi de uoluntate donatoris. Quæ pœna &c. quæ pœna &c. ut supra alias generalitates in alijs instrumentis &c.

### Alia.

T. dedit, tradidit & donauit pure, libere, similiter inter uiuos & irreuocabiliter perpetuo, proprio iure P. pro se suisque hæredibus recipienti domum sitam in tali loco, cuius confines &c. ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid sibi suisque hæredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus & singulis quæ infra prædictos confines continentur, uel alios si qui forent accessibus & egressibus suis usque in uiam publicam, et cum omnibus quæ habent supra se et infra, seu intra se in integrum, omnibus iure et actione usu

seu



seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente, quam rem idem T. se dicti P. nomine precario constituit possidere, donec ipse eius rei possessionem acceperit corporalem: quam quidem accipiendi auctoritate sua & retinendi, deinceps eidem omnimodam & liberam licentiam dedit, promittens per se suosque hæredes dicto P. pro se suisque hæredibus stipulanti præmissam donationem & omnia & singula suprascripta perpetuo gratuita & rata atque firma tenere & habere, & non contrafacere uel uenire per se, uel per alium aliqua ratione uel causa, uel ingenio, de iure uel de facto, nec ipsam donationem ob ingratitude, uel causa alia reuocare, sub pœna c. lib. stipulatione præmissa, ac refectione damnorum & expensarum, litis & extra, sub obligatione omnium bonorum suorum: qua pœna soluta uel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Instit. de donationibus, & ff. eo. l. i. C. eo. per totum, extra eo. c. fi.

### Donatio inter uiuos omnium bonorum, reseruato usufructu.

**F**abritius &c. omni meliori modo, uia, iure & forma, quo, qua, & quibus magis & melius potuit & eussit & licet, non uel dolo uel metu, seu aliqua alia machinatione circumuentus, sed ex eius certa scientia & libera spontanea uoluntate, & non per errorem aliquem iuris uel facti per se & suos hæredes, pure, merè libere simpliciter, & irreuocabiliter, & inter uiuos. Ita quod hæc donatio nulla ingratitude causa uel uitio ualeat reuocari uel annullari iure proprio & in perpetuum, dedit, donauit, tradidit, & titulo merè libere simplicis & irreuocabilis donationis inter uiuos concessit Benedicto olim Mathæi de Bonuifis de Florentia, licet absenti & mihi L. Notario infra scripto, ut publicè personæ pro dicto B. & eius hæredibus & successoribus præsentibus, recipientibus & stipulanti, omnia quæcunque bona, res et iura, mobilia et immobilia, & se mouentia, iura, nomina & actiones dicti donatoris ubicunque posita consistentia & existentia, & ad dictum Fabritium donatorem quomodocunque pertinentia, spectantia et cõpetitura, que omnia cõpetentia, hic p. expresse descriptis cõtinentis & confinatis haberi uoluit et mandauit. Reseruato tamen eidem Fabritio in principio, medio & fine, presentis contractus & instrumenti libero usufructu dictorum bonorum rerum & iurium supra per eum donatorum, toto tempore uitæ suæ, adeo quod fructus, redditus & proventus, & alia quæcunque occasione dicti usufructus, ex dictis bonis, rebus & iuribus, supra donatis dicto Fabritio prouenientia & peruentura, & per ipsum Fabritium toto tempore uitæ suæ percipienda dictus Fabritius sua propria auctoritate, exigere, recipere, percipere, distrahere, alienare, & in sui usum & utilitatem cõuertere, de ipsiusque in omnibus & per omnia facere & disponere etiam per modum ultimæ uoluntatis libere, secundum uelle suum, & pro ut & sicut sibi uidebitur & placebit. Et dicta reseruatione & cõditione solidis & firmis stantibus, idem Fabritius ex causa & titulo donationis inter uiuos prædictæ, & cessit, transfudit & mandauit dicto Benedicto licet absenti, & mihi L. Notario ante dicto & infra scripto, ut supra recipienti et stipulanti omnia et singula iura et actiones, reales et personales, utiles et directas, ciuiles et Prætorias, meras et mixtas, tacitas et expresas, anormales et conuentionales, et quascunque alias eidem Fabritio donatori competentes et competituras, quomodocunque et quascunque ratione, iure, modo uel causa, in et super dictis bonis, rebus et iuribus, supra donatis, et contra quascunque personas et quæcunque bona obligatas et obligatas, tam principaliter quam accessorie. Constituens dictus Fabritius donator



donator dictum Benedictum procuratorem, ut in rem suam, posuitque ipsum in locum et uniuersum ius suum, ita quod amodo dictis actionibus & iuribus ut supra, cessis, dictus Benedictus donatarius & eius heredes & successores uti possint et ualeant, & in predictis & pro predictis petere & exigere, recipere, contrahere, prosequi, consequi, agere & experiri, & se dicta bona tueri, ac omnia & singula alia facere que & pro ut potuisset dictus Fabritius donator ante presentem donationem & iurium cessionem. Quæ bona ut supra donata dictus Fabritius, constituit ex nunc se precario nomine tenere & possidere, pro dicto Benedicto & eius heredibus & successoribus, donec dictorum bonorum ut supra donatorum & cuiuslibet eorum tenuram & corporalem acceperint possessionem, quam intrandi, accipiendi, deinceps retinendi etiam sua propria autoritate & sine licentia uel decreto alicuius iudicis uel curiæ. Salua & firma nihilominus stante & remanente dicta conditione & reseruatione usufructus, eidem Benedicto donatario predicto, & eius heredibus & successoribus licentiam omnimodam contulit atque dedit liberam potestatem. Ponas promissionem defensionis generalis bonorum donatorum, & restitutionis extimationis & ualoris rei, unde oriretur questio, si de uoluntate donatoris fuerit, ut in uenditione superius. Quam donationem & omnia & singula superscripta dictus F. promisit & solemniter stipulatione conuenit dicto Benedicto, licet absenti & mihi L. notario antedicto & infrascripto, ut publica personæ pro dicto B. & eius heredibus & successoribus perpetuo firma et rata habere, tenere, attendere & obseruare, et contra non dare, facere uel uenire, per se uel alium, seu alios directe uel indirecte, tacite uel expresse, aliqua ratione iure, modo, causa uel ingenio, seu alio quouis quæsito colore, in iudicio uel extra, de iure uel de facto. Et dictam donationem inter uiuos aliqua causa ingratitudinis, uel alio quocumque modo, per se, nec per alium seu alios, quoquo modo non reuocare, annullare, infringere uel irritare, nec etiam reuocari, annullari, infringi uel irritari petere seu facere, sub pœna & ad pœnam ualoris & extimationis dictorum bonorum, ut supra donatorum solemniter stipulatione promissa, in singulis & pro singulis capitulis, pactis membris siue articulis presentis contractus & instrumenti, & sub refectione damnorum & expensarum, ac interesse litis & extra. Non ponas pœnam nisi de consensu donatoris, quæ pœna totiens committatur & peti & exigi possit & ualeat cum effectu, quotiens contrafactum fuerit, siue uentum. Qua pœna commissa uel non, exacta uel non, soluta uel non, seu etiam gratis remissa, predicta & infrascripta, omnia & singula, nihilominus perpetuum firma perdurent, pro quibus omnibus & singulis obseruandis & firmis & ratis habendis & adimplendis, & pro dicta pœna soluenda, si & quotiens commissa fuerit, cum effectu dictus F. obligauit seipsum, eiusque heredes, & bona omnia & singula, presentia & futura. Renuncians in predictis omnibus & singulis exceptioni non sic facti & celebrati contractus, rei non sic gestæ, aliter fuisse scriptum quam dictum, uel recitatum, uel econtra, doli mali, uis, metus, fraudis, conditioni indebiti sine causa & ex iniusta causa, in factum actioni, omnique alij iuris legum canonum & statutorum priuilegio, Beneficio & fauori, edito uel edendo, à lege uel ab homine, eidem contra predicta uel aliquod predictorum quomodolibet competenti & competituro, & iuri & legi dicenti generalis renunciationem non ualere, & non sufficere, nisi præcellerit specialis. Cui quidem F. presenti audienti & intelligenti præcepi ego L. Iudex ordinarius, Notariusque publicus infrascriptus, per garantigiam &c. Rogans &c.



Donatio inter viuos.

**A**ntonius de tra. & donauit purè et libere, simpliciter et irreuocabliler inter uiuos iure proprio in perpetuum Cora. pro se et suis hæredibus recipienti, Domum unam sitam in tali loco, cuius tales dicuntur esse confisnes etc. ad habendum, tenendum, possidendum, et quicquid sibi et suis hæredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis quæ inter prædictos continentur confi. uel alios si qui forent, cum accessibus et egress. suis usq; in uiam publicam, et cum omnibus et singulis quæ habet supra se uel infra se, seu intra se in integrum: Omniqui iure et actione usu seu requisitione sibi ex ea re, uel pro ea re, seu ipsi rei modo aliquo pertinente. Quam rem idem An. se nomine ipsius Cora. constituit pos. donec ipsius rei pos. acceperit cor. quam accipiendi sua auct. & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se, et suos hæredes dicto Cor. pro se et suis hæredibus stipul. prædict. donationem, et omnia et singula superscripta perpetuo firma et rata habere et tenere, et non contrafacere uel uenire, per se uel per alium, aliqua causa, ingenio, de iure uel de facto. Nec ipsam donationem in gratitudine, uel causa aliqua reuocare. Sub pœna c. lib. Boñ. stipul. promissa, et refectione damnorum expensarum litis et extrã, et obligatione omnium suorum bonorum, et pœna soluta uel non, prædicta omnia et singula superscripta firma perdurent. Nota tamen quòd si de legitima rei donatæ defensione à donatore, promittenda inter partes, ageretur, partium uoluntates fideliter exequaris. Ideo uero hoc in prædicto instrumento omissum est, quia solent donatores nolle multis obligationibus implicari, et multum, non decet donatarium ad hoc niti. Item nota, quòd donationes rerum ualentium ultra quantitatem quingentorum aureorum debent cum insinuatione in iudicis decreto fieri, secundum iuris ordinem. Verumtamen per leges municipales ciuita. Boñ. in omnibus donationibus excedentibus, summam l. lib. Boñ hæc solemnitates specialiter sunt seruandæ, uidelicet, quòd fiant coram iudice pro tribunali in pallatio sedente, & suam & communis Boñ. auctor. interponente, & intersint vii. testes noti & boni, ex quibus præter vii. testes notos & instrumenti auctorem sit unus Tabellio, qui etiam proprio nomine & signo subscribere se rogetur. Cuius iudicis auctoritas & tua dictiq; Tabellionis subscriptio ita fiet, s. quòd posito toto instrumenti tenore subsequenter dices. Hæc autem donatio secundum formam statuti Boñ. communis super donationibus editi ante præsentiam d. Scacanelli iudicis & assel. domini R. de uilla pòt Boñ. in pallatio, eiusdem communis pro tribunali sedentis publicè facta fuit. Qui iudex in ipsius donationis confirmationem & robur eidem donationi, suam & communis Boñ. auctoritatem interposuit & decretum. Post hæc positis testibus .s. omnibus alijs sex se subscribat ille alter Tabellio sub hac forma. Ego Iacobus imperiali auct. Not. dictæ donationi & prædictis omnibus præfens ad hæc uocatis specialiter & rogatis secundum formam statuti prædicti in ipsius donationis robur & testimonium, publicè me subscripsi: ponens signum tuum & nomen, ut in alijs instrumentis.

Donatio inter viuos.

IN NÔMINE DOMINI Amen. Año &c. papæ sexti Anno septimo, in q; mei Notarij publici &c. præsentia personaliter constituti, Prouidus uir B. S. et K. de A. ipsius cõiunx et cõthoralis legitima corpore & mête sani & incolumes non ui, dolo, metu, fraude, aut aliqua sinistra machinatione, ut apparuit, seducti



seducti, nec circumuenti. Sed ex ipsorum certis scientiis, & spontaneis uoluntatibus animisq; deliberatis. Et præsertim quia sic facere & donare erga suos pueros ipsi hucusque obedientibus placuit & placet, alijsq; rectis & rationabilibus causis animos suos ad hoc moneñ. discreto N. S. clerico dictæ Mogunt. diocæsis filio absentis, & honestæ C. ipsorum donantium pueris. Omnibus melioribus modo, uia, forma &c. quibus melius, ualidius, & in iure efficacius potuerunt & debuerunt, donarunt, dederunt, transtulerunt et cõcesserunt palàm, publicè & expresse, purè, libere et simpliciter, donatione pura, uera, & non ficta nec simulata, & irreuocabili, quæ dicitur inter uiuos, sine spe alicuius renunciationis habenda ullo unq; tempore, genere, causa uel specie, ingrattitudinis uicio siue causa, aut aliqua quauis occasione reuocandi, absq; spe rehabendi seu reparandi, Vsufructu ad uitæ ipsorum tempora retento, omnia sua bona mobilia & immobilia, præsentia & futura. Et præsertim domum ipsorum in oppido N. &c. apud ecclesiam N. in uico siue platea sancti A. uulgariter &c. sitam, cū suis oneribus, censibus & debitis, quantum Iuris ipsis donatoribus ad præsens in eadem competit, habentem pro confinis ex uno latere domum præbendam præfatæ ecclesiæ N. quam nunc inhabitat B. Et ex altero latere domum dictam N. quam nunc inhabitat F. ex E. eius legitima uxor. Cum omnibus suis pertinentiis & districtu nunc habitis, et in futurum per decessum dicti F. & eius legitimè uxoris siue alias habendis, lectos, cussinos &c. omnemq; suppellectilem ac res & bona, quibuscunq; nominibus nominentur, nihil excluso, quorum nomina & singulares specificaciones hic pro sufficienter expressis habere uoluerunt, & uolunt per præsentia, Cum omnibus & singulis actionibus utilibus & directis realibus & personalibus, meris & mixtis, quos prædicti coniuges, donatores, in prælibatis bonis mobilibus & immobilibus, præsentibus & futuris, quocunq; Iure directo uel utili, tam hypothecario quàm pignoratitio nominibus habuerunt, uel habere potuerunt. Constituentes, ponentes atq; facientes dictum Nicolaum & C. suos pueros in dominium & procuratores irreuocabiles rerū & bonorum suorū huiusmodi, ut in rem suam propriam. Surrogantesq; præfatos suos pueros in locum & finem suum, ita uidelicet, quod ipsi pueri, uirtute donationis & cessionis huiusmodi actionib. utilibus & directis, realibus & personalibus meris et mixtis, possint aduersus quascunq; personas tam ecclesiasticas q; seculares, quacunq; autoritate fungē, eorumq; successores & hæredes quorum nomina & cognomina hic habere uoluerūt pro expressis, pro huiusmodi bonis mobilibus & immobilibus, & illorum occasione, in Iudicio agere, experiri, excipere & replicare ac petere, dictaq; bona mobilia & immobilia locationis titulo seu concessionis in Emphiteosim, quibuscunq; personis dare et concedere, pecuniarum summas ex locationibus & concessionibus huiusmodi recipere, & in suos usus cõuertere. Quitantias dare, damna & expensas & interesse petere, & procuratores ad præmissa constituere. Omniaq; alia & sing. facere & exercere, quæ ueri donatarij in rem suam propriam facere possunt & debent. Et sæpefati coniuges Donatores huiusmodi suam donationem, cessionem & concessionem, pro se suisque hæredibus in personas præscriptorum Nicolai & C. ipsorum pueroꝝ in manibus mei Notarij publici data fide, loco præstiti Iuramenti, tanquam publicæ & authenticæ personæ & legitimè stipulantes, pro omnibus quorum interest, intererit, siue interesse poterit quomodolibet in futurum promiserunt, nunquam uelle uel debere reuocare, seu contrarienire, neq; de iure neq; de facto, quibuscunq; nominibus, modis uel causis. Etiam propter ingrattitudinem talem, per quam de iure Donatio huiusmodi reuocari posset, quam sæpe dictū N. & C. eius soror contra suprafatos Donatores, eorum parentes, quod absit, commiserint. So



## Artis Notariatus

lum et duntaxat usufructum dictorum bonorum ipsis donatoribus ad uitę tempus retento. Et insuper preacti donatores huiusmodi bona mobilia & immobilia in & ad personas iam dictorum Nicolai & C. suorum puerorum pertinere. Quod si unum ex pueris huiusmodi prescriptis Donatoribus aut altero eorum uiuente decedere contingat. Et tunc huiusmodi Donatio in superstitem puerum transeat, & inuolabiliter roboris firmitatem tenere atq; seruare uoluerunt. Et demum dicti B. S. & K. A. coniuges & Donatores certiorati & auisati per me Notarium publicum infra scriptum, Renunciarunt Beneficiodicenti Donationem propter ingratitudinem uel immensitatem, aut Religionis ingressum posse reuocari. Et iuri dicenti. Donationem excedentem summam quingentorum florenorum, sine insinuatione coram iudice facta, non ualere. Ac omnibus alijs & sing. concessionibus, Indultis & priuilegijs, a iure uel ab homine sibi concessis, per quę contra premissa uel aliquid premissorum dicere, facere, aut se opponere possent, aut se quomodolibet tueri, etiam iuri dicenti: Generalem renunciationem non ualere, nisi precesserit specialis. Super quibus omnibus & sing. premissis prememorati Donatores sibi a me Notario &c. fieri atq; contici petierunt Instrumentum & Instrumenta. Et nihilominus uenerabilem & circumspectum uirum dominum M. V. cantorem ecclesie N. presentem & audientem. quatenus ipsorum Donatorum nomine, ac pro ipsis & eorum heredibus suum sigillum presentibus impendere tur. Acta fuerunt hæc &c. Sub anno &c. Et requiruntur septem testes in prefata donatione. &c.

### Donationis Instrumentum.

**I**N nomine domini Amen. Anno &c. In mei Notarij &c. presentia Constituta A. ex certa sua scientia, dolo nec fraude circumuenta, sana, transiens ac ambulans, nec aliqua sinistra machinatione inducta aut seducta. Matura deliberatione super hoc prehabita, spontanea ac mera uoluntate ut asseruit, dedit, donauit, ac irreuocabili titulo donationis, publice & expresse in perpetuum tradidit & assignauit in meliore forma, stilo & iure quibus id melius & efficacius potuit & debuisset B. ibidem presenti, & huiusmodi donationem recipienti & acceptanti, omnia & singula sua bona mobilia & immobilia, quę nunc possidet uel detinet, habita & habenda, presentia & futura, quocumq; uocentur nomine, in pecunia uel clenodijs quibuscumq; ad habendum, tenendum & possidendum, frui ac uti, illisq; tanq; bonis & rebus suis proprijs, hæreditario iure perceptis. Constituens dictum B. uerum eorum bonorum perceptorem, hæredem ac irreuocabilem procuratorem, habere facultatem faciendi cum eisdem, ut cum rebus suis proprijs, Surrogansq; eundem B. in locum & ius suum, ita uidelicet, quod prefatus B. uigore & uirtute donationis & cessionis huiusmodi Actionibus utilibus & directis possit a diuersis quibuscumq; & presertim unumquocumq; creditorem seu debitorem eius ac eorundem heredes pro bonis & debitis, ac eorundem occasione agere, in iure agere et experiri, excipere, replicare, petere ac percipere, ac omnia & sing. facere, et omnes actus Iudiciales continuare, & ut moris est procedere. Recepta quoq; & percepta in usum suum conuertere proprium, uel alias quocumq; uoluerit conuertere, expensas petere, omnia & singula facere & exercere quę in premissis forent nominata, uel quomodolibet oportuna, quę ipsa met donatrix ante huiusmodi donationem & cessionem facere potuisset, promisitq; dicta donatrix mihi Notario publico infra scripto, solemniter stipulando, se nunq; uelle reuocare, aut reuocari facere, non contra uenire, nonq; contra uenientem assensure de iure et de facto, quibuscumq; exceptionibus, beneficij, consuetudinibus, ac statutis uel statuendis cuiuscumq; ciuitatis, oppidi uel uillę, quę contra premissa aliquo modo



modo facere possunt aut uenire, suspensa appellatione ac Beneficio appellationis remedio, aut alicuius dispensationis, quibus mediantibus dicta donatio suam nequit sortiri effectum. Et præsertim Iuridicenti: Generalem renunciationem non ualere, nisi precesserit specialis. Super quibus omnibus & singulis ut præmittitur, coram me prænominate Notario actis, prænominate B. me N. H. Notarium publicum infrascriptum requisitum de & super præmissis, unum uel plura, Instrumentum et Instrumenta præsentibus &c. septe m testib. uel quinq; (non minus) &c.

Et quia ego præfata donationi dicto B. ut præmittitur factæ, ac bonorum dictæ donatricis heredem constitutioni, Renunciationisq; omnium Iurium sibi ex nunc contrauenient. Cæterarumq; literarum Instru. una cum testibus pronominatis præsens interfui. Ea; omnia &c.

### Donatio causa mortis.

**A**nibal olim Camilli ciuis Floren. sanus per dei gratiam mente, sensu, corpore, uisu & intellectu sciens se mortalitati subiectum, et quodcumque moriturum, uel si egrotat, sanus per gratiam dei mente sensu & intellectu licet corpore languens ac mortis proximè periculum timens, non ui, dolo uel metu, seu aliqua alia machinatione circūuentus, sed ex eius mera, & libera uoluntate & ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris uel facti, & omni meliori modo, uia, iure, causa & forma, quibus magis & melius potuit & ei licuit & licet, ex titulo donationis causa mortis, & post eius mortem dedit, donauit, tradidit & concessit Bnidaccio Raynerij de Riscalcolis ciuis Floren. ibidem præsentis & pro se & suis hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit recipienti & stipulanti unam domum &c. (onas con fines bonorum) ad habendum, tenendum, utendum, fruendum & possidendum, & quicquid dicto Bnidaccio donatario & eius hæredibus & successoribus, deinceps secuta morte dicti Anibalis donatoris placuerit perpetuò faciendum. Quæ bona supra donata dictus Anibal. constituit se præcario nomine & iure tenere & possidere pro dicto Bnidaccio, & eius hæredibus & successoribus, donec dictorum bonorum tenentiam, & corporalem acceperit, & seu acceperint possessionem, quam accipiendi, adipiscendi, intrandi & deinceps retinendi etiam sua propria auctoritate & sine licentia auctoritate uel decreto alicuius iudicis, officialis uel curiæ eiusdem licentiam omnimodam contulit atq; dedit statim secuta morte dicti Anibalis. Et ex causa dictæ donationis causa mortis dictus Anibal dedit, cessit & concessit, transtulit & mandauit dicto Bnidaccio, ut supra recipienti & stipulanti pro se & suis hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit omnia & singula iura &c. Extende ut supra in uenditionibus & incessionibus, & alijs similibus instrumentis, uolens atq; paciscens dictus Anibal donator prædictus, quam primum secuta eius morte dictum petium terræ, & bona ut supra donata, pleno iure dominij proprietatis et possessionis pertinere et spectare dicto et ad dictum Bnidaccium donatarium prædictum, quæ omnia etc. Extende generaliter ut supra, et non apponas pœnam nisi de expressa uoluntate donatoris cum sit causa lucratiua.

### Alia Donatio causa mortis.

**A**. filia P. uxor H. egra corpore, seg sana mente, quia testari non poterat infrascriptas donationes causa mortis, imminentis metuens mortis peri



## Artis Notariatus

eulum, dicto patre suo praesente & consentiente fecit hoc modo. In primis quidem de dotibus, bonis & iuribus suis ad se spectantibus mortis causa donauit, praedictis patre & marito praesentibus, & uice & nomine pauperum Christi recipientibus, eorum uidelicet quos ipsi duxerint eligendos, numerandos & nominandos, ac si ipsa elegisset, nominasset & numerasset x. lib. inter eos diuidendas. Item dicto H. uiro eius nomine proprio recipienti, mortis causa donauit, v. lib. Item tali tantum. Residuum autem dotium bonorum ac iurium omnium mortis causa donauit H. uiro suo antedicto recipienti uice & nomine C. & B. filiorum eius, ita tamen, quod si horum aliquem sine liberis mori contingat, eius morientis portio ad superstitem, causa mortis donatione perueniat. Quod si ambos ex his nullis liberis superstitis contingat decedere: tunc ipsum residuum pro dimidia ad ipsum fratrem suum, & pro reliqua dimidia ad dictum eius uirum in donatione mortis causa deueniat: promittens solemnem stipulatione interueniente cuiuslibet praedictorum donatariorum ibidem praesentium recipienti suo nomine, & pro donatione sibi facta, & uice illius uel illorum, cuius uel quorum nomine donatum est, eidem dare & tradere, & exhibere quantitatem rei uel res donatas ipsius donantis morte secuta: & uolens atque paciscens, ut quantitatis rei, uel rerum donatarum illico post mortem eius petitio & exactio competat pleno iure. Nisi uel donatarium praemori, aut eum ab hac egritudine liberari, uel donationis poenitere contingat: horum quolibet contingente donatio reuocata sit, & penitus euanescat.

## Depositionis pecuniae Instrumentum.

IN nomine domini Amen &c. Constituens N. Procurator Reuerendis. In Christo patris & domini B. Episcopi N. quandam summam pecuniarum uidelicet octo centum & quinquaginta florenos Renenses, iusti & boni ponderis, apud prouidum uirum L. deposuit, & ad Cambium fideliter deposuit. Quandoquidem summam pecuniarum dictus L. ad se recepit bene numeratam & integram, & eadem Romae ad bancum Florentinorum, dictorum Franzotti ordinare promisit debito tempore, ac cum summa sua diligentia. Super quibus &c. Actum &c.

Et quia Ego N. N. Notarius circa hanc depositionem pecuniae, ac receptionem praenominatam testis praesens interfui.

## Instrumentum delegationis debitoris.

CVm Antonius teneretur ex causa mutui, ut confessus & contentus fuit ad debitum & in debito c. lib. Bon. Cor. & ipse Cor. prout asseruit & confessus est debitor esset in eadem quantitate Philip. nomine precij, & pro pretio cuiusdam quantitatis lanæ idem Cor. praedictum Antonium debitorem suum ipsi Philippo creditori suo in eadem quantitate pecuniae delegauerit. Quapropter dictus Antonius de ipsius Coradi mandato & uoluntate se ipsi Philippo principalem constituens debitorem promisit solemniter sine aliqua exceptione, iuris uel facti, se obligando dicto Philippo, pro se & suis haeredibus stipulanti, soluere & dare eidem, aut eius certo nuncio, hinc ad Pascha resurrectionis Domini dictas c. lib. Bon. quas ipse dicto Cora. & ipse Cora. dicto Philippo, ut dictum est soluere tenebatur. Quod si in dicto termino non soluerit, & omnia & singula supra scripta & infra scripta, non obseruauerit, aut in aliquo conuenerit, promisit eidem persoluere atque dare duplum



plum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine stipulatione in singulis capitulis &c. ut supra in precedentibus debitorum instrumentis. Renunciauit antedictus Antonius exceptioni non habitæ dictæ quantitatis pecuniæ, ex causa ab ipso Cor. & dictus Cor. exceptioni non habitæ dictæ quantitatis lænæ ex causa uenditionis à dicto Philippo. Et ipsi ambo exceptioni doli conditioni sine causa in factum actioni & omni alij iuris auxilio.

### Delegatio.

**C**ertum esse dicitur: quòd Amerigus Francisci coiarius, fuit & est legitimus debitor Berti Symonis pepillarij in summa & quantitate florenorum quadraginta quinque auri largorum occasione brachiorum quinquaginta panni monachini fini de sancta Martino, eidem Amerigo uenditi, per dictum Bertum, quem pannum dictus Amerigus fuit contentus & confessus, se à dicto Berto habuisse & recepisse, pro ut apparere dicitur in libro & Codice ratione apothecæ artis lanæ dicti Berti cooperto corio rubro, & cum cinuctris albis signato A. intitulo debitori & creditori, & ad chartas xxv. dicti libri. Et quòd ex alio capite fuit, & est uerus & legitimus debitor Pancratij olim Guilielmi Aromatarij, etiam in summa florenorum quinquaginta de Sigillo pro pretio & nomine ueri & iusti pretij librarum ducentarum piperis, pro ut dictus Bertus dictum Piper confessus fuit se habuisse & recepisse, & sibi traditum & consignatum fuisse à dicto Pancratio, ut apparere dicitur, in libro & Codice rationum, apothecæ Aromatarij dicti Pancratij, cooperto membranis & corrigijs nigris signato. B. intitulo comparatæ et uenditæ, & ad chartas quadraginta dicti libri, ad quos libros relatio habeatur. Vnde hodie hac præsentis superscripta die dicti Bertus & Antonius & quilibet eorum coram me Notario infrascripto, & testibus supra scriptis personaliter constituti uolentes, ad infrascriptam delegationem peruenire, dictus Bertus, per se & suos hæredes ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris uel facti, & omni meliori modo, uia, iure & forma, quibus magis & melius potuit & potest, & eidem licuit & licet superscriptum Amerigum debitorem dicti Berti, in dictis florenis xlv. auri largis, dicto Pancratio, ibidem præsentis, & pro se & suis hæredibus & successoribus recipienti & stipulanti, dedit, consignauit & delegauit. Quapropter dictus Amerigus de ipsius Berti consensu præsentia & uoluntate se dicto Pancratio ut supra recipienti & stipulanti principalem constituit debitorem & solemnem stipulatione promisit & conuenit dicto Pancratio ut supra recipienti & stipulanti dictos florenos xlv. auri largos, de quibus erat debitor dicti Berti, dare soluere & pagare dicto Pancratio, & eius hæredibus & successoribus, & cui uel quibus iura sua concesserit, hinc ad unum annum proximè futurum omni iuris & facti exceptione remota. Quæ omnia & singula superscripta promiserunt dictæ partes sibi inuicem & uicissim una alteri, & e conuerso solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus, perpetuò firmata, rata, grata &c. ut supra in alijs Instrumentis.

### Instrumentum executionis à tergo executorialium.

In nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo &c. Indition. N. die uero N. Mensis N. Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri N. diuina prouidentia Papæ N. Anno N.



Ego N. clericus N. diocesis sacra apostolica auctoritate Notarius publicus, pro parte uenerabilis & egregij uiri domini N. Incolae, opidi N. dictae diocesis N. principalis in retroscriptis literis executorialibus principaliter nominati legitime requisitus. Prouido & honesto uiro N. oppidano oppidi N. praedicto in iisdem litteris executorialibus retroscriptis, principaliter nominatis ipso ibidem N. in ecclesia monasterij fratrum N. personaliter reperto, & apprehenso. Eidem N. has rescriptas literas executoriales in faciem exhibui, sibiq; omnib. melioribus modo, uia, iure, causa, forma, & ordine, quib. melius & efficacius de iure potui, insinuaui, intimaui, & ad eius uera & indubitata noticiam deduxi, dictumq; N. aduersarium earundem literarum executorialium retroscriptarum, sub censuris et poenis, in iisdem contentis, quatenus hortum quendam in suburbio opidi N. praedicto sito in huiusmodi literis executorialibus specificato, & dimitteret, illumq; domino N. principali supradicto pacifice & quiete utendum traderet, & ulterius eidem domino N. principali infra sex dierum spatium inmediate post huiusmodi insinuationem sequentium, septuaginta ducatos auri de camera, in quibus sibi pro expensis in huiusmodi causa occasione hortus praedicti condemnatus extitit. Necnon quatuor ducatos pro huiusmodi literis executorialibus expositis, alijs realiter, & cum effectu satisfaciat, persolueret & daret, & alia quae in huiusmodi literis continentur faceret, talibusq; in omnibus & per omnia pareret, diligenter monui, & requisitui iuxta uim, formam, & tenorem literarum executorialium huiusmodi. Et ne dictus N. aduersarius de huiusmodi monitione, insinuatione, & requisitione aliquam posset praetendere ignorantiam, Ideo ego Notarius supra & infrascriptus sibi copiam auscultatam & collationatam manu mea propria subscriptam de uerbo ad uerbum, cum retroscriptis literis executorialibus omnem concordantem, in uim realis et actualis executionis literarum huiusmodi sibi facto tradidi & assignaui, quam idem N. aduersarius a me recepit. Respondens se huiusmodi copiam uelle prospicere & legere, seq; desuper deliberare, quid sibi faciendum foret, et deinde dare responsionem. Actum in sepedicto oppido N. ibidem in ecclesia monasterij N. Anno, Inditione, die & mense, quibus supra, praesentibus ibidem.

Deinde anno domini Indictione & pontificatu quibus supra, die uero N. supradicti mensis N. Ego Notarius supra & infrascriptus huiusmodi literas executoriales retroscriptas, Prouido & circumspetto uiro N. magistro ciuium supradicti opidi N. In locum totius consulatus, eiusdem oppidi etiam melioribus modo & forma, quibus potui insinuaui & intimaui. Ipsumq; sic ut praemittitur loco totius consulatus, tanquam magistrum ciuium, ne ipse seu consulatus dicto domino N. principali supranominato hortu quaesitui praefato monui & requisitui, & circa huiusmodi literas executoriales, quominus debitum fortiantur effectum, in aliquo impedimentum faciant. Sed dictum N. aduersarium, quatenus in eis sit, ad haec teneant ad dimittendum & tradendum hortum supradictum, praefato domino N. sibiq; de septuaginta & quatuor ducatos supraspecificatis infra terminum superius expressum realiter, & cum effectu satisfaciat literis huiusmodi executorialibus retroscriptis, iuxta uim, formam & tenorem earundem, in omnibus & per omnia parerent, & obedirent, sub poenis & censuris, in talibus contentis etiam monui & requisitui, sibiq; magistro ciuium supranominato copiam huiusmodi literarum executorialium, etiam per me Notarium supra & infrascriptum fideliter collationatam & subscriptam omnimodem, cum huiusmodi literis executorialibus concordantem tradidi. Quiquidem N. magister ciuium praedictus huiusmodi copiam, benigne recepit, eandemq; ad consulatum, tunc ibidem in loco ipsorum ad hoc solito, in consulatu congregatum, ad legendum portare uelle dixit, & deinde mihi da-



re responsum. Et post lapsum fere unius horæ idem N. magister ciuium re uersus ad me nomine consolatus sæpediti. Et consulatum oppidi N. præditi huiusmodi literas executoriales uelle habere præ insinuatione ac facere illarum occasione quæ ipsis de iure facienda incumberent, respondit. Actum.

### Executionis Inhibitionis.

**I**N nomine domini Amen. à Natiuitate domini ac Indictione & pontificatu, quibus retrò, die uero sabbati Mensis Iunij tertia. Ego Iohannes B. clericus Moguntin. diocæsis. Publicus sacra authoritate Apostolica Notarius, pro parte uenerabilium dominorum decani & capituli Ecclesiæ Sancti B. F. principalium retroscriptorum requisitus, tanquam obediens retroscriptas literas, quantum ad inhibitionem inibi contentam, prouidis uiris C. & O. ex tunc Magistris ciuium oppidi F. prædicti ipsis ibidem F. in domo consulatus hora ante prandium decima uel quasi, repertis & apprehensis in locum totius consulatus eiusdem oppidi. Quia intimationes, insinuationes magistris ciuium ibidem sic nomine totius consulatus fieri solent, quantum melius potui & debui intimaui, insinuaui, & notificaui, & ad ipsorum notitiam indubitatum deduxi, eisq; & consulatui F. pro ut retroscribitur & inhibetur inhibui, aliasq; debitè executus fui. Et in lignum legitimæ & realis insinuationis & executionis huiusmodi domino C. tanquam seniori Magistro ciuium supranominato copiam harum literarum per me auscultatam, recipienti, tradidi & assignaui. Qui huiusmodi literas pro insinuatis habere ac dicto consulatui F. referre, & ad eorum notitiam deducere uelle respondit. Præsentibus ibidem honestis N. N. de H. Moguntin. & I. de M. Herbipolen. diocæsiu clericis testibus, ad præmissa uocatis specialiter, atq; rogatis.

In quorum omnium & singulorum fidem & testimoniū præmissorum præsens publicum Instrumentum manu mea propria scriptum à tergo huiusmodi literarum confeci, & in hanc publicam formam redegi. Signumq; meum solitum & consuetum hic apposui rogatus & requisitus.

### Instrumentum promissionis de conseruatione indemnitate ab obligatione, quam quis fecit in Instrumento alterius precibus et mandatis.

**S**uperest ut in ultimo huius capituli loco cum promissiones de conseruatione indemnitate, ut plurimum causentur ex debitis promissionum, ipsorum instrumentorum forma sequatur. Sed quia multis & diuersis modis se obligat unus pro altero, ideo promissiones de conseruatione indemnitate. Diuersam & uariam habent formam, & ideo diligenter consideranda est promissio & obligatio, à qua quis indemnitate promittitur conseruari. Ipsarum uero promissionum duo hic instrumenta notantur, quibus scitis ad cætera si contigerit, leuior erit tibi processus & uia.

Promissio



**Promissio de conseruatione indemnitate ab obligatione quam quis fecit in instrumento alterius precibus et mandato.**

**Q** Via Cora. ad debitum & in debito c. lib. Boñ. precibus & mandatis Anto. & iura cum ipso Philippo principaliter & in solidum obligauit ut patet in instrumento scripto manu mei Notarij infrascripti, & eadem pecuniæ quantitas, ut ipse Anto. confessus & contentus fuit tota ad se & nihil ad ipsum Cora. peruenit. Idcirco idem Antonius promisit solemniter, sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligando dicto Cora. pro se & suos heredes stipulantibus se liberaturum eum & eius hæredes, & bona ab ipsa fideiussione & obligatione, promissione & debito ad terminum: & in termino in dicto instrumento contento, si hinc ad sex Menses se facturum, & curaturum, quod ipse Cor. dicti debiti occasione nullum damnum incurreret, nullaq; sibi uel molestia inferetur, & quod ipsum & eius hæredes & bona conseruabit ab obligatione, & fideiussione prædicta, & ab omnibus & singulis in hoc instrumento contentis, penitus sine damno. Sub pœna dupli dictæ quantitatís pecuniæ stipul. in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa, qua soluta uel non, rata maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta. Obligans se dicto Cora. & eidem solemniter stipula. promittens, si prædicto termino eum non liberauerit, ut dictum est, & omnia & singula supra non obseruauerit, se liberaturum eum, & omnia & singula obseruaturum, & nihilominus pecuniam soluturam prædictam, ubicunq; locorum & fori ipse Cor. petierit, ab eodem & præsertim tempore fori Maij & Augusti de Bonon. & in ipsis fori se integrè soluturum. Item reficere & restituere sibi omnia & singula damna & expensas ac interesse litis & extrâ. Et de his credere suo simplici uerbo, sine sacramento, uel alia probatione. Insuper promisit præceptum recipere à communi Boñ. de prædictis seruandis & adimplendis infra tertium diem, postquam ei denunciatum fuerit. Sub pœna l. ii. Boñ. stipul. promissa qua soluta uel non, prædicta firma perdurent. Pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis, obligauit eidem omnia sua bona quæ precario iure se eius nomine possidere constituit, usq; ad integram satisfactionem & solutionem omnium prædictorum. Renuncians fori priuilegio, exceptioni doli, conditioni sine causa in factum actioni, & omni alij iuris auxilio.

**Cautionis de indemnitate.**

**C**onstituti A. Procurator ipsius B. & C. ipsius d. procurator, qui afferentibus infra scripta iudicata esse à Iudicibus N. Quia dictus B. condemnatus fuerat dicto d. in tot florenos in iudicio Curia Marpurgen. iuxta literas iudici curia à tergo sigillatas, tunc coram me exhibitas. Dictus d. fecerit B. citari ad iudices N. qui iudices condemnarunt dictum B. ad satisfaciendum, supranominato d. in præfatis expensis, in literis præfatis specificatis. Et quia B. timebat, quod nonnulli alij petere uellent dictas expensas, iudicarunt dicti iudices, quod d. de indemnitate dictarum expensarum ratione iterum uel de nouo dandarum cautionem legitimam coram Notario & testibus facere deberet. Quare dictus D. mihi Notario manu stipulata cautionem fecit dicto B. ipsum uelle ratione dictarum expensarum, erga quoscunq; seruare indemnem, si ab aliquibus in futurum damnum propter expensas dictas pateretur.

Et



Et quòd debeant restitui dicto B. uel procuratori suo literæ taxationis expensarum, ita tamen quòd D. de talibus literis seruet copiam auscultatam penes se. Actum &c.

**Promissio de conseruatione indemnitate, si fiat illi qui non precibus et mandatis, sed ut principalis se obligauit cum principali, licet in veritate fuerit fideiussor, ita scribes.**

**A**ntonius fuit confessus & contentus, quòd promissio et obligatio quam ipse & Cor. fecerunt Philippo in debito & occasione debiti c. lib. Bon. promissarum ab eis ambobus ipsi Philippo, ex causa mutui ut patet, publico instrumento scripto manu mei Notarij infrascripti, pro se solo An. facta fuit: & ipsum debitum pro se solo contractum, & quòd ipsa pecuniæ quantitas ad eum tota peruenit, & nihil ad Cor. ex causa fideiussionis, pro ipso An. & eiusdem Antonij precibus & mandato, se ad dictum debitum obligauit. Licet non sit in instrumento principalis debiti hoc expressum. Quapropter dictus Anto. promisit solemniter sine aliqua exceptione iuris uel facti, se obligando dicto Cor. pro se & suis hæredibus stipulantibus se liberaturum, eum & eius hæredes, & bona &c. in omnibus & per omnia, ut patet in instrumento præcedenti.

**Promissio conseruationis indemnitate.**

**C**ertum esse dicitur, quòd Carolus filius olim Sigismundi de Vebertis de Florentia precibus & mandatis Domini Laurentij de Alto uitis, & cum ipso dominico principaliter & insolidum se obligauit penes Berlinghierium Fracisci de Berlinghierijs, & eidem Berlinghierio promiserunt, & qui libet eorum insolidum promisit florenos quingentos auri de Sigillo, pro ut de prædictis constare uidi publicum instrumentum manu domini Siluani, ciuis & Notarij Florentini sub die sexto Mensis Maij proximi præteriti, cum pactis, promissionibus, obligationibus & renunciationibus: Poena & alijs in dicto Instrumento contentis, ad quod & contenta in ea relatio habeatur. Et quòd reuera tota dictæ pecuniæ quantitas, ut ipse dictus Dominicus asseruit, & publicè confessus & cõtentus fuit, conuersa est in utilitatem dicti Domini, & ad eius manus peruenit, & non ad manus prædicti Caroli, unde hodie hac præsentis supra scripta die idem Præfatus dominicus ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris uel facti, per se & suos hæredes, & omni meliori modo, uia, iure, causa & forma, quibus magis & melius potuit uolens agnoscere bonam fidem, & ueritati locum esse promisit, & solemniter stipulatione conuenit dicto Carolo præsentis, & pro se & suis hæredibus & successoribus recipienti & stipulanti, facere & curare, & se facturum, curaturum ita & taliter, cum effectu omni iuris & facti exceptione remota, quòd dictus Carolus occasione dicti debiti, & promissionis per eum ut supra factæ, pro dicto Dominico, penes dictum Berlinghierium nullum damnum incurret, aut incommodum aliquod modo aliquo patietur, nec aliqua lis, causa, quæstio, controuersia, aut molestia eidem Carolo in futurum modo aliquo, de iure uel de facto, in iudicio uel extra, personaliter, uel in bonis fiet inferetur, uel mouebitur, occasione dicti Instrumenti supra deducti. Sed quòd



## Artis Notariatus

quòd ipsum Carolum & eius hæredes, & bona à dicta obligatione promissione & fideiussione, & omnibus in ea contentis conseruabit indemnem, & penitus sine damno. Quæ omnia &c. Sequere ut in alijs Instrumentis, cū pœna et refectione damnorum &c. Si uis potes apponere certum terminū, & erit melius.

### Instrumentum concordiaē super expensis puerperij et proliis nutriendæ.

**I**N nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo &c. Indictionē. N. die uero N. Mensis N. Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini N. diuina prouidentia Papæ &c. Anno eius N. in mei Notarij publici, testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia constituti, honorabilis dominus N. Anthonita &c. N. diocæsis ex una. Et N. de N. nunc in N. comorañ. uxor N. ibidem, partibus ex altera asseruerunt, qualiter ipsi hinc inde pro expensis puerperij, cuiusdam proliis ab ipsis duobus susceptæ & nutritiois illius, cæterisque differentijs & actionibus, inter eos pendentium occasione, quomodolibet exortis & exorituris, medio honorabilis uiri domini N. uicarij ecclesiæ N. N. diocæsis ad amicabilem cõpositionem & amandam & finalem concordiam deuenisset, pro ut tunc spontè liberè, non coacti, nec metu uel fraude seducti, sed ex certa eorum scientia & mera uoluntate, conueniunt, se composuerunt & similiter cõcordauerunt in hunc qui sequitur modū uidelicet, quòd præfatus dominus N. dictæ Margarethæ ad illos quatuor florenos in anno, quos ei prius dedit, quemadmodum ipsa Margaretha se illos quatuor florenos sic à domino N. prius recepisse publicè confitebatur, & expresse, pro expensis puerperij atq; nutrienda habenda prole prædicta, quoad & tantum tempus illa proles uixerit, adhuc duos florenos in auro, et quartam partem floreni moxtendere & persoluere deberet. Prælibatæq; Margaretha omni iure, actione lite & causa, quos contra præfatum dominum N. occasione prædictæ proliis expensis puerperij, & alimentorum quolibet habuit, habet, aut habere potuit, aut potest, habebit aut habere poterit, cedere & renunciare, nec ipsum dominum N. illorum prætextu coram quocunq; iudice impetere, conuenire aut molestare, per se, alium aut alios, quouis modo, nec alteri iniurias uerbo uel facto, dicere aut inferre, respectiue debent. Sed ipsi supra præmissis & alijs differentijs inter eos usq; hodie exortis, omnino esse & manere, concordēs & concordatis, & amicabiliter compositis. Quo facto dictus dominus N. præfatæ Margarethæ beneuolè recipienti prædictos duos florenos cum quarta parte floreni, ilico in prompta pecunia, numerauit, tradidit & assignauit. Quibus per ipsam Margaretham receptis eundem dominum N. de iisdem quitauit & absoluit. Nec non omni actione iure lite & causæ, quas aduersus sæpèdictum dominum N. promissarum prætextu quomodolibet, habuit, habet aut habere potuit & potest, quolibet in futurū spontè & liberè cessit & renunciavit. Promiserunt insuper dicti principales mihi Notario publico infrascripto, loco præstiti iuramenti, concordiam sic ut præmittitur celebratam, inuiolabiliter & inconcussè seruare & adimplere uelle, neq; contra eam in toto uel in parte, contrauenire, aut eam infringere, aut infringi facere per se, alium seu alios, publicè uel occulte, quouis modo. Et præterea prædicta Margaretha pariter renunciavit omnibus & singulis utriusq; Juris Beneficijs, indultis & priuilegijs, maximè priuilegio Velleiani, mulieribus concessis alijsq; quibuscunq; remedijs et effugijs, per quæ contra huiusmodi cons



di concordiam & alia præmissa se tueri posset, aut quomodolibet defendere.  
Super quibus omnibus &c.

Et quia ego N. &c. præactis concordia, solutionis pecuniæ promissio  
ni et renunciationi, omnibusq; alijs.

### Quietationis Exemplum.

**I**N nomine domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem millesimo quingen  
tesimo uigesimo. Indictione vij. die uero Veneris decima septima mensis  
Februarij. Pontificatus sanctiss. in Christo patris, et domini nostri dñi Leo  
nis diuina prouidentia papæ decimi, anno septimo. In mei Notarij publici tes  
tiumq; infrascriptorū ad hæc specialiter uocatorum presentia personaliter  
constituti, honesti et prouidi uiri Anshelmus N. Thomas .n. Nicolaus N.  
ciues et incolæ oppidi F. Moguñ. Diocæsis, ut et tanquam Testamentarij  
manufideles et ultimæ uoluntatis quondam Ioannis N. cellarij, dñi uixit Cœ  
nobij sanctæ Catharinæ F. ex una. Et quidem Iacobus N. de .n. Herbipoleñ.  
diocæsis utri Testamentarius quondam honorabilis domini N. eiusdem Cœ  
nobij sanctæ Catharinæ, dum in humanis ageret confessoris fratris sui, car  
nalis partibus ex altera. Et dicti quondam Ioannis N. Testamentarij præfa  
to Iacobo N. ex causa Testamenti, eiusdem quondam Nicolai .n. fratris sui,  
et etiam occasione subsignatarum rerum per obitum ipsius relictarum, ad  
huc extantium petenti et recipienti, nonnulla clinodia, et libros infrascriptos  
quæ ad eundem quondam dominum Nicolaum tempore uitæ suæ pertinuis  
sent et spectassent, atque post ipsius obitum primo ad quosdam eiusdem Ni  
colai Testamentarios, nunc tamen ad dictum Iohannem .n. licet etiam Testa  
mentarium, et subinde ad prænominatum quendam Ioannem .o. Demum  
uero ad se, eiusdem Ioannis Testamentarios peruenissent, nec non certas pe  
cunias, ex parte eiusdem quondam Nicolai .n. tradiderunt, soluerunt et assign  
auerunt, et quilibet eorum tradidit, soluit et assignauit, realiter et cum effe  
ctu ut sequitur, uidelicet annulum argenteum, orarium de corall. uulgariter,  
ein corallen pater noster, cum certis clenodijs, uidelicet, einagnus dei, vñd  
ein kleinen silbern bisem apffel appendente. Item in prompta et numerata pe  
cunia quindecim solidos Francoforden. et undecim albos, cum crucifero, uul  
gariter ein creuzer. Item duos alios florenos auri boni et iusti ponderis etc.  
Supradictus igitur Iacobus N. Testamentarius antefati quondam domini Ni  
colai fratris sui ut præmittitur, de clenodijs et pecuniarum summis ad se, quem  
admodum præfertur receptis, præfatis Anshelmum N. Thomam N. et  
Nicolaum etc. quondam Ioannis N. testamentarios, pro se et hæredibus suis  
quibuscūq; quitauit, liberauit penitus et absoluit, ac quitos pronunciauit, eis  
dem Testamentarijs sinem, quitationem, liberationē, remissionem et pactū  
perpetuum de ulterius rem habitam et perceptam non petendo, per solem  
nem stipulationem interuenientem fecit et interposuit, Cassans et annullans  
idem Iacobus N. omnia et singula Instrumenta, literas, documenta, et om  
nem scripturam, per quas et constaret et constare posset dictum quondam  
Ioannem N. ac eosdem suos Testamentarios penes, et apud se habuisse et ha  
bere seu detinere temporibus præteritis, et de præsentis duntaxat, supra spe  
cificata clenodia etc. et pecuniarum summas, et quod nullius sint roboris, effi  
catia uel momenti. Et renunciauit in super sæpefatus Iacobus N. exceptio  
ni clinodiorum et pecuniarum dictarum non habitarum, seu non percepta  
rum, et spe futuræ habitationis, præceptionis et numerationis. Similiter om  
L



nium exceptionum doli mali, uis, metus, fori, fraudis &c. Actioni indebiti, conditioni ob causam & sine causa, ac ob iniustam & turpem causam, Quita-  
tionis predictæ per eum non sic factæ, rei non sic gestæ, non sic celebratæ, &  
aliter aut plus uel minus fuisse factum uel dictum quàm recitatum, & econtra  
si saltem huiusmodi exceptiones & cautelæ uel earum aliqua in præmissis  
quomodolibet locum haberent & habere possent, cæterisque Iuribus, priuile-  
gijs, statutis, cauillationibus, defensionibus & consuetudinibus utriusq; Iu-  
ris sibi quomodolibet competentibus siue competitoris, & alijs quibuscun-  
que exceptionibus, actionibus, cautelis & remedijs, tam iuris quàm facti, qui-  
bus mediatis contra præmissa, uel eorum aliqua dicere, facere, uenire &  
se defendere possit & ualeat, quouis modo & tueri, & quæ contra præmis-  
sa per se, uel hæredes suos quoscunq; possent obijci aut opponi, & præsertim  
Iuri dicenti generalem renunciationem non ualere, nisi præcesserit specialis  
& expressa. Promittens etiam idem Iacobus mihi Notario infra scripto, tan-  
quam publicæ & authenticæ personæ, legitime stipulando & recipiendo uis-  
ce & nomine omnium & singulorum quorum interest, intererit aut inter-  
esse poterit, quomodolibet in futurum, nullouquam tempore pro huius-  
modi clindijs, & pecuniarum summis & illarum occasione se predictos quon-  
dam N. Testamentarios uel molestare, aut per alium uel alios quouis quæ-  
sito colore, molestari facere, sub hypotheca & obligatione omnium bono-  
rum suorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ac qua-  
libet alia Iuris & facti renunciatione ad hoc necessaria & cautela. De  
& super quibus omnibus & singulis præmissis sæpenominati A. & T.  
&c. Testamentarij sibi à me Notario publico infra scripto unum uel plura  
fieri & confici petierunt publicum seu publica, Instrumentum & Instru-  
menta. Acta fuerunt hæc in imperiali oppido F. prænominata Mo-  
gunt. diocæsis ibidem in domo &c. ibidem præsentibus, ciuibus eiusdem op-  
pidi F. testibus, ad præmissa specialiter uocatis atq; rogatis &c.

## Reuocationis iniuriarum verbalium Instrumentum.

**I**N nomine dñi Amen &c. Præsentia personaliter constitutus prouidus et  
honestus A. pro se ipso ex una. Et B. similiter præsens pro se ipso in qua-  
dam causa iniuriarum uerbalium, quibus dictæ partes sibi inuicem proximis  
superioribus diebus præteritis, uti asseruerunt, criminatæ, & illorum occa-  
sione partibus & ex altera. Memoratus ex tunc B. publicè & expressa uoce,  
non uis dolo, metu, fraude, nec alia machinatione sinistra, ut apparuit, circum-  
uentus. Sed spontè, liberè, & uoluntarie profitebatur & cõfessus fuit, Quòd  
omnia & singula uerba, per ipsum B. de persona prouidi A. prænominati,  
quòcunq; dicta, prolata & recitata, ad quancunq; etiam iniuriam tendentia,  
uergentia, & seu interpretanda, duntaxat animo irato, & caloribus primi mo-  
tus inductus, ac etiam aliquo modo per sæpe dictum A. prouocatus & incitatus  
& non alia intentione seu mente, nequaquam dictis uerbis insistendo seu in-  
hærendo dixisset, protulisset, & recitasset. Et propter id nihil machinationis  
doli mali, fraudis aut sinistræ suspicionis de persona memorati A. aut pgeni-  
torum suorum et amicorum unq; habuisset, seu hodie haberet. Eundemq; A. pro-  
bum & honestum æstimaret & reputaret. Similiter quoq; & idem A. audita  
huiusmodi rationali excusatione unã cū uerborum præactorum honestate, si quid  
dictus B. qualitercunq; etiã de persona A. impudica et effrenata lingua in iram  
morus



motus dixisset & recitasset publice & expressè, & cum omni benignitate & mansuetudine indulset, remisit pariter & ignorauit. Ac alter alterius dextram in signum foederis & amicitiae apprehendens alterutrum, & sese amicos agnouerunt & expressè protestabantur. Super quibus omnibus & singulis antefatus A. tam pro se ipso quam omnibus & singulis suis progenitoribus, iam defunctis iamque in posterum sequacibus & hæredibus, à me Notario pub. infra scripta &c.

### Instrumentum Compromissi.

**D**E lite & super lite, & controuersia que uertebatur, & erat inter Anto. ex una parte, & Cor. ex altera, que quidem talis erat, petebat namque dictus Anto. à dicto Cor. c. lib. Boñ. quas dicebat ipsum Cor. sibi debere occasione societatis seu ratione societatis, hætenus inter eos habitæ ad panosemendos & uendendos. Quod quidem dictus Cora. negabat, ipse Anto. ex una parte, & do. Cor. ex altera, compromiserunt communiter & concorditer in Philip. tanquam in arbitrum & arbitratorum amicabilem compositorem, dispensatorem, & bonum uirum. Promittentes per se & eorum hæredes & inuicem s. una pars alteri uicissim solemnibus stipu. hincinde interuentibus. & ipse ambæ partes dicto arbitro & arbitratori pro se & suis hæredibus stipulationibus stare, parere, obedire & non contra uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto, omni laudo arbitrio dicto diffinitioni & pronuntiationi eius, que uel quas inter eos super prædictis, aut aliquo eorum uel prædictorum occasione fecerit, dixerit, pronunciauerit, diffinuerit, aut arbitratus fuerit, cum scriptura uel sine: semel uel pluries diebus feriatis, et non feriatis, sedendo et stando. Quodcumque et quocumque, et qualitercumque, et ubicumque cum iuris cognitione, et omni iuris solemnitate, et cognitione ommissa, partibus presentibus et absentibus, dum tamen ciuitatis nulloque prætermisso obstante. Sub poena l. lib. Boñ. stipu. adinuicem inter eos, et ab ipsis ambobus dicto arbitro et arbitratori. In singulis capitulis huius compromissi et laudi et arbitri ferendi in solidum promissa: quæ totiens in solidum committatur & exigi possit, quotiens contra factum fuerit & sub refectione damnorum & expensarum litis & extræ, & obligatione honorum utriusque partis & poena soluta uel non, hoc compromissum et laudum seu arbitrium ferendum, nihilominus obtineat plenam firmitatem. Nota quod differentia est inter arbitrum & arbitratorum. Nam arbiter est qui iudicis partes sustinet, & qui cognoscit ordinario iudicio, sicut iudex: & ab huiusmodi sententia appellari non potest, et sententia huius dicitur arbitrium. Arbitrator est qui non seruato iuris ordine cognoscit & diffinit amicabiliter inter partes, & pronuntiationi huius dicitur laudum: & ab hoc potest appellari, & illud potest reduci ad arbitrium boni uiri. Item scias quod arbiter esse prohibetur minor uiginti quinque annis, & furiosus, & seruus & foemina, & hi qui iudices & arbitri esse non possunt, quia ad instar iudiciorum huiusmodi arbitria sunt redacta. Arbitratores autem multi esse possunt, qui non possunt esse arbitri s. iudices ordinarij, ut pro consul & præses prouinciæ, & etiam monachi. Notio insuper arbitri expirat finito tempore instantiæ iudicij in triennio. Præterea personæ quæ in arbitrum compromittunt, tales esse debent, quæ stare in iudicio & subire iudicium possunt. De crimine in arbitrum compromitti non potest, sed sic in arbitratorum. Insuper in compromissis debet apponi poena. Item arbiter uel arbitrator non potest super alio arbitro arbitrari uel laudari, quam super eo quod in compromisso continetur, quia non potest excedere fines compromissi uel mandati. Aliquis etiam non potest compelli, recipere compromissum



## Artis Notariatus

sed receptam cogitur consummare nisi iustam habeat excusationem, quam quidem habere potest, ex multis causis. Cæterum scias, quòd aliquando fit compromissum solummodo in arbitrum, aliquando in arbitrum et arbitratorem simul, ut supra in prædicto Instrumento.

## Compromissum.

**I**oannes olim gerardi de canisianis populi sanctæ Lucie supra arnum de Florentia, per se & suos hæredes ex parte una, & Augustinus olim Pauli Amerigi de Frescobaldi populi sancti Felicis in Piazza de Florentia, suo nomine proprio, & per se & suos hæredes & pro & uice & nomine Mathei, eius fratris carnalis filij dicti Pauli. Pro quo quidem Matheo de rato & rati habitatione promissit dicto Iohanni præsentem, pro se & suis hæredibus recipienti & stipulanti se facturum & curaturum & facere & curare, ita & taliter, cum effectu omni iuris & facti exceptione remota. Ita quod non excusetur etiam possibilia faciendo, quòd dictus Matheus infra scriptum compromissum & omne laudum, exinde eius uigore secuturum & ferendum perpetuo firmum et ratum habebit & tenebit, obseruabit et adimplebit, & contra non faciet uel ueniet, per se uel alium, directè uel indirectè. Quin immo dictus Matheus dictum compromissum, & omne laudum, exinde & eius uigore secuturum & ferendum, & omnia & singula supra scripta & infra scripta, ratificabit, approbabit & emologabit infra mensem proximè futurum per publicum instrumentum, uallandum, roborandum, solemnitatibus & cautelis oportunis & usitatis, secundum stylum Notariorum ciuitatis Florentiæ manu mei Notarij infra scripti conficiendum, uel cuiuscumq; alterius Notarij publici Florentini, dummodo si manu alterius Notarij hoc fieri contingat, infra dictum tempus deueniat, deuenire debeat ad noticiam dicti Iohannis uel mei Notarij infra scripti, alias de suo proprio, facere & obseruare promissit sub infra scripta pœna, & quolibet dictorum modorum & nominum simul in solidum, & de per se ex parte alia, & omni meliori modo, usa, iure & forma, quibus magis & melius potuerit: generaliter omnes & singulos eorum & cuiuslibet eorum lites, causas, quæstiones, controuersias, discordias et differentias inter dictas partes uertentes, & quæ uerti & oriri possent, uel potuerunt in futurum, & quæ uerti & oriri possent usque in diem duraturi præsentis compromissi, & tam ortas quàm oriundas, quacunque ratione, iure, modo, uel causa communi concordia commiserunt & compromiserunt, & de eis compromissum generale fecerunt in prudentes uiros Orlandum Bartholmei de Gerardis & Mariattum Laurentij de Benuenutis, ciues Florentinos, tanquam in eorum arbitros & arbitratores, amicabiles compositores, & bonos uiros. Dantes & concedentes dictæ partes dictis modis & nominibus, dictis arbitris & arbitratoribus ambobus in concordia, ad plenam licentiam, autoritatem, potestatem & Balam in prædictis & super prædictis litibus causis quæstionibus controuersijs & differentijs, & qualibet eorum, & dependentibus et connexis ab eisdem inquirendi, inuestigandi et cognoscendi, de iure et de facto: & de iure tantum, & de facto tantum, semel et pluries, & quotienscumq; dictis arbitris & arbitratoribus ambobus in concordia uidebitur & placebit, laudandi, sententiam dandi, arbitrandi, pronunciandi & declarandi, transigendi, absoluendi & condemnandi, precipiendi, & mandandi, & de bonis rebus & iuribus unius partis, et e conuerso alteri parti dandi & adiudicandi, iuris ordine seruato & non seruato, in scriptis & sine scriptis, partibus presentibus & absentibus, uel una parte præsentem



praesente & altera absente, partibus citatis & non citatis, uel una parte citata,  
 & altera non citata, sedendo & recte stando, & omni iuris solemnitate obmis-  
 sa, & penitus non seruata, & breuiter sumarie & de plano omni die, hora, lo-  
 co & tempore, non obstantibus aliquibus ferijs. Et ipsorum arbitrorum &  
 arbitratorum lauda arbitria diffinitiones sententias & praecpta, & quamli-  
 bet earum partem semel & pluries, & quotienscunq; uoluerint murandi, cor-  
 rigendi, interpretandi & declarandi omni hora loco & tempore, & quando-  
 cunq; infra tempus & terminum dicti praesentis compromissi. Cum pacto ap-  
 posito in praesentico, compromisso, & solemnisti stipulatione uallato inter ipsos co-  
 promittentes, quod de omnibus & singulis his, quae seu de quibus per dictos  
 arbitros & arbitratores ambos in concordia laudari & arbitrari contigerit,  
 intelligatur fuisse litem quaestionem & controuersiam inter dictas partes, &  
 de his expresse compromissum fuisse in praesentico compromisso, & in praesenti  
 compromisso peruenire censeantur & intelligantur, ac si de eis in praesentico  
 compromisso facta foret mentio specialis. Necnon promittentes & conueni-  
 entes dictae partes sibi inuicem & uicissim solemnibus stipulationibus hinc inde  
 de interuenientibus stare parere & obedire obseruare, & cum effectu execu-  
 tionis mandare omnibus & singulis laudis sententijs arbitrijs diffinitionibus  
 & praecptis, & omnia & singula lauda sententias diffinitiones arbitria & praec-  
 pta dictorum arbitrorum & arbitratorum, amborum in concordia modo,  
 forma, loco, tempore, terminis & conditionibus, dicendis, statuendis & ordi-  
 nandis infra tempus praesentis compromissi, per ipsos arbitros & arbitro-  
 res ambos in concordia. Et ab ipsorum laudis sententijs arbitrijs diffinitioni-  
 bus & praecptis, uel eorum aliquo, uel eorum, uel alicuius eorum parte, arti-  
 culo, capitulo uel membro, non appellare uel appellari facere, uel appellatio-  
 nis causam prosequi, nec de nullitate uel iniquitate dicere uel opponere, nec  
 petere nec peti facere ipsa, uel eorum aliquod, in totum uel in partem, corrigi  
 uel emendari, uel reduci ad arbitrium boni uiri. Quinimo praesens com-  
 promissum, & omnia & singula supra scripta, quae sequerentur ex eis, uel ali-  
 quo eorum perpetuo firma & rata habere, tenere, obseruare, & adimplere, et  
 in nullo contrafacere uel uenire, per se uel alium seu alios aliqua ratione, iure  
 modo, causa uel ingenio, de iure uel de facto. Sub poena florenorum dua-  
 centorum auri largorum solemnisti stipulatione promissa, inter dictas partes,  
 in singulis & pro singulis capitulis pactis membris, siue articulis huius praesentis  
 compromissi, & cuiuscunq; laudi, ex eo secuturi. Quae poena totiens  
 committatur & peti & exigi possit & ualeat, cum effectu quotiens contrafa-  
 ctum fuerit, siue uentum, uel ut dictum est cum effectu non fuerit obserua-  
 tum. Qua poena commissa uel non, soluta uel non, exacta uel non, seu etiam  
 gratis remissa praedicta & infra scripta, omnia & singula, & quae laudari con-  
 tingerit, ut supra, nihilominus perpetuo firma maneanit & perdurent, & sub re-  
 sectione damnorum & expensarum, ac interesse litis & extra, pro quibus om-  
 nibus & singulis obseruandis, & pro dicta poena soluenda, si & quotiens com-  
 missa fuerit cum effectu dictae partes obligauerunt sibi inuicem & uicissim una  
 alteri, & econuerso, se ipsos & eorum & cuiuslibet eorum haeredes, & bona  
 omnia & singula praesentia & futura. Renunciantes in praedictis omnibus  
 & singulis exceptioni non sic facti & celebrati contractus, rei non sic gestae,  
 aliter fuisse dictum & recitatum, quam scriptum, econuerso, doli mali, uis-  
 metus, fraudis conditioni indebiti sine causa, & ex iniusta causa fori priuile-  
 gio, in factum actioni, omniq; alij iuris Canonum & statutorum Beneficio,  
 priuilegio et fauori, & iuri & legi dicenti: generalem renunciationem non ua-  
 lere nec sufficere, nisi praecesserit specialis. Quibus quidem compromittenti-  
 bus, praesentibus, audientibus & intelligentibus, uolentibus & confitentibus



## Artis Notariatus

bus, & cuiuslibet eorum præcepi ego L. iudex ordinarius Notarius publicus  
infra scriptus per garantigiam, uice & nomine iuramenti, pro ut mihi licuit  
& licet, ex forma statutorum communis Florentiæ de garantigia loquenti-  
um, quatenus prædicta omnia & singula supra per eos & quemlibet eorum  
promissa attendant, faciant & obseruent iuxta præsentis publici instrumens  
tuum, formam, tenorem, seriem & effectum, & pro ut supra promiserunt cō-  
tinetur & scriptum est. Et hoc præsens compromissum durare uoluerunt,  
& uires habere hinc ad tres annos proximè futuros. Rogantes &c. Et  
nota quòd ad tollendas fraudes fuit edita lex per opportuna consilia ciuitatis  
Florentiæ, quæ compromissa, quæ fiunt ultra tempus triennij, debeant notifi-  
cari in uno ex consilijs, cum solutione taxæ, pro ut in notificatione emancipa-  
tionum, aliter non ualeat.

### Compromissum cum pluribus pactis uti- libus et consuetis.

**B**artholomeus etc. ex parte una, et Antonius per se et suos hæredes, ita  
quòd præsens compromissum transeat et uires habeat, ac se extendat ad  
hæredes dicti Antonij, et post mortem dicti Antonij, eius hæreditate adita uel  
non adita, et seu iacente ita dicas, in utraq; parte alia: generaliter omnes et sin-  
gulas eorum lites, causas, quæstiones, controuersias, discordias, et differenti-  
as inter dictas partes, quomodolibet uertentes et seu quæ uerti et oriri possunt  
uel poterunt in futurum, & tam ortas quàm oriundas inter dictas partes com-  
promittentes usq; in diem duraturi præsentis compromissi, quacumq; ratio-  
ne iure modo uel causa, quæ quomodolibet dici uel excogitari possit, com-  
municoncordia & uoluntate, & omni meliori modo, uia, iure & forma, qui-  
bus magis & melius potuerunt, & eis licuit & licet, commiserunt & compro-  
miserunt, & de eis & qualibet earum compromissum generale fecerunt in  
nobiles & prudentes uiros Donatum de acciarolis & Philippum de Stro-  
zis, ambos in concordia tanquam in dictorum partium arbitros & arbitra-  
tores, & amicos communes & amicabiles compositores & bonos uiros. Dan-  
tes & concedentes dictæ partes compromittentes, & quilibet ipsarum insoli-  
dum, & in totum dictis arbitris & arbitratoribus ambobus in concordia,  
plenam licentiam auctoritatem potestatem & Balam & mandatum, & libe-  
rum arbitrium inter dictas partes compromittentes, & quamlibet earum su-  
per huiusmodi causis quæstionibus, controuersijs, discordijs & differentijs,  
& etiam super liquidis sententiatis, & claris & qualibet earum, seu altera, &  
dependentibus & connexis ab eisdem laudandi, sententiandi, arbitrandi, di-  
uidendi, diffiniendi, adiudicandi, componendi, transigendi, absoluendi, con-  
demnandi, præcipiendi & mandandi, & de bonis rebus & iuribus, unius par-  
tis & econuerso alteri parti dandi & adiudicandi, cedendi & concedendi.  
Et quæ bona sic danda, & adiudicanda ex nunc dictæ partes compromittentes,  
& quilibet earum una pro altera, & econuerso præcario nomine alterius  
tenere & possidere, ex nunc pro ut extunc, & extunc pro ut ex nunc constitu-  
it & seu constituerunt, & laudum sententiam, arbitrium arbitramentum in-  
ter dictas partes, & quamlibet earum semel & pluries, & totiens quotiens  
dictis arbitris & arbitratoribus ambobus in concordia uidebitur placebit,  
durante tempore præsentis compromissi dandi & ferendi, de iure & de facto  
simul & de iure tantum, & de facto tantum, cum processu & causæ cognicio-  
ne, & sine iuris ordine seruato & non seruato, in scriptis & sine scriptis, parti-  
bus præsentibus uel absentibus, & una parte præsentem, & altera absentem, par-  
tibus



eibus eitatis et non eitatis, et una parte citata et altera non eitata, diebus feriatis et locis prohibitis, et non prohibitis, sedendo et rectè stando, et aliter et qualitercunq; manendo alte & basse, & non seruatis seruandis & omni iuris ac statutorum & ordinamentorum communis Florentiæ, uel alterius cuiuscunq; loci solemnitate obmissa, & præcibus nõ seruata, & breuiter summarie & de plano & sine strepitu, & figura iudicij non obstantibus aliquibus ferijs, uel alijs quibuscunq; quomodolibet in contrarium disponentibus & ipsorum arbitrorum & arbitratorum lauda & arbitria, sententias, diffinitiones, & præcepta, & quodlibet eorum & qualibet eorum parte semel & pluries, & quotienscunq; uoluerint mutandi, corrigendi, reuocandi, cassandi & annullandi, interpretandi & declarandi, omni die & hora loco & tempore, & quodocunq; infra tempus terminũ duraturĩ præsentis compromissi. Cum pacto appposito in præsentĩ cõpromisso & solemnĩ stipulatione uallato inter dictas partes, quòd si dicti arbitri & arbitratores nen essent concordēs in laudando & non laudauerint, possint & ualeant, & eis liceat in concordia eligere sibi tertium coarbitrum & coarbitratorem, in quem coarbitrum & coarbitratorem cū eadem auctoritate potestate Balia, quam habent dicti supra scripti arbitri & arbitratores dictæ partis, dictis modis & nominibus compromiserunt ut supra. Quo coarbitro & coarbitratore electo quicunq; duo ex eis in concordia, alio absente uel præsentē, & cõtradicante uel mortuo, et seu quomodolibet impedito possit laudare & sententiare, ut supra inter dictas partes compromittentes, & ex nunc dictæ partes & qualibet earum communi concordia fecerunt, constituerunt, creauerunt, & solemniter ordinauerunt dictos Donatum & Philippum, eorum arbitros & arbitratores ambos in concordia dictarum partium, procuratores, actores, factores & certos nuncios, speciales specialiter & nominatim ad eligendum sibi tertium coarbitrum & coarbitratorem, cū auctoritate & potestate plenissima, quam & pro ut supra habet dicti duo arbitri & arbitratores, & ad omnia & singula alia faciendum in prædictis & circa prædicta necessaria & opportuna. Si uis extendere hie mandatum potes uel dicas, cum pacto appposito, & solemnĩ stipulatione uallato in præsentĩ compromisso, inter dictas partes, quòd si dicti arbitri & arbitratores non essent concordēs in laudando, quòd extrahatur unus mercator de Bursa recursus curiæ mercantię habilis ad officium recursus in tertium coarbitrum & coarbitratorem dictis superscriptis arbitris & arbitratoribus. In quem coarbitrum & coarbitratorem sic, ut supra extrahendum de dicta Bursa, recursus dictæ partes ex nunc, ut supra, compromiserunt. Quo coarbitro & coarbitratore sic ut supra, extracto in tertium & pro tertia, quicunq; duo ex eis in concordia alio irrequisito, absente uel præsentē, & cõtradicante, uel mortuo, & seu quomodolibet impedito, possint & ualeant, & eis liceat laudare & sententiare, ut supra inter dictas partes compromittentes. Et ex nunc dictæ partes, & qualibet earum communi concordia fecerunt, constituerunt, creauerunt, & solemniter ordinauerunt dictos superscriptos earum arbitros, arbitratores ac etiam dominum Iohannem Thadei, de Colle Ciuem & Notarium Florentinum, nec non Cancellarium & scribam dictæ curiæ mercantię, & quemlibet eorũ & cuiuslibet eorum ueros et legitimos prosecutores, actores, factores, & certos nuncios speciales, & quicquid melius dici & excogitari potest, & quemlibet eorum in solidum in simul, & de per se. Ita tamen quòd non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequenti, sed quod unus eorum inceperit, alter mediare ualeat, prosequi, & cum effectu finire specialiter & nominatim ad extrahendum, & extrahi faciendum dictum unum mercatorem de dicta Bursa recursus curiæ mercantię habilem & officium, recursus in tertium & pro



## Artis Notariatus

tertio coarbitro & coarbitratore, & ad omnia & singula alia faciendum in prædictis & circa prædicta necessaria, consueta, requisita & oportuna. Si uis extendere latius, ut in mandato, potes cū pacto appposito & solemnī stipulatione uallato in compromisso præsentī inter dictas partes, quòd de omnibus & singulis litibus causis quæstionibus discordijs controuersijs & differentijs dictarum partium, totiens fiat compromissum in forma ualida & totiens compromittatur, quòd dictæ huiusmodi lites & quæstiones causæ, discordiæ, controuersie & differentiæ, per laudum decidantur. Cum pacto appposito in præsentī cōpromisso, & solemnī stipulatione uallato inter dictas partes, quòd de omni et toto eo, et de omnibus et singulis his, de quo et seu quibus laudatum sententiatum arbitratum dictum cognitum factū et decisum fuerit, per dictos arbitros et arbitratore ambos in concordia. Si non elegerint tertium coarbitrum, ut supra, uel si non fuerit opus tertio et extractione tertij, uel et tertium sit ut supra, eligendum uel extrahendum, uel si elegerit, uel extractus fuerit, uel per duos ex eis in concordia ut supra, durante tempore et termino dicti compromissi, intelligatur fuisse esse litem et quæstionem, controuersiam et differentiam inter dictas partes, et ea omnia uenisse et uenire in præsentī compromisso, ac si de eis in præsentī compromisso facta foret mentio specialis, et expresse inter dictas partes specificatum fuerit, promittentes et conuenientes dictæ partes compromittentes, et quelibet earum sibi inuicem et uicissim una alteri et econuerso, solemnibus stipulationibus, hincinde interuenientibus stare, parere et obseruare, obedire et acquiescere, omni et cuiuscumq; laudo sententię arbitrio, seu arbitramento cognitioni, processui et pronuntiationi, et diffinitioni, et pacto et conditioni, et cessionibus et assignationibus, concessionibus et translationibus, et iudicationibus fiendis, per dictos arbitros et arbitratore ambos in concordia. Siue tertium ut supra, uel si non extrauerunt tertium ut supra, et si elegerint uel extrauerint ut supra, per quoscumq; duos ex eis in concordia infra dictum tempus et terminum duraturi præsentis compromissi. Et ab ipsorum laudis sententijs arbitrijs seu arbitramentis, diffinitionibus & præceptis, uel contentis in eo uel eis, non appellare nec appellari facere, nec appellationis causam prosequi, nec de nullitate uel iniquitate dicere, uel opponere, obijcere uel allegare, nec petere uel peti facere, quòd reducant uel reduci debeant, ad arbitrium boni uiri, nec quòd emendentur uel corrigantur in aliquo, nec dicere uel opponere quod contineant, enormem uel enormissimam lesionem, nec aliquid aliud dicere, facere uel opponere, propter quod executio ipsius uel ipsorum, in totum uel in partem, minuatur uel impediatur, uel aliquo modo retardetur. Sed dare soluere, exequi facere et obseruare omne id totum, et quicquid, et ea omnia et singula, et illo uel illis modo et forma, loco seu locis, tempore et termino, et temporibus et conditionibus, et in omnibus et per omnia ad plenum et cum effectu, quo et quibus, et pro ut continebitur in eo uel eis Florentiæ, Bononiæ, Senis, Pisis, Luca, Venetijs, Romæ, et quolibet dictorum locorum insolidum, unica tamen solutione et satisfactione sufficiente etc. et generaliter ubiq; locorum et fori, et in quibuscunq; mundi partibus ubi, et seu in quibus dictæ partes contraherent, et eorum hæredes et quilibet, uel alter ipsorum inuenti, et seu conuenti fuerint realiter et personaliter, fori priuilegio non obstante. Quæ omnia et singula supra scripta et infra scripta, et in præsentī testamento, contenta et exinde sequenda, et omne et quodcunq; laudum sententiam, arbitrium et arbitramentum, ferendum uigore præsentis compromissi, et quæ continebuntur in eo uel eis promiserunt, et solemnī stipulatione conueniunt dictæ partes sibi inuicem et uicissim, una alteri et econuerso solemnibus stipulationibus. hincinde interuenientibus perpetuo firma, et rata et grata habere, tenere, at-

tendere



tendere, obseruare & adimplere, & contra ea, uel eorum aliquid, non dedisse fecisse uel uenisse, nec dare, facere uel uenire, per se uel alium seu alios, aliqua ratione, iure, modo, causa uel ingenio, & de iure uel de facto. Sub pœna & ad pœnam florenorum quingentorum auri de Sigillo solemnī stipulatione promissa, in singulis & pro singulis capitulis conditionibus pactis, membrīs siue articulis huius præsēntis compromissi, & cuiuscunq; laudi, ex eo & eius uigore, ferendi & sub refectione damnorum & expensarum, ac interesse litis & extra. Quæ pœna totiens committatur & peti & exigi possit & ualeat, cum effectu, quotiens contra prædicta uel eorum aliquod factum fuerit, siue uentum, uel ut dictum est, cum effectu, non fuerit obseruatum. Qua pœna commissa uel non, soluta uel non, exacta uel non, sed etiam gratis remissa, prædicta & infra scripta, omnia & singula, nihilominus perpetuo firma & rata & grata maneat & perdurent. Pro quibus omnibus & singulis obseruandis, & pro dicta pœna soluenda, si & quotiens commissa fuerit, cum effectu obligauerunt dictæ partes sibi inuicem & uicissim una alteri & econuerso solemnibus stipulationibus hincinde interuenientibus, se ipsos & eorum, & cuilibet eorum, hæredes & successores, & bona omnia, & præsentia & futura. Quæ bona obligata, una pars pro altera & econuerso, constituerunt præcario nomine iure pignoris & hypothecæ, tenere & possidere, usque ad integram solutionem & satisfactionem omnium & singulorum suprascriptorum, & quæ continebuntur in laudo ut supra ferendo. Renunciantes etc. Quibus per garantigiam &c. Et hoc præsens compromissum durare uoluerunt, & uires habere, hinc ad tres Menses proximè futuros Rogantes &c. Caueas ne apponas maius tempus quàm tres annos, quia ex forma nouæ reformationis communis Florentiæ non potest excedere tres annos, alias non ualeret, nisi facta notificatione in consilijs tibi, ut supra dixi. Et sis cautus, ut accommodes ista pacta, pro ut opus erit, quia non omnia in eodem compromisso tibi occurrent, sed quandoq; unum quandoq; aliud.

### Prorogatio Compromissi.

**C**ertum esse dicitur, quòd de anno domini proximè præterito M. cccc. clxvi. & de Mense Iulij dicti Anni Adouardus &c. ex parte una, & Bartholmeus &c. ex parte alia omnes eorum lites, causas, quæstiones, discordias & controuersias inter eos uertentes & existentes, & quæ uerti & oriri possent uel poterunt, & tam ortas quàm oriundas, usq; in diem duraturi compromissi, de quo infra fit mentio communi concordia commiserunt, & compromiserunt, & de eis & qualibet earum fecerunt generale cõpromissum in Bernardum de Renerijs, & Petrum de Pandossinis ciues & mercatores Florentinos, tanquam in eorum arbitros & arbitratores, et amicabile compositorum, amicos communes, et bonos uiros ambos in concordia. Dantes eisdem eorum, arbitris et arbitratoribus ambobus in concordia plenā licentiam, auctoritatem, potestatem et Balam, arbitrium et mandatum inter dictas partes et quamlibet earum, et de et super eorum litibus causis quæstionibus controuersijs, differentijs laudandi, sentiendi, arbitrandi, cognoscendi et decidendi, dandi et adiudicandi de bonis, rebus et iuribus unius partis alteri parti et econuerso duraturum, inde ad tres annos, tunc proximè futuros, pro ut hæc et alia in dicto compromisso contenta, latius constare dixerunt publico Instrumento, rogato manu domini Petri Antonij de Vincio ciuis et Notarij Florentini. Vnde hodie hac præsentī suprascripta die, dicti Adouardus ex una, et Bartholmeus ex parte alia modis et nominibus, quibus supra, et in dicto compromisso contentis communi concordia suprascriptum compromissum et terminum



## Artis Notariatus

num in eo contentum & appositum, & dictis arbitris & arbitratoribus, ut supra datum & assignatum à dictis partibus prorogauerunt, & ad cautelam in eisdem arbitros de nouo comiserunt & compromiserunt, & compromissum generale fecerunt, hinc ad per totum Mensem Iulij Anni domini M. cccc. lxx. cum eisdem auctoritate licentia potestate & Balia, pactis modis et conditionibus & formis obligationibus, renunciationibus pœna & pœnæ promissionibus, & alijs quæ pro ut & sicut in dicto compromisso constat continetur & apparet. Rogans &c. Si uoles subdere clausulas generales uides licet, quæ omnia &c. poteris, sed parum aut nihil operabuntur. Vidi disputari, an hypotheca oriatur à die facti primi compromissi, an de die factæ prorogationis. Et propterea si uelles absq; dubio hypothecam oriri à die primi facti compromissi, cautela est ut dicas in compromisso. Cum pacto quod si contigerit præsens compromissum per dictas partes prorogari, quod obligatio & hypotheca bonorum dictorum compromittentium oriatur, & orta esse & contracta intelligatur, pro obseruantia laudandorū hodie hæc præsentis supra scripta die.

## Capitulum Diuisionis.

**I**N primis cum inueniamus & nobis constet dictas partes stetitisse in comunione usq; ad præsens, & propterea ad nonnullas lites et differentias deuenisse & processisse, & intelligentes quod plerumq; ex comunione lites oriuntur, & quod illud quod commune est sæpe negligatur. Volentes inter dictas partes tales lites, quo ad possumus sedare, & ne in posterum orientur secundum potestatem nobis datam & attributam providere unicuiq; ac iusticiam ministrare, & suam portionem assignare, iustis & rationalibus causis moti, quæ nos merito mouere potuerunt & debuerunt, laudamus, concedimus & adiudicamus & assignamus dicto Damiano, pro eius parte & portione infra scripta bona, uidelicet. Vnam domum &c. Ponas confines, cum omnibus suis habituris, adiacentijs, coherentijs & pertinentijs, ad habendum, tenendū, & possidendum, utendum, fruendum & alienandum, & quicquid deinceps dicto Damiano placuerit perpetuo faciendum, sine contradictione uel molestia dicti Caroli, uel alterius cuiuscunq; personæ, ipsumq; Damianum, hoc nostro præsentis laudo sententia arbitrio & arbitramento, consolidamus in dominio, proprietate & possessione dictæ domus, dictumq; Carolum condemnamus, ad dandum & tradendum eidem Damiano tenutam, et corporalem possessionem, dictorum bonorum, et ad dimittendum et relaxandum dicta bona, uacua, libera, et expedita dicto Damiano integraliter et insolidum. Ex nunc eidem Damiano concedimus licentiam, potestatem et liberam facultatem dicta bona intrandi, et ea deinceps retinendi sua propria auctoritate, et sine licentia, uel decreto alicuius iudicis uel curiæ.

Item hoc modo præsentis laudo sententiam arbitrio et arbitramento laudamus, concedimus, adiudicamus et consignamus dicto Carolo, pro eius rata et portione infra scripta bona uidelicet. Vnum podere etc. Ponas bona et confines, cum omnibus et singulis suis adiacentijs, coherentijs, pertinentijs, et seruitutibus usq; in uias publicas, cum omnibus et singulis, quæ dicta bona habent supra se, infra se, seu intra se, in integrum ad habendum, tenendum et possidendum, utendum, fruendum, et alienandum, et quicquid dicto Carolo deinceps placuerit perpetuo faciendum, sine contradictione uel molestia dicti Damiani, uel alterius cuiuscunq; personæ. Ipsumq; Carolum consolidamus in dominio, proprietate et possessione dicti poderis et bonorum. Ipsumq; Damianum condemnamus ad dandum et tradendum eidem Carolo  
lo pro



lo pro dimidia parte tantum tenutam & corporalem possessionem dicti ponderis & bonorum & ad immittendum & relaxandum dicta bona libera uacua & expedita dicto Carolo integraliter & insolidum. Et ex nunc dicto Carolo damus & concedimus licentiam & facultatem, & liberam potestatem, dicta bona intrandi, eorumque tenutam & corporalem possessionem accipiendi, & ea deinceps retinendi sua propria auctoritate, & sine licentia uel decreto alius cuius iudicis uel curiæ.

Item hoc nostro presententi laudo sententia arbitrio & arbitramento damus & concedimus, auctorizamus & assignamus dicto Damiano ius & actionem quancunque petendi & exigendi, ab infrascriptis debitoribus dictarum partium infrascriptas quantitates Iuliano & Muccio &c. Ponas nomina debitorum. Et pro dictis exactionibus condemnamus dictum Carolum, ad dandum, cedendum, transferendum & mandandum dicto & in dictum Damianum, omnia & singula iura nomina & actiones reales & personales, utiles & directas, meras & mixtas, tacitas & expressas, ciuiles & pratorias, anormalas & conuentionales, & quascunque alias eidem Carolo quomodolibet competentes & competituras occasione dictarum quantatum, quas spectare diximus dicto & ad dictum Damianum, & eidem ut supra assignauimus. & ad constituendum ipsum Damianum procuratorem, ut in rem suam et ponendum ipsum in locum & uniuersum ius suum, quo ad dictas quantitates eidem Damiano, ut supra per nos assignatas, & in omnibus & per omnia ad sensum sapientis dicti Damiani, Et ex nunc hoc nostro presententi laudo sententia arbitrio & arbitramento, damus, cedimus & concedimus, transferimus & mandamus dictas actiones in omnibus & per omnia, ut supra continetur, & scriptum est. Si uis longius extendere, sumas ab instrumento cessionis. Et assignentur debitores alteri, ita etiam scribes, ut supra.

Item cum inueniamus & nobis constet bona ut supra per nos ad iudicata dicto Carolo esse preciosiora & maioris precij estimationis & ualura, quæ bona ut supra, per nos data & adiudicata dicto Damiano. Icirco hoc nostro presententi laudo sententia arbitrio & arbitramento condemnamus dictum Carolum ad dandum & soluendum dicto Damiano, pro supplemento raguaglio dictorum bonorum, florenos quinquaginta auri de Sigillo hinc ad sex Menses proximè futuros.

Item cum inueniamus & nobis constet dictas partes subire & soluere onera & factiones communis Florentiæ, sub una & eadem portata & catasta, & ut uulgariter dicitur in una posta medesima, condemnamus dictas partes, & quamlibet earum ad soluendum & subeundum dicta onera et factiones, tam imposita quàm imponenda, et tam ordinaria quàm exordinaria, durante presententi distributione, pro uirili portione, cuiuslibet tangenti, & pro omni tempore, quo imposita fuerint sub nomine communi, & in eadem partita. Et ad soluendum & satisfaciendum pro sua dimidia insolidum inter eos, Et ad conseruandum se sic ad inuicem & uicissim unus alterum, & econuerso, indemnem, & penitus sine damno de partione sibi tangente, singula singulis referendo.

Item quòd stantibus semper firmis præmissis ut supra per nos patet laudatis hoc nostro presententi laudo sententia arbitrio & arbitramento, laudamus, sententiamus, arbitramur seu arbitramentamur, pronunciamus & condemnamus dictas partes sibi inuicem & uicissim ad non inquietandum uel molestandum modo aliquo in bonis & super bonis, nec proprietate, uel dominio usufructu uel fructibus dictorum bonorum, ut supra per nos assignatorum alteri parti, & ad non faciendum uel mouendum, nec facienti uel mouenti consentiendum aliquam litem causam quæstionem controuersiam, brigam uel molestiam



## Artis Notariatus

molestiam super dictis bonis, ut super assignatis dictis partibus, ad tradendam tenentiam & corporalem possessionem dictorum bonorum, sibi inuicem & uicissim, ut supra per nos laudatum extitit, singula singulis congrue referendo. Et ad manum tenendum & conseruandum se ad inuicem & uicissim unus alium, & econuerso, in tenuta & corporali possessione dictorum bonorum. Et si quo tempore aliqualis quaestio, aut controuersia uel molestia, in iudicio uel extra, de iure uel de facto, inferetur, moueretur uel fieret, modo aliquo alicui ex dictis partibus super bonis ut supra adiudicatis, pro dato & facto opere uel contractu uel quasi, delicto uel quasi, & causa alicuius dictarum partium. Ipsamque partem condemnamus in solidum ad defendendum & liberandum, aliam partem, & tali lite uel molestia, & ab omni nouitate, & ab omnibus ipsius cuius dato & facto essent expensis litis & extra. Et ad suscipiendum in se talem litem & causam infra octo dies post notificationem sibi factam. Et ad conseruandum ipsam partem sic molestam indemnem, & penitus sine aliquo damno. Et tam in obtinendo quam in succumbendo. Et ad restituendum ipsi parti sic ut supra molestate, omnia & singula damna expensas & interesse litis & extra. Et in effectu condemnamus, supra dictas partes sibi inuicem et uicissim unam alteri & econuerso. Ad omnem defensionem generalem dictorum bonorum, sic ut supra per nos inter eos diuisorum & assignatorum secundum stylum Notariorum ciuitatis Florentiae, & in casu euictionis ad restitutionem extimationis eius, unde lis & quaestio oriretur una, cum omnibus damnis expensis & interesse litis & extra. Si uero hominilis & quaestio moueretur, inferretur, uel fieret pro communi dictarum partium, uel eorum auctororum dato & facto, opere & contractu uel quasi, delicto uel quasi, tunc pro dimidia condemnamus eas sibi inuicem & uicissim ad defensionem huiusmodi bonorum & in casu euictionis uel abouocationis dictorum bonorum, pro dimidia ad reficiendum & restituendum alteri parti, cui sic bona euinci uel abouocari contigerit, extimationem rei, unde lis & quaestio orta esset, & bonorum sic euictorum in Dominio & proprietate uel possessione, usu usufructu uel fructibus, una cum dimidia damnorum & expensarum, & interesse litis & extra singula singulis congrue referendo & pro ut est de iure & secundum naturam diuisionum requiritur.

Item hoc nostro praesenti laudo sententia arbitrio & arbitramento laudamus, sententiamus, pronunciamus, arbitramur & seu arbitramentamur, quod de omnibus & singulis debitoribus et creditoribus dictarum partium, de quibus in praesenti laudo specificè non esset facta mentio specialis solutio & satisfactio, ac etiam exactio spectet & pertineat ad dictas partes pro rata, & sic condemnamus dictas partes, & quamlibet earum ad eorum solutionem & satisfactionem & exactionem pro dimidia, cum omnibus expensis, damnis & interesse litis & extra.

Item quod stantibus firmis praemissis ut supra, per nos patet laudatis hoc nostro praesenti laudo sententia arbitrio & arbitramento, laudamus, sententiamus, arbitramur, & seu arbitramentamur & condemnamus dictas partes sibi inuicem & uicissim unam alteri & econuerso, ad faciendum sibi inuicem & uicissim una alteri & econuerso, finem, quietationem, refutationem, absolutionem, & pactum perpetuum, de ulterius non petendo, generaliter de omni & toto eo, quod una pars ab altera, uel econuerso petere, consequi uel exigere posset, usque in praesentem diem, cum scriptura uel sine publica uel priuata, pure in diem, uel sub conditione, & quacunque ratione, iure, modo uel causa, quae quomodolibet dici uel excogitari posset. Et si ex nunc nos arbitri & arbitratores superscripti dictas partes & quamlibet earum unam ab alia, & econuerso hoc nostro praesenti laudo sententia, arbitrio & arbitramento finimus, & libe-



& liberamus, & pro finitis & liberatis habere uolumus & mandamus ab omnibus & singulis suprascriptis. Saluo quòd de contentis in hoc nostro presentis laudo, ipsi & partibus. Imponimus perpetuum silentium de predictis. Firmis tamen semper stantibus & remanentibus suprascriptis, ut clare supra per nos patet in hoc presenti laudo laudatis. Et predicta omnia & singula mandamus à dictis partibus, & qualibet earum obseruari & executioni mandari, sub pœna in compromisso in nos facta apposita & inserta. Reseruantes nobis auctoritatem, potestatem & Balianam, iterum semel & pluries laudandi & declarandi, & laudata & declarata mutandi, emendandi, corrigendi & interpretandi, durante tempore dicti compromissi in nos facti. Volentes & mandantes executionem presentis nostri laudi retardari non debere, nec posse, propter dictum compromissum, uel eius dependentiam, uel reservationem predictam. Quin imo fieri possit executio dicti presentis nostri laudi, non obstante pendentia dicti nostri compromissi, & non obstante dicta reservatione, ac si dictum compromissum non penderet, ac si dicta reservatio facta non esset. Rogantes &c.

Latum datum & lectum fuit suprascriptum laudum sententia arbitrium & arbitramentum. Et omnia & singula suprascripta facta fuerunt per dictos Donatum & Petrum, arbitros & arbitratores suprascriptos, pro tribunali supra ad cautelam sedentes Florentiæ, & in populo sancti Laurentij de Florentia, & in domo habitationis magnifici Laurentij de Medicis ciuis Florentini sita in dicto populo, & in uia dicta laui larga, cui à primo secundo & tertio uia à quarto hæredum domini Iacobi de Luciano infra predictos confines sub anno domini M. cccc. lxxxij. Indictione tertia, die uero quinta, mensis Augusti, absentibus dictis partibus. Et si sint presentes, dicas, presentibus, audientibus & intelligentibus dictis suprascriptis partibus, & dictum laudum, & omnia in ea contenta ratificantibus, approbantibus & emologantibus, & ex pacto in presenti instrumento apposito, & solemnii stipulatione uallato inter dictas partes sibi inuicem & uicissim promittentibus obseruantiam dicti laudi sententiæ arbitrij & arbitramenti, & omnium & singulorum & in eo contentorum. Et presentibus testibus ad suprascripta omnia & singula uocatis, habitis & rogatis uidelicet. Ponas nomina testium. Aduertas, quòd ex forma statuti nostri pluribus modis ratificatur & notificatur laudum, de quibus omnibus hic ponam formam, præterquam de modo notificandi per acta & curiam potestatis. Tu uideas in secundo uolumine statutorum sub rubrica lxxvij. sufficit uno modo, si feratur laudum partibus presentibus, etiam non ratificantibus. Tu scribas ut supra, & pro ut res se habent in ueritate.

### Instrumentum diuisionis.

**A**ngelus quondam Laurentij de Amideis, per se & suos hæredes ex parte una, & Iohannes frater carnalis dicti Angeli, filius dicti quondam Laurentij, ex parte alia, uenire uolentes ad diuisionem infra scriptorum bonorum & rerum, quæ & quas inter se dixerunt habere communes omni meliori modo, uia, iure, & forma, quo qua & quibus magis, melius potuerunt & eis licuit & licet, infra scriptum contractum, promissionem, obligationem, & pactum diuisionis titulo concorditer peruenerunt, uidelicet quòd de dictis omnibus & singulis infra scriptis bonis rebus & iuribus communi concordia fecerunt, constituerunt, duas partes hoc modo, uidelicet, quia in una & prima parte posuerunt & designauerunt infra scripta, uidelicet. In primis unam domum &c. Ponas confines. Item duas uegetes. Describas bonorum



na mobilia masseritias & credita. Quæ quidem supra scripta ipsa prima pars ad dictum Angelum de communi ipsorum concordia, & utriusque consensu, accessit & peruenit, & cum consensu, presentia & uoluntate dicti Iohannis dictus Angelus suscepit, elegit & acceptauit, & de ea se esse tacitum & contentum, pro parte sua uocauit & asseruit. In alio uera, & pro alia secunda parte posuerunt & designauerunt infra scripta bona, uidelicet: Vnum podere &c. Ponas confines. Item unum lectum &c. Describas masseritias, credita & alia bona immobilia. Et hæc secunda pars est bona in secunda parte descripta, de ipsorum communi concordia, ad dictum Iohannem obuenerunt, & eadem idem Iohannes de consensu presentia & uoluntate, dicti Angeli, elegit, apprehendit & acceptauit, & de ea se bene contentum & tacitum proportionem suam uocauit & asseruit. Salua re dicti quondam Leonardi olim patris dictorum M. & Iul. eiusdem pupillis & testamento dicti Leonardi, eorum patris delatam cui libet eorum pro dimidia. Protestans dictus Clemens tutor Attilianus præfatus, quod non scit alia bona uel iura dictorum suorum pupillorum, & si qua alia inueniet huic inventario, quam citius poterit, addet, uel aliud de nouo conficiet, Quibus omnibus sic per actis, ego L. iudex ordinarius notariusque antedictus & infra scriptus meam & communis Florentiæ, quibus fungor auctoritatem interposui, pariter & decretum. Et eidem clementi tutori Attiliano præfato, commisi gestum, administrationem, gubernationem, & regimen personarum bonorum rerum & iurium dictorum M. & Iul. pupillorum. Rogans &c.

### Instrumentum diuisionis.

**A**Ntonius & Coradus fratres filij quondam Iohannis, uolentes ad diuisionem omnium infra scriptorum bonorum inter ipsos comunium peruenire. Fecerunt de ipsis bonis communi concordia duas partes. Ponentes & designantes in una parte talem domum positam in tali loco, infra tales confines. Item unam petiam terræ uineatę, positam in tali loco, infra tales confines. Item unum tinacium & duas uegetes, & tales & tales res &c. Quæ quidem pars de communi ipsorum concordia, & utriusque consensu, ipsi An. peruenit in partem et eam ipse An. de ipsius Cora. uoluntate pro sua portione elegit & accepit, & de ea se contentum uocauit & dixit. Saluo tamen quod de infra scripta adiectione inferius exprimetur. In illa uero parte designauerunt & posuerunt unam petiam terræ aratorię positam in tali loco, infra tales confines. Item talem & talem rem. Et hoc pars communi concordia & utriusque consensu ipsi Cor. peruenit in partem, & eam de ipsius Anto. uoluntate pro sua portione elegit & accepit, & ea se contentum uocauit & dixit. Hoc tamen inter ipsos expressim acto & dicto, quod, quia dicta pars ipsius Cor. melior est parte Anto. supradicta, debeat ipse Cor. dare & soluere ipsi Anto. pro æquivalentia & coequatione suæ partis, ad dictam partem Anto. xx. lib. Bonis. hinc ad festum natiuitatis domini, & de ipsis soluendis, ei solemnem promissionem & obligationem facere, per publicum instrumentum. Item actum est expressim inter ipsos, quod si quo tempore alicui eorum litem uel quæstionem moueri contigerit, de aliqua rerum illarum, quæ sibi obuenerint in partem, comunibus expensis procuretur et stetur in lite, & res de qua lis mora fuerit, expensis comunibus defendatur, et si euinci contigerit, damnū inter eos pariter sit comune. Quam diuisionem & omnia et sing. supra scripta perpetuo promiserunt ad inuicem, pro se et eorum hæredes, s. unus alteri uicissim solemnibus stipula. hinc inde interuenientibus firma et rata habere et tenere etc. ut in Instrumento arrarum primo. Nota tamen quod diuisiones aliquando fiunt



fiunt per sortem aliquando per compromissum, ut quia non possunt confor-  
tes concordare, de partibus compromittatur in alium, & in hoc reducitur ad  
naturam compromissi & laudi. Aliquando ordine iudicario porrecto libel-  
lo. Et nota etiam quod si fiat diuisio de bonis hæreditatis, dicitur diuisio fami-  
liæ herciscundæ, sed si fiat de alijs rebus communibus, ut puta de rebus socie-  
tatis, uel alijs communibus, dicitur communi diuidendo. Et solent in huius  
modi contractibus, multa & diuersa inter partes fieri instrumenta pacta &  
cõuentiones, quæ omnia propter multipliciter sub breui non possunt cõ-  
prehendi forma.

### Inuentarij Instrumentum.

**I**N nomine domini Amen &c. In mei &c. constituti &c. Testamentarij et  
Executores testamenti seu ultimæ uoluntatis bonæ memoriæ N. Mognũ.  
diocæsis, corpore eiusdem N. tradito ecclesiasticæ sepulture, uolentes scire et  
experiri res & bona testatoris prædicti relicta, ad hoc ut ipsi ad executionem et  
effectum debitum Testamenti sui procedere possint, pro ut eis ab eodem Te-  
statore iniunctum fuerat & commissum. Et ut sine suspitione aliqua in exe-  
cutione eiusdem Testamenti procederent præfati N. Testamentarij, came-  
ram quandam in eadem domo sitam, in qua idem quondam N. Testator dum  
uixit, dormire, & res suas habere solitus erat, intrauerunt unã cum me Nota-  
rio publico, & testibus infrascriptis, ac de bonis & rebus ipsius testatoris in-  
ibi, ibidem &c. extra cameram eandem in dicta domo repertis, præsens inuen-  
tarium fieri procurauerunt, per meq; Notarium publicum infrascriptum in  
formam publici Instrumenti redigi mandauerunt. Per prædictos itaq; N.  
&c. Testamentarios in ipsa camera repertæ fuerunt res & bona subscripta:  
Primo &c. Super quibus.

### Subscriptio transumpti.

**Q**uia prædictæ literæ tenorem pro ut in ipsa inueni, legi et uidi, ita nil  
addens uel minuens quod ipsius substantiam uel intellectũ mutet uel  
uticet transcripsi, fideliterq; publicauĩ, et in hanc publicam formam redegi.  
Signoq; &c.

### Litera testimonialis, de legalitate Notarij.

**V**Niuerſis & singulis presentes testimoniales literas inspecturis, uisuris  
pariter & audituris Io. N. utriusq; iuris doctor &c. Salutem in dño, &  
præsentibus fidem indubiam adhibere. Quoniam pium est & rationi conso-  
num ueritati testimonium perhibere, idcirco uniuerſitati uestræ & cuiuslibet  
uestrum tenore præsentium intimamus & notificamus, qualiter honorabilis  
uir dñs N. supranominatus, qui de super scripto donationis instrumento ro-  
gatus fuit, ipsumq; in publicam formã redegit, signoq; & nomine suis solitis  
& consuetis subscripsit & publicauit, tam tempore Dato ipsius Instrumenti,  
quã dudum antè & post fuit, pro ut hodie est publicus imperiali autoritate  
Notarius bonus, fidelis & legalis, & pro tali & ut talis habitus, tentus & no-  
minatus, pro ut de præſenti habetur, tenetur & reputatur, ad eumq; ut ad ta-  
lem publicus seu cõmunis hominũ habetur recursus, Instrumentisq; per eum  
confectis semper adhibita fuit in iudicio & extrã, pro ut hodie adhibetur, ple-  
na & indubitata fides. Et ne alicui de hoc dubitare contingat, presentes no-  
stras literas testimoniales fieri, & per Notarium nostrum & dictæ Curie sub-  
scribi, Sigillisq; dictæ Curie quo utimur, iussimus & fecimus appensione com-  
muni. Datum &c.



## TESTAMENTVM

**A**Dhibeas septem testes, & dicas proprio ore dicti testatoris ad infra scripta omnia & singula uocatis habitis & rogatis. Quoniam nil est certius morte, & nil intertius hora mortis. Animoq; prudentis hoc pertinet, ut mortis semper cogitetur euentus, & hoc potissimè cum corpus in firmitate teneatur. Cum statutum sit hominem semel mori, hinc est quod prudens uir Alexander olim Dominici de agalantis sanus per dei gratiam mente, sensu uisu et intellectu, licet corpore languens, uolens circa suam substantiam, ut sapientem decet, dum mens integra est & in sua bona, integra & perfecta dispositione consistit, prouidere, & de bonis & rebus suis disponere, ne post eius mortem scandalum oriatur, & maximè pro salute eius animæ omnibus melioribus modo, uia, iure, & forma, quibus magis & melius potuit & potest, & ei licuit & licet, hoc præsens suum ultimum nuncupatiuum testamentum, suam ultimam uoluntatem declarauit, & suum ultimum nuncupatiuum testamentum, quod sine scriptis dicitur, condidit & facere procurauit & fecit in hunc, qui sequitur modum & formam uidelicet. Vel si uolent uti ornatiori prohemio, ita scribes. Prudens uir Alexander &c. sanus per dei gratiam, mente, sensu & intellectu, licet corpore languens, attendens quod immensa benignitas ut maius bonum effunderet, & de perditorum angelorum ordine repararet, creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam, nõ subitum morbum, angustias, neq; pericula dirę mortis, sed glorię suę participem coheredem futurum eternę glorię faceret. Deinde superueniente hostis antiqui suggestionis iniquissima mors est inducta homini, quę in posteros est postmodum declinata, propter quod decet hominem uigilem esse, ut cum uenerit dies illa tremenda, cuius horam scire non ualemus, ipsum non dormientem iam animę suę saluti per dispositionem bonorum suorum temporalium prouidisse reperiat, cum dies nostri breuissimi sunt, & uelut umbra prætereunt, quia præsentis uitę conditio cursum habet instabilem, & ea quę uisibilem habent essentiam, tendunt uisibiliter ad non esse. Quapropter præmeditato die suę peregrinationis extremo, pię motus idem Alexander reminiscensq; illius uis sententię. Memento hoc, quia cinis es & in cinerem reuerteris, & quod nihil certius morte, nihilque incertius hora mortis. Volens dum ratio mentem gerit de bonis temporalibus sibi à deo collatis salubriter disponendo animę suę, saluti consanguineorum & propinquorum suorum quieti prouidere, omni meliori modo, uia, iure, causa & forma, quibus magis & melius potuit suum ultimum nuncupatiuum testamentum, quod sine scriptis dicitur, et seu ipsius ultimam uoluntatem facere procurauit & fecit, condidit & ordinauit in hunc infra scriptum modum & formam uidelicet.

In primis quidem animam suam humiliter ac deuote omnipotenti deo, eius gloriose matri Marię semper uirgini ac beato Iohanni Baptistę, totique celesticurię recõmendauit, & corporis sui, dum anima & spiritus ab eo erit separata, sepulturam elegit in ecclesia sanctę crucis de Florentia, cum illa impensa funeris, & pro ut uidebitur infra scriptis eius heredibus, uel dicas si uis uti elegantiori stilo.

In primis, quia anima nobilior corpore est, rebusque humanis de summi regis misericordia plene confusus dictus Alexander Testator, dum & quando a carnibus nexilibus dissolutus contigerit animam suam humiliter ac deuote recommendauit altissimo omnium creatori, eiusque matri gloriosissimę uirgini Marię, beato Iohanni Baptistę ac beatissimis apostolis Perro & Paulo



Paulo, cæterisque sanctis omnibus triumphantis curiæ paradisi. Item uoluit & mandauit dictus A. testator, dum & quando ab hac luce & uita migrare contigerit, corpus suum sæpeliri in Ecclesia sanctæ Reparatæ de Florentia, et in funeralibus exequijs, uenerari iuxta uoluntatem infrascriptorum eius, & dicti testatoris executorum.

Item iure legati reliquit & legauit operi sanctæ Mariæ del fiore de Florentia pro constructione dictæ ecclesiæ liberam unam semper.

Item iure legati reliquit & legauit sacristiæ nouæ dictæ ecclesiæ libram unam Florentinorum paruorum.

Item iure legati reliquit & legauit constructioni murorum ciuitatis Florentinæ & seu pro reparatione dictorum murorū, & seu mœniū, libram unam in totum libras tres Florentinorum paruorum.

Item pro remedio animæ suæ reliquit & legauit monasterio muratarum de Florentiæ florenos xxv. largos erogandos in utilitatem dicti monasterij.

Item iure legati, & pro remedio animæ suæ reliquit & legauit nouitijs fratribus sancti Spiritus de Florentia ordinis heremitarum beati Augusti florenos xx. auri largos pro caligis, calceis & aluptis fiendis præ fatis nouitijs.

Item iure legati & in compensationem boni seruitij habitij à Laurentio Francisci de Penisio eius famulo, eidem Laurentio reliquit & legauit Florenos lx. auri largos, in auro eidem Laurentio dandos & soluendos, per infrascriptos eius hæredes infra unum mensem proximè futurum, à die mortis dicti testatoris, hac lege & conditione, quòd si dictos lx. florenos non dederint eidem, & persoluerint eidem Laurentio legatario, infra mensem prædictum, quòd tunc & eo casu elapso dicto Mense, & facta solutione prædicta teneantur eidem Lau. dare & soluere florenos centum auri largos, & sic in dicto casu eidem Lau. reliquit & legauit dictos florenos centum.

### Legatum manumissionis sclauæ.

Item iure legati & pro remedio animæ suæ, reliquit & legauit Marthæ & Sitæ sclauis seruis & ancillis dicti testatoris, de partibus Rossicæ liberationem, propterea quòd eidem A. testatori liberaliter seruiuerunt, & in sic in futurū sperat ipse esse facturos, & ex nūc, pro ut extunc, & extunc pro ut ex nūc, secuta morte dicti testatoris, ipsas & quamlibet earum absentes, & me L. Notario infrascripto, ut publica persona pro eis & qualibet earum recipiente & stipulante, liberauit & liberat, & à sua potestate exemit & manumisit, easque pristinis natalibus restituit, ita ut possint agere contrahere, pacisci atque testari, & in iudicio stare, & omnia & singula alia facere, quæ & pro ut faciunt & facere possunt, alij homines sui iuris liberi, & ciues Romani. Ac etiam eisdem remisit & donauit omne earum & cuiuslibet earum peculium, & omnia & singula uestimenta, & pannos lineos & laneos, ad usum & dorsum dictarum Marthæ & Sitæ, tam factos quàm fiendos usque ad tempus mortis dicti testatoris.

### Legatum de Dotando filiam spuriam.

Item iure legati reliquit & legauit Margarethæ eius filia, spurie et naturali nata, ex se et ex quadam Anastasia sclaua dicti testatoris, florenos trecentos auri largos, pro ipsam dotando et maritando eidem Margarethæ dando, et persoluendos per infrascriptos eius hæredes cum nubetur, et uiro tradetur, et si contigerit dictam Margaritam decedere ante nubilem etatem et antequam nubatur, et uiro tradatur, tunc uoluit dictos florenos crecentos per di-



## Artis Notariatus

ctos & infra scriptos eius executores & commissarios exponi & erogari in maritandis puellis pauperibus, pro amore dei, & pro remedio animæ iuæ, dū modo non possint dare alicui puellæ, plusq̃ florenos triginta, pro qualibet earum conscientia dictorum & infra scriptorum executorum & commissariorum in hoc aggrauando. Hoc addito & deratato, quod si infra scripti eius hæ redessuellent facere dotem dictæ Mar. super montem dotium puellarum communis Florentiæ, non sint liberati à præsentī legato, faciendo eidem dotem pro florenis trecentis, sed teneantur exponere & expendere, & ex bursa re dictam summam & quantitatem florenorum trecentorum, pro capitali & emere tot denarios montis communis, quod capiat totam dictam summam florenorum trecentorum auri largorum, si eis placebit.

### Legatum de dotibus vxoris.

Item iure legati reliquit & legauit dictæ dominæ Angelæ uxori suæ, & filiæ Iuliani de Tancredis, ultra dotes suas per eum confessatas manu cuiuscumque Notarij publici Florentini, quas dixit & asseruit fuisse florenos mille ducentos casu quo superuueret dicto Alexandro testatori brachia xij. panni monachini finis de sancto Martino, & duo uela seu scingatoria, finia ualoris florenorum viij. auri de Sigillo, pro ea induenda, pro ut in funeribus fieri solet. Et in casu quo uitam uidualem & honestam seruaueris, & cum filijs suis & dicti testatoris in domo habitationis in dicti testatoris steterit tunc & permanferit, tunc ei legauit alimenta decima, & uictum & uestitum, & ultra præ dicta florenos centum auri largos, qui aliquo modo non computentur in dotibus suis.

### Legatum rei alienæ.

Item iure legati reliquit & legauit Francisco de Amieris equum album, qui est Augustini de Redaldis, quem quidem equum emi iussit & mandauit dictus testator, à dictis suis hæredibus, à dicto Fran. tradi.

### Legatum rei hæredis.

Item iure legati reliquit & legauit Simbaldo de renuceinis quandam uestem nigram sericam, alias de ueluto suffultam de pancis quam quidem solitus erat portare præsertim in magistratibus. Alamanus filius dicti testatoris, & sic dictum Alamanum filium dicti testatoris grauauit, ipsiq̃ mandauit dictus testator ad tradendum dictam uestem ipsi Sim.

### Legatum redditus domus.

Item iure legati de bonis suis reliquit & legauit Camille & Annæ, eiusdem testatoris filiabus, & quæ Camilla est uxor Leonardi de Ridolfis, & Anna est uxor Iohannis de Cauallereschis & cuilibet earum in casu uiduitatis, & donec uiduæ steterint redditum & abilitationem in domo dicti testatoris, & alimenta decentia uictus & uestitus.

### Prælegatum.

Item iure prælegati reliquit & legauit Iannoto eius filio legitimo & naturali omnes libros & uolumina librorum, quos ad præsens habet, & tempore mortis dicti testatoris habebit dictus testator, tam græcos quam latinos, & etiam uulgares exceptis libris & codicibus rationum, debitorum, creditorum.

Legat



### Legatum liberationis debitoris.

Item iure prælegati reliquit & liberauit Dominicum de Carneschis debitorem dicti testatoris in summa, et quantitate florenorum cxx, in quibus dictus Dominicus erat debitor dicti testatoris, ex causa uiri & gratuiti mutui, ut apparere dicitur in libro dicti testatoris intitulato & uocato ricordanze segnato B. ad chartas xxiiij. & fuit & mandauit dictus testator infrascriptus, eius hæredibus nullo unquam tempore posse exigere dictam partitam, imo totaliter intelligatur extincta.

### Legatum creditoris.

Item iure legati reliquit & legauit Tadeo Philippi lanaiualo Florentino florenos lxx, auri de Sigillo, in quibus dictus testator dixit, asseruit, & confessus fuit, se esse debitorem dicti Tadei, dum modo dictus Tadeus liberet, absoluet & cancellet dictum testatorem, & eius hæredes, à quadam partita scripta & facta in libro Titij uocato dare & habere segnato A. ad chartas xx, & generaliter in alio & ab alio quocunq; libro & loco, ubi & in quibus appareret quomodolibet dictum Tadeum posuisse debitorem dictum testatorem.

### Legatum restitutionis vsurarum.

Item iure legati uolens exonerare conscientiam suam dictus testator reliquit & legauit Siluestro de pictis florenos cxxi, quos dictus testator habuit & recepit à dicto Siluestro, pro usurarium, & illicitam prauitatem.

### Legatum nominis.

Item iure legati reliquit & legauit dictus testator, Paulo de Lanfranchis nomen & creditum florenorum xl ad quod teneatur & obligatus est dicto testatori Ladislaus de Lamberdeschis occasione unius panis rosati finis de Martino, per dictum La. empti à dicto testatore ut apparere dicitur in libro dicti testatoris uocato, dare & hauere segnato A. xv. & in libro dicti La. uocati debitori & creditori segnato D. xxvi. Et ob id etiam dedit, cessit, transfudit & mandauit dictus Testator dicto Paul. omnia iura &c. constituit eum procuratorem, ut in rem suam, Si uis extendere istas clausulas, uide supra in instrumento cessionis.

### Legatum de bonis immobilibus.

Item iure legati de bonis suis reliquit & legauit Gregorio dilecto fratri dicti testatoris unum podere dicti testatoris positum in comitatu Floren. & in populo sanctæ Mariæ impronete infra suos confines loco dicto ripabello. Ponas confines cum omnibus suis pertinentijs, & cum bobus capris pecoribus, & omnibus alijs bestijs & præsta laboratoris, quæ & quas continget & tempore mortis dicti testatoris esse super dicto podere, & apud laboratorem dicti poderis. Plura alia legata possent apponi, sed esset pene impossibile complecti omnes uoluntates hominum. Tum semper caueto, ut ad unguem quam clarius & lucidius poteris, etiam iuxta uulgare scribas uoluntatem testatoris.

### Exhæredatio.

Item hoc suo præsentis testamento dictus testator exhæredauit, et eius hereditate penitus priuauit Galea zum filiū legitimū & naturalē dicti testatoris



## Artis Notariatus

natum ex se, et domina Angela, eius uxore legitima, quia dictus Ga. manus atrox et uolentis in dictum testatorem pro dolor iniecit et immisit, et pluries sibi uenenum parauit, & de crimine famoso ipsum accusauit, eiusque uite insidiavit, ut eradicaretur de terra uiuentium. Apponas causam exheredationis, & caueas quod sit uera & legitima.

### Relictum Iure Institutionis factum filio prodigo.

Item iure Institutionis reliquit & legauit dictus testator Laurentio filio dicti testatoris florenos quingentos auri largos, & non ultra. Mandans & iubens dictus testator eidem Lau. presenti institutioni stare & esse contentum, & nil ulterius petere posse, de bonis rebus & iuribus hereditarijs dicti testatoris, & hoc ideo fecit dictus testator, quia dictus Lau. est lusor & dilapidator bonorum, & accepit in uxorem quandam meretricem contra uoluntatem dicti testatoris, & in graue damnum & dedecus dicti testatoris, totiusque suae familiae. Et quia dictus Lau. pluries monitus a dicto testatore eius patre nunquam redire uoluit ad meliorem frugem, Voluit tamen dictus testator dictum Lau. solum alimentari & alimenta uictus & uestitus sibi dari & preberi condecenter in domo dicti testatoris, per infra scriptos eius heredes.

### Haeres in quantitate certa.

Item sibi heredem instituit, fecit, & esse uoluit dictus testator Fiammettam eius filiam legitimam & naturalem in florenis trecentis auri largis, ultra dotem, quam ei fecit & constituit super monte dotium puellarum communis Florentiae, quos eam habere uoluit, cum nupsit uel religionem intrauerit, & interim in domo dicti testatoris reditum domus & alimenta decentia. Et si dictos florenos trecentos exegerit antequam nubat, ex nunc priuauit eam dictis alimentis, & reditu in domo dicti testatoris Florentiae, & in alijs locis, ubi foeminae non succedant exclusae a masculis, non est opus de eis facere mentionem, alibi sic.

### Haeres in parte hereditatis.

Item Iure institutionis sibi heredem instituit, fecit, & esse uoluit dictus testator, Carolum eius filium a se emancipatum, natum ex se & domina Lucretia, olim prima uxore dicti testatoris, in quarta parte omnium bonorum dicti testatoris, detracta prius ex ipsa totali hereditate domo magna, in qua ad praesens habitat dictus testator posita Florentiae, in populo sancti Petri maioris de Florentia. Cuius quidem domus nihil habere debeat dictus Carolus, sed ab ea penitus sit exclusus.

### Generalis haeredum institutio.

In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus, et seu se mouentibus iuribus nominibus & actionibus, praesentibus & futuris, sibi heredes uniuersales instituit, fecit, & esse uoluit. Iannotum Alamanum Pandolfum & Sigismundum, eius filios legitimos & naturales, natos ex ipso testatore, & ex dicta domina Angela, eius uxore legitima, & quoscunque alios filios masculos nascituros ex dicto testatore, & ex dicta domina Angela, eius uxore, & quacunque



quacunq; alia eiusdem testatoris uxore legitima, & quemlibet eorum equis portionibus, & eos & quemlibet eorum ad inuicem & uicissim substituit uulgariter & pupillariter, & per fideicommissum, uel dicas si placet.

### Alia generalis hæredum institutio.

**C**ertum quia hæredis institutio caput est & fundamentum principale cuiuslibet ultimi & nuncupatiui testamenti, seu ultimæ uoluntatis qua sublata, cætera alia disposita & ordinata ipso iure nulla & irrita esse censentur. Et propterea dictus Alexander testator in omnibus suis alijs bonis mobilibus & immobilibus, & seu se mouentibus iuribus nominibus & actionibus, præsentibus & futuris, qualiacunq; & quantacunq; fuerint, in quibuscunq; bonis siue rebus, & in quibuscunq; locis consistant, seu reperiri possint, & seu poterunt in futurum, aut quocunq; nomine censeantur, suos hæredes uniuersales instituit, fecit, nominauit, esse uoluit & ordinauit Ioannotum Alamanum Pandolfum, & Sigismundum filios legitimos & naturales dicti testatoris nato ex ipso testatore, & ex domina Angela, eius uxore legitima. Et quoscunq; alios filios masculos nascituros, ex prædicto domino testatore, & ex dicta domina Angela, & ex quacunq; eius uxore legitima. Et quemlibet eorum equis portionibus. Et eos & quemlibet eorum ad inuicem & uicissim substituit, uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.

### Prohibitio detractionis falcidiae.

Item non ignarus dictus testator de qualitate et quantitate patrimonijs sui expressum uoluit & mandauit atq; prohibuit dictis eius hæredibus, & cuiilibet eorum, ne quoquo modo detrahant falcidiam de legatis supra scriptis, ut supra per dictum testatorem factis, aut per eundem in futurum quodocunq; fiendis.

### Prohibitio alienationis bonorum.

Item dictis suis hæredibus & eorum descendentes & successoribus, & cuiilibet eorum imperpetuū dictus testator prohibuit & uetuit alienationem, uenditionem, donationem, & seu ad longum tempus locationem et concessionem in totum uel in partem, omnium & quorumcunq; bonorum immobilium dicti testatoris. Et hoc ideo fecit, quia uoluit omnia & singula eius bona permanere in eius familia, & si quo tempore in futurum, per dictos suos hæredes & eorum descendentes contra factum uel uentum fuerit, & eo casu pœne nomine, & eos sic contra facientes damnauit in florensis centum auri largis, dan- dis & soluendis hospitali sancte Mariæ nouæ de Florentia iure legati, pro quo libet eorum, si contrafacient, & qualibet uice & sub irritatione & annullatione, & reuocatione huiusmodi alienationum, uenditionum, donationum, & ad longum tempus locationum & concessionum, sic ut supra per dictos eius hæredes & eorum successores et descendentes, et quemlibet uel alterum eorum fiendarum, quas & quæ omnia hoc suo præsentis testamento, ex nunc pro ut extrunc, & extunc pro ut ex nunc, casu quo fierent declarauit esse nullas et nullius ualoris, efficacitæ, uel effectus & contra eius uoluntatem factas. Prohibitio huiusmodi alienationis possit fieri etiam ad tempus, ut in hoc semper aduertat, & sis cautus, ut apponas causam & rationem quare prohibet.

Pro



**Prohibitio diuisionis ad tempus.**

Item uoluit & mandauit dictus testator, quod dicti Iannotus Alamanus Pandolfus & Sigismundus eius filij legitimi & naturales, ut supra instituti omnes & singuli alij filij legitimi et naturales nascituri ex dicto testatore communiter uiuant & habitent, & ad diuisionem bonorum dicti testatoris, quos quo modo non perueniant, donec & quousq; dicti Pandolfus & Sigismundus, & omnes alij eius filij legitimi & naturales peruenierint ad ætatem legitimam xvij. annorum completorum. Et q; si aliquo modo contrafecerint, & quilibet uel alter eorum contrafecerit, eo casu talem uel tales, sic contra facientes uel uenientes, & seu alios eius fratres & cohæredes, ad diuisionem prouocantes, damnauit in florensis sexcentis auri largis, pro quolibet eorum & quolibet uice dandis & soluendis, pro una dimidia parti obseruanti, uidelicet, quo diuidantur inter fratres & cohæredes prædicta obseruantes, & qui in comunione permanerent & perseverarent, & seu ad diuisionem prouocarentur: & pro alia dimidia hospitali sanctæ Mariæ nouæ de Florentia, quos florenos eisdem iure legati reliquit & legauit in casu prædicto singula singulis congruereferendo.

**Tutorum datio.**

**T**vtores autem & pro tempore curatores dictorum Pandolfi & Sigismundi filiorum pupillorum dicti testatoris & omnium & quorumcunque aliorum filiorum nasciturorum ex dicto testatore, & qui tempore mortis dicti testatoris erunt pupilli, & in minori & pupillari etate constituti, reliquit, fecit, constituit, & esse uoluit, iussit & mandauit, & ordinauit dictam dominam Angelam eius uxorem, & Gregorium dilectum fratrem dicti testatoris & Ludouicum de Adouadis ciues Florentinos, & quemlibet eorum uidelicet, duos ex eis in concordia & superuenientem ex eis. Et confidens de bonitate & legalitate dictorum tutorum, & fide & beneuolentia, quam semper habuit erga præfatos tutores, ex nunc ipsos & quemlibet ipsorum liberauit exempt, & penitus absoluit ab omni & quacuncq; inuentarij confectione, & a redditione rationis administrationis per eos gerendæ & fiendæ, de dictis pupillis durante tempore tutelæ prædictæ, nisi si & quatenus eisdem tutoribus liberè uidebitur & placebit, aggrauando in hoc eorum conscientias. Mandans iubens & grauans dictos eius heredes & quemlibet eorum, ut tutores, & pro tempore curatores prædictos liberent, & penitus absoluant redditione rationis administrationis prædictæ. Et quo tempore dictæ finitæ tutelæ ab eisdem tutoribus, aut aliquo eorum, quomodocuncq; et qualitercuncq; aliquid petant uel petere possint, uel contra ipsos, aut aliquem ipsorum, tam occasione dictæ tutelæ, quàm alia quacuncq; de causa, quæ, quomodolibet dici uel excogitari possit, agant seu agere, uel experiri possint, sed ex nunc eisdem eius hæredibus imposuit perpetuum silentium. Non ponas hanc clausulam nisi de expressa uoluntate testatoris, cum maximè præiudicium sit pupillorum. Si uero testator non haberet pupillos, uel eis non relinqueret tutores, & uellet face re executores & commissarios sui testamenti, sic scribas.

**Creatio executorum fidecommissariorum.**

**F**idecommissarios autem & executores suos & huius præsentis testamenti & ultimæ uoluntatis fecit, constituit & ordinauit Nicolaum de Peruses & Gasparem de Paulis ciues Floren. & quemlibet eorum insolidum, & super



peruientem ex eis dans & concedens dictus testator, dictis executoribus & cuilibet eorum insolidum plenum, & liberum arbitrium, potestatem, auctoritatem, & baliam uendendi & alienandi, de bonis ipsius testatoris, cum bannimento, & siue illi uel illis, cui uel quibus, & pro ut libere uoluerint, & pro eo pretio & pretij confessione, eo modo & forma, & pro ut & sicut eisdem libere uidebitur & placebit, omniaq; iura & bona nomina & actiones, & pecunias seu pecuniarum summas dicti testatoris, in quibuscunq; rebus & locis consistant petendi, exigendi, leuandi, recipiendi, & recuperandi, & de receptis leuatis & recuperatis, quietandi & finiendi, pactumq; perpetuum, tam reale quam personale, de ulterius non petendo faciendi usq; ad integram satisfactionem praemissorum, & pro ipsius testatoris uoluntate adimplendo. Et pro praemissis omnibus & singulis, & eorum occasione, coram quibuscunq; iudicibus ecclesiasticis, uel secularibus, comparandi, agendi & defendendi in iudicio & extra, nec non cum quibuscunq; debitoribus dicti Alexandri testatoris conueniendi liciteq; transigendi & paciscendi, pro ut dictis suis executoribus, & fideicommissarijs praedictis libere uidebitur expedire, quoru conscientiam in praedictis onerauit. Et generaliter omnia & singula alia faciendi gerendi & exercendi, pro executione & implemento uoluntatis dicti testatoris quae quomodolibet libere & plenarie concedi possent, quibuscunq; executoribus & fideicommissarijs testamentarijs, cum plena, libera & generali & speciali administratione & mandato, in praedictis & circa praedicta, & pro ut & sicut licuisset & liceret dicto testatori & facere posset dictus testator, si uiueret & praesens esset, ex praedicta executione mandati uellet, et cum illis obligationibus, pactis promissionibus, capitulis clausulis & cautelis, & pro ut & sicut dictis executoribus & fideicommissarijs libere uidebitur & placebit. Volens insuper & expresse declarans supradictus testator, quod dicti eius executores & fideicommissarij praedicti nequeant ab executione praesentis sui testamenti, & ultimae uoluntatis excludi, uel aliquo modo impediri, donec & quousque praemissa omnia & singula fuerint executioni plene demandata. Et si testator uellet eos liberare ab inuentarij confectione & redditione rationis, dicat ut supra in tutore. Sed iterum tibi dico caueto, ne apponas nisi de uoluntate testatoris.

### **Uulier relicta usufructuaria.**

Item uoluit & reliquit dictam dominam Angelam eius dilectissimam uxorem propter mutuum amorem & dilectionem, quam ad inuicem inter se habuerunt, dominam usufructuariam & massariam omnium bonorum dicti testatoris toto tempore eius uita, si & in casu, quo uidua steterit, & uitam uidualem, & honestam seruauerit. Et Nora, quod hoc legatum quando sunt instituti extranei importat plenum & integrum usufructum. Si autem sunt instituti filij, tunc ex generali consuetudine Bulgari importat solummodo quod dicta domina habeat post mortem mariti nomen domine & praerogantia, sicut habebat in uita uiri, & habebit usufructum omnium bonorum, quatenus sufficiat sibi ad alimenta secundum facultatem & dignitatem a se ipsa tantum, & non de manu filiorum, & hoc fauore liberorum. Et hoc habet locum etiam si apponantur uerba plenum et liberum usufructum, quantumcunq; importantia, nisi apponantur ista uerba uidelicet.

Item reliquit dictam dominam Angelam dñam usufructuariam & massariam omnium & quorumcunq; bonorum dicti testatoris toto tempore uita ipsius dominæ Angelæ, & si casu quo uidua steterit, & uitam uidualem & honestam seruauerit, ita tamen quod non importet alimenta tantum, sed consequatur



tur, & cum effectum habeat plenum liberum & integrum usufructum, omnium bonorum dicti testatoris.

Sequitur materia substitutionum.

### Substitutio vulgaris expressa.

In omnibus alijs suis bonis mobilibus & immobilibus, nominibus, actionibus sibi heredem uniuersalem instituit, nominauit, fecit & esse uoluit, Arrigum eius filium. Et sibi dictus arrigus eius heres non erit uel esse uoluerit & seu non poterit, tunc ex eo casu eidem substituit Petrum.

### Substitutio expressa pupillaris.

In omnibus autem alijs &c. suos heredes uniuersales instituit, fecit, & esse uoluit, Carolum & Petrum eius filios legitimos & naturales impuberes & pupillos, & in pupillari ætate constitutos. Et si dicti eius filij & heredes prædicti decesserint ambo in pupillari ætate, tunc eo casu, eidem substituit lanotum.

### Substitutio vulgaris tacita.

Et nota quòd sub uulgari expressa cõtinetur tacita pupillaris, et sub expressa pupillari cõtinetur tacita uulgari expressa, tacitè sub intelligitur, q̄ si ipse heres erit & decesserit in pupillari ætate, quòd nihilominus substitutus admittatur. Et sub illis uerbis si decesserit in pupillari ætate, quæ sunt uerba pupillaris expressa, tacitè sub intelligitur, quòd etiam si ipse non decesserit in pupillari ætate, tamen non fuerit heres, nihilominus admittatur substitutus.

### Substitutio breuiloqua seu reciproca.

In omnibus autem alijs suis bonis &c. suos heredes uniuersales fecit &c. Dominicum & Alexandrum eius filios legitimos & naturales, eosq̄ ad inuicem substituit. Et nota quòd ista substitutio potest comprehendere secundum cõtingentium casuum quatuor substitutiones, uidelicet uulgarem, expressam & tacitam, & expressam pupillarem & tacitam.

### Substitutio compendiosa.

In omnibus autem alijs &c. suos heredes instituit, fecit, & esse uoluit Antonium de Bonfantibus, eius filium legitimum & naturalem. Et si dictus Antonius quando cunq̄ decesserit in pupillari ætate, uel quando cunq̄ sine liberis, eidem substituit Cornelium de Marsupinis. Vidi in hoc casu disputari, quòd filius sic heres institutus, ingressus est religionem, & effectus est monachus, & propterea monasterium fauore ecclesiæ succedit loco liberorum, et non dicitur heres institutus decedere sine liberis, & ita non admittitur substitutus, ideo reddas certiore testatorem, ad tollendū hanc dubitationem, quòd apponat cautelam dicendo, post sine liberis dicat ex se genitis.

### Substitutio exemplaris.

In omnibus autem &c. sibi heredem uniuersalem instituit, fecit, & esse uoluit, Carolum de Capris, eius filium legitimum & naturalem, furiosum uel mente



mente captum, & si decesserit dictus Carolus, antequam mente & cerebro sanus fiat, substituatur Iohannem de Vbertis.

### Substitutio fideicommissaria, vel Institutio.

In omnibus autem alijs suis bonis &c. suum hæredem fecit & esse uoluit, Camillum eius filium & galeottum Petrum & ad Obrandinum eius nepotes, ex filio in stirpes & non in capita, & eos & quemlibet eorum grauauit restituere hæreditatem prædictam, si decesserint sine liberis hospitali sanctæ Mariæ nouæ de Florentia, quod hospitale in casu prædicto eisdem substituit. Ego in istis substitutionibus ulterius me non extendam, quia omnes secundum casum contingentes comprehenduntur sub illis uerbis, quæ in prima institutione posui, uidelicet eos & quemlibet eorum adinuicem substituit uulgariter, pupillariter, et per fideicommissum, licet multi Notarij, immo maior pars effectum dictorum uerborum non intelligant. Vnde sunt tanquam benè cantantes per practicam, sine ratione. Diuiditur autem hæreditas in stirpes, ut ad dictum Camillum filium, dimidia pertineat, & ad reliquos nepotes dimidia. Et hanc dixit & asseruit dictus testator, esse & esse uelle, suum testamentum, & suam ultimam uoluntatem, quam & quod præualere uoluit, omnibus alijs testamentis, codicillis & donationibus causa mortis, & quibuscumq; alijs ultimis uoluntatibus per eum hætenus factis. Et si iure testamenti non ualeret, ualeat ualeret uel ualebit, & ualere uoluit dictus testator iure. Et si iure codicillorum non ualeret, ualeat ualeret uel ualebit & ualere uoluit dictus testator iure donationis causa mortis, uel cuiuscumq; alterius ultimæ uoluntatis, quo qua & quibus magis & melius, & ualidius de iure subsistere & ualere potest. Casus irritans & annullans dictus testator, omnium aliud testamentum codicillo donationem causa mortis, & omnem aliam ultimam uoluntatem per dictum testatorem, hætenus factam & conditam manu cuiuscumq; notarij, non obstantibus quibuscumq; uerbis derogatorijs pœnalibus uel præcis in dicto testamento appositis, ut puta pater noster, uel aue maria, uel alijs quibuscumq; similibus, de quibus dixit se ad præsens non recordari, & omnino se pœnituisse, & pœnitere huiusmodi uerba apposuisse. Rogans me L. Notarium infrascriptum, quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum.

### Forma Instrumenti Testamenti iacentis in agone.

In nomine domini Amen. Anno, Indictione, Pontificatu &c. In mei Notarij publici, testiumq; infrascriptorum ad hoc uocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitutus honorabilis uir dñs N. Canonicus ecclesiæ N. Diocæsis &c. licet debilis corpore, mente tamen sanus, & intellectu uigens, & ratione, prouida meditatione considerans uicissitudines huius mundi omnino uarias fore & instabiles, quòdq; humana fragilitas graue mortis tributum nullo subterfugio euadere ualeat seu quomodolibet euitare, ipsiusq; hora modus & forma cuiuslibet ambigui sunt penitus & incerti. Talibus ac tantis etiam omnimodè inopinatis casibus, & dubijs euentibus possitenuis obuiare cupiens præfatus dominus testator, extremumq; peregrinationis suæ diem, ne intestatus decedat, seu ab hac luce migrare uideatur, Testamentaria dispositione uolens salubriter præuenire, ex certa sententia, & firmo proposito, auctoritate iuris, consuetudine & potestate testandi, de bonis & rebus à deo sibi collatis & concessis, quæ post mortem suam eum relinquere cõtingit, ne quid per quempiam de eisdem temerè, uiolèter aut præsumptuosè, seu aliàs atten



## Artis Notariatus

tetur. Ordinationem testamentariam seu ultimæ uoluntatis suæ stilum facere & ordinare omnibus melioris modo, uia, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius fieri potuit & debuit, annuente Domino decreuit, ut inferius continetur. In primis igitur animam suam, cum eam de ergastulo corporis sui migrare contigerit, in manus clementissimi domini nostri Ihesu Christi deuotissimè recommendat, exorando ut eam in numero beatorum faciat aggregari. Corpus uero eius exanime, inter alia prælatorum uicariorum &c. Ecclesiæ N. corpora decenter sepeliri uult & desiderat. Exinde legat Reuerendissi. in Christo patri domino nostro, domino N. Archiepiscopo Moguñ. &c. Item uult quòd omnia sua debita persoluantur, de quibus liquide constabit. Et credita per eum à creditoribus exigantur. Item legat uel uult &c. Præmissis omnibus legatis expeditis, ea quæ supersunt de bonis & rebus per ipsum dominum N. testatorem post mortem suam derelictis, legat & dat &c. Ad præmissa omnia & singula exequenda, disponenda & ordinanda, præfatus dominus N. elegit, nominauit, fecit & ordinauit, elegit, nominat, facit & ordinat suos testamentarios manu fideles, Fideicommissarios, & ultimæ uoluntatis suæ executores, uidelicet honorabiles uiros A. & B. absentes tanquæ præsentem, nec non Io. B. de F. præsentem, & onus huiusmodi in se suscipientem, Deditquæ præfatus dominus testator prædictis suis testamentarijs & manu fidelibus, & ultimæ uoluntatis suæ executoribus auctoritatem, facultatem et plenum mandatum præmissa exequendi, bona sua ubicunquæ & in quibuscunquæ consistentia, per eum post mortem suam derelicta ad eundem, auctoritate propria recipiendi, subleuandi, petendi, exigendi in iudicio & extra iudicium, de receptis quitandi, ipsaq; bona ut præmittitur derogandi & distribuendi, & disponendi, de ipsis pro ut saluti animæ ipsius testatoris salubrius uidebitur expedire, & sicuti uoluit coram deo reddere rationem in die iudicij. Reuocauit idem dñs testator omnes alios testamentarios seu manu fideles per ipsum prius electos et nominatos. Et exinde ordinationem testamentariam post ipsum prius conditam seu factam, uolens hanc ordinationem seu ultimam suam uoluntatem tam iure testamenti codicillorū quam iure cuiuslibet ultimæ uoluntatis, ac omnibus alijs præualere. Super quibus omnibus & singulis præfatus testator me Io. B. Notariū publicum subscriptum requisit, ut sibi & dominis suis Testamentarijs unum uel plura, publicum uel publica, desuper conficerem Instrumentum uel Instrumenta. Acta sunt hæc in Camera præfati domini testatoris, Anno, pontificatu, die & hora quibus supra. Præsentibus ibidem honorabilib. &c. Et requiruntur septem idonei N. diocæsis testib. ad præmissa uocatis & rogatis.

Et ego N. clericus Moguñt. diocæsis publicus Imperiali auctoritate notarius, qui prædictorum testamentariorum electioni, nominationi, legationi & potestatis donationi, omnibusq; alijs & singulis præmissis dum sic ut præmittitur fierent &c.

## Codicillus ante Testamentum. Adhibeas ad minus quinque testes.

*Codicillus*  
Quoniam nil certius morte et nil incertius hora mortis, hinc est quod Michael fanus per dei gratiam mente, sensu, uisu, intellectu, licet corpore languens, uolens suæ ultimæ uoluntati prouidere, omni meliori modo, uia, iure, causa et forma, quibus magis melius potuit et potest, et sibi licuit et licet hæc particulari dispositione  
per



per hos præsentēs codicillos, disposuit & ordinauit in hunc modum & formam, & pro ut inferius continetur uidelicet.

In primis quidem animam suam recommendauit omnipotenti deo, eiusq; gloriosę matri Marię semper uirgini, totiq; cęlesti curię paradisi, corpus aut suum, quum ex hac misera uita migrare contigerit, sepeliri uoluit in ecclesia sancti Stephani, ad pontem de Florentia & in sepulchro, suorum ascendentium.

Item amore dei, & pro remedio animę suę iure legati de bonis suis reliquit & legauit fratribus obseruantię, ordinis fratrum minorum sancti Francisci extra moenia ciuitatis Florentię, & super costam sancti Miniatis duo petia panni bigelli florenorum uiginti ad minus pro indumentis dictorum fratrum.

Item reliquit & legauit iure satisfactionis dominę Maritanę, eius uxori et filię Symonis &c. dotes suas per eum, confessatas manu domini Marini Rainerij, ciuis & Notarij Florentini, sub suo dotali, quas dixit & asseruit, & confessus fuit in ueritate, fuisse florenos mille.

Item uoluit & reliquit dictam dominam Maritanam, eius dilectam uxorem dominam usufructuariam & masseriam omnium bonorum dicti codicillatoris, cum pleno integro & libero usu & usufructu, omnium bonorum dicti codicillatoris toto tempore uitę suę ipsius dominę Maritanę, & donec uidua steterit, & uitam uidualem & honestam seruauerit, & dotes suas non petierit, nec exegerit ab hæredibus, dicti codicillatoris. Nota quod propter illa uerba dotes suas non petierit, ego uidi refricari in dubium, & disputari & consilia & sententias per famosissimos doctores, hincinde ferri, an si mulier relicta usufructuaria sub illa conditione uiduitatis, & non petendi dotem acceptans legatum, & postea decedat, eius hæredes possint petere dictam dotem, quare sis cautus, certificare codicillatorem, & si uoluerit dictam dotem posse repeti per hæredes, ita scribas, quod declares. Alias semper loquaris præmissis hoc uerbo, si uidelicet, si & casu quo uidua steterit, & uitam uidualem seruauerit, & dotes non petierit: non autem loquaris per ablatiuum, quia esset dubitabile, si diceres ea uidua stante &c.

Commissarios autem suos & huius præsentis codicilli, & ultimę uoluntatis executores, ad prædicta omnia & singula facienda esse uoluit & mandauit, ordinauit, disposuit & reliquit dictam dominam Maritanam, eius uxorem, et Franciscum & Iohannem eius filios legitimos & naturales, natos ex se, & dicta domina Maritana eius uxore, legitima & superuuentes, ex eis omnes in concordia. Dans & attribuens & concedens eisdem plenam & omnimodam exequendi potestatem & arbitrium & mandatum, quantum in huiusmodi codicillis & quibuscunq; alijs ultimis uoluntatibus, similibus executoribus concedi potest, ut prædicta omnia et singula iuxta ordinationem prædictam distribuant & exequantur, pro ut eis per se, uel alium, seu alios, pro salute animę suę, melius uidebitur expedire, ac uolens declarans & mandans, quod aliqua obscuritas non deprehendatur in hoc suo Codicillo, quod ipso executores sui hanc ultimam uoluntatem possint & debeant declarare, absq; recursum alius iudicis, uel cuiuscunq; personę. Ac eis uoluit de prædictis plenariam fidem adhiberi. Insuper dictos Iohannem & Franciscum filios legitimos & naturales dicti codicillatoris eidem ab intestato succedentes & uenientes, & quoscunq; alios filios masculos, tam natos quam nascituros. Ex dicto Michaeli codicillatore, & ex domina Maritana eius uxore, & ex qualibet alia eius uxore legitima rogauit & grauauit supradictus codicillator iure fideicommissi, si, per hos præsentēs codicillos, quatenus si decedent, sine filijs masculis legitimis & naturalibus, hæreditatem dicti Michaelis codicillatoris in solidum reddant & restituant Andree fratri carnali dicti codicillatoris, & eius filijs et



## Artis Notariatus

descendentibus masculis legitimis & naturalibus. Dicens & asserens, dictus Codicillator, hanc suam ultimam particularem uoluntatem esse, & esse uelle, quam ualere uoluit iure codicillorum: quod si iure codicillorum ualere non potest, ualeat ualeret & ualebit, & eam uoluit dictus Michael, iure donationis causa mortis, uel cuiuscumque alterius ultimae uoluntatis, quae de iure melius est efficacius ualere potest seu poterit & tenere. Rogans &c.

### Codicillus post Testamentum.

**C**ertum esse dicitur, quod de anno domini M. cccc. lxxi. & Mense Ianuarij dicti Anni Alfonsus de Pandolfinis &c. tunc corpore languens, sanus tamen per gratiam Ihesu Christi, mente & intellectu suum sine scriptis nuncupatum condidit testamentum, in quo plura disposuit, ut in dicto testamento apparere dixit, dictus Alfonsus manu domini Balthazaris de Bondontibus ciuis & notarij Florentini. Vnde hodie hac praesenti supra scripta die dictus Alfonsus, per gratiam dei, mente, sensu, corpore uisu & intellectu. Cum uoluntas hominis ambulatoria sit usque ad mortem, post testamentum praedictum circa quedam, quae in testamento praedicto continentur mutata, uoluntate hac particulari dispositione de bonis suis, per hos praesentes codicillos disposuit & ordinauit, & fecit in hunc modum & formam, uide licet. In primis cum ipse Alfonsus sciat & recordetur in dicto testamento se legasse Petro olim Iohannis de Alamanis floren. lx. ut latius in dicto testamento apparere dicitur, poenitentia ductus: dictus Alfonsus Codicillator praedictus dictum legatum ademit & subtraxit, & penitus reuocauit, uolens ad dictum Petrum, dictum legatum quoquo modo peruenire.

Item per hos praesentes codicillos iure legati, de bonis suis reliquit & legauit dno Leoni Baptistae de Albertis usum & usufructum unius poderis dicti testatoris positi in comitatu Florentiae, & in populo plebis ripoli dicto in Bisfarno, infra suos confines, toto tempore uitae dicti domini Leonis Baptistae, & eius uita durante, & donec naturaliter uixerit: liberans ex nunc dictus codicillator dictum dominum Leonem, ab omni onere cauendi & satisfaciendi, de utendo & fruendo, & ad arbitrium boni uiri, dictis bonis eidem, ut supra in usufructu legatis relictis. Non apponas istam clausulam liberam, nisi de uoluntate codicillatoris, & seu testatoris, licet parum releuent delegata quae uult codicillator. Caetera autem omnia & singula in dicto testamento & Codicillo praecedentibus, contenta in omnibus & singulis eorum partibus confirmauit, approbauit, & ualere uoluit, asserens & affirmans hanc suam ultimam uoluntatem esse & esse uelle, quam ualere noluit iure codicillorum, quod si iure codicillorum non ualere potest, ualeat ualeret uel ualebit, & eam ualere uoluit dictus Codicillator iure donationis causa mortis, uel cuiuscumque alterius ultimae uoluntatis, ualere & tenere uoluit & mandauit, & eo modo & forma, pro ut magis & melius ualere potest.

### Codicilli ante conditum Testamentum, vel nullo condito. Forma.

T. per dei gratiam sanus mente ac corpore, uel eger corpore praesentibus codicillis ultimum suum uelle de bonis suis disposuit in hunc modum. In primis quidem pro anima sua reliquit centum libras, de quibus dare uoluit, tali ecclesiae tantum, & tali tantum etc. Et haec exequi et fieri uoluit per tales, quos  
suos



suos uoluit esse commissarios & executores. Item legauit & iure legati reliquit, de bonis suis P. xx. Item uxori suæ reliquit dotes suas, quæ fuerunt centum. Item illum uel illos, ad quem uel quos hæreditas sua ex testamento, uel ab intestato spectabit, rogauit per fideicommissum, ut ipsam hæreditatem talem quàm primum poterit, tali testituat, & hanc suam ultimam uoluntatem asseruit esse uelle, quam ualere uoluit iure codicillorum; quòd si iure codicillorum non ualeat, ualeat quouis alio iure, quo potest melius. Et nolens hanc suam ultimam uoluntatem, per aliquam aliam uel aliud testamentum, quod fecit uel fecerit infirmari, nisi expresse de singulis superioribus legatis reuocandis faciat mentionem. Et nota quòd tutius est relinquere per codicillos, in quibus sufficiunt. v. testes, quàm per Testamentum. Nisi quis uelit instituire hæredem, quod in eis fieri non potest, licet posset quis in eis rogari, ut restituat per fideicommissum, ut dictum est. Nec codicillus per alium, uel per Testamentum rumpitur nisi expresse.

### Testamentum cœci.

**A**hibeas octo testes, qui se subscribant, & proprio eorū Sigillo signent, & dicas præsentibus testibus &c. proprio ore dicti & infrascripti testatoris uocatis, habitis & rogatis, Gerardus olim Laurenti de Ripabello ciuis Florentinus sanus per Christi gratiam sensu corpore mente & intellectu licet cœcus & oculis carens. Considerans, quòd dum quies uiget in membris corporeis ratio mentem regit, quam siquidem rationem sæpe languor ita obnubilat, ut non solum temporalium rerum, sed etiam sui ipsius cogat ipsa languoris uehementia obliuisci. Vel dicas si sanus sit testator. Cum corpus sanitate uiget, mens interior, in semet ipsa collecta, pleniori utitur ratione, Cum non compellatur cogitare id quod dolet. Vnde tunc ultimæ uoluntatis iudicium, in quo tranquillæ mentis & rationis usus exigitur, salubrius prouidetur. Quapropter Gerardus olim Laurentij mente & corpore sanus licet cœcus & oculis & oculorum lumine carens, compos rerum & bonorum, & de substantia sui patrimonij omnium suorum bonorum disponen. per præsens nuncupatiuum testamentum, quod sine scriptis dicitur in hunc modum disposuit & ordinauit, & facere procurauit & fecit. In primis quidem animam suam humiliter ac deuote recommendauit omnipotenti deo, eiusque gloriose matri Mariæ semper uirgini, totique celesti curiæ paradisi. Cumque animam suam de hac luce migrare contigerit, corpori suo elegit sepulturam in ecclesia sancti Laurentij de Florentia.

Item iure legati &c. Apponas primo legata opere sacristiæ & murorum, deinde subdas legata quæ faciet, & si sunt similia supra scriptis apponas. Caue quòd semper describas quicquid ordinauerit testator, quàm clarius potes.

### Institutio hæredis.

In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus nominibus & actionibus, præsentibus & futuris, sibi hæredes uniuersales instituit, nominauit & fecit, & esse uoluit Iacobum & Gabrielem eius filios masculos legitimos, & naturales, natos ex se & ex dicta domina Nannina, et uxore legitima, & quoscunque alios filios legitimos et naturales nascituros, ex dicto testatore et ex domina Nannina, et ex quacunque alia eius uxore legitima in lucem prouenientes posthumos, uel medio tempore natos, et quemlibet eorum æquis portionibus, si masculi erunt. Si uero foeminae dictas filias foeminas iure institutionis instituit in quingentis florensis, in quibus iussit eos dota-



ri. Si uero aliqua ex dictis filiabus foeminis tam natis quam nascituris aut post  
humis aliquando decederet ante aetatem nubilem, uidelicet xvij. annorum,  
sine filijs uel filiabus legitimis & naturalibus, eidem uulgariter pupillariter  
& per fideicommissum substituit filios superstitites masculos dicti testatoris le  
gitimos & naturales, uel eorum filios in stirpes, & non in capita. Et si aliquis  
filiorum dicti testatoris tam natorum quam nasciturorum uel posthumorum,  
aliquando decesserit, uel infra xxv. annum, uel infra pupillarem aetatem sine  
filijs masculis legitimis & naturalibus, eidem uulgariter, pupillariter & per fi  
deicommissum substituit eius filios superstitites masculos, & eorum filios in stir  
pes, & non in capita. Et si masculi & eorum filij non fuerint, & non supersti  
terint, filias foeminas & eorum filios in stirpes & non in capita. Et si omnes  
eius filij tam masculi quam foeminae decederent sine filijs masculis uel foemi  
nis legitimis & naturalibus, tunc & eo casu eidem substituit uulgariter, pu  
pillariter, & per fideicommissum hospitale sancti Francisci, uulgariter sancti  
Pauli, quod est super plateam sanctae Mariae nouellae de Florentia, sub pro  
tectione, & cura proconsulis & consulum artis & uniuersitatis iudicum & no  
tariorum ciuitatis Florentiae.

Et hanc dixit & asseruit testator praedictus &c. Sequere usque ad finem ut  
supra in alijs usque ad illud. Rogans &c. & antedicas. Igitur praedictis  
omnibus & singulis supra scriptis, & quolibet eorum in dicto testo, contentis  
coram dictis & infra scriptis testibus recitatis & narratis, et lectis dictus Ger  
ardus testator praedictus protestatus est hoc esse, & esse uelle suum testamen  
tum, & ultimam uoluntatem seu elegum, ex sui animi & sani intellectus sen  
tentia & uoluntate dispositum & ordinatum. Rogans infra scriptos testes,  
et quemlibet eorum ad testimonium, ut supra adhibitos ad praedicta omnia &  
singula supra scripta testes esse, & subscriptiones suas & sigilla, secundum  
iuris ordinem subscribere & apponere.

Et hoc infra scripto modo facies subscribere testes, & si nesciunt grammas  
ticam, scribant uulgariter.

## Subscriptiones testium in Testamento.

**E**GO Iohannes olim Symonis Aromatarius populi sancti Petri Schera  
di de Florentia una cum infra scriptis Blasio, Petro, Gabriele, Floriano,  
Dominico, Baptista & Bernardo, omnibus testibus, sproprio ore dicti testato  
ris uocatus adhibitus & rogatus in testem huic praesenti testamento, & ultima  
mae uoluntati, & eius recitationi interfui, & in fidem omnium praemissorum  
me subscripsi, solitoque meo sigillo signaui, sigillum meum proprium, habens  
sculptum in eius circulo, caput saraceni, & in una ex cordulis cerae pendentis  
cum salimbacha imprimens & apponens.

Ego Blasius de Gerardis populi sancti Symonis de Florentia una cum su  
pra scripto Iohanne, & infra scriptis Pe. Ga. Flo. Do. Ba. & Bernardo,  
omnibus testibus, proprio ore dicti Gerardii testatoris uocatus, adhibitus &  
rogatus in testem huic praesenti testamento, & ultimae uoluntati, & eius re  
citationi interfui, & in fidem omnium praemissorum me subscripsi, solitoque  
meo sigillo signaui, sigillum meum proprium habens sculptum, in eius circu  
lo scutum cum armis meae familiae, uidelicet crucem cum quatuor stellis in una  
ex cordulis cerae pendentis, cum salimbacho imprimens & apponens. Et sic  
successiue subscribant reliqui testes, uocando in testes suos tam supra scriptos  
quam infra se scribendos. Nec refert si omnes eodem signo & sigillo sig  
narent.

Ego



Ego L. ciuis & Notarius Florentinus, imperialiq; auctoritate Iudex Ordinarius Notariusq; publicus prædictis omnibus & singulis, dum sic agebantur, interfui & proprio ore dicti testatoris, uocatus, adhibitus & rogatus prædicta omnia & singula supra scripta, de eius uoluntate & mandato scripsi & publicauit, & in hanc publicam formam redegi, & coram dicto testatore, & dictis testibus ad eorum claram intelligentiam, recitavi & legi, & in fidem omnium & singulorum præmissorum me subscripsi, signumq; meum & etiam Sigillum apposui, consuetum & proprium, habens sculptum in eius circulo scutum cum armis meæ familiæ, uidelicet tria capita bouum ad unam ex cordulis ceræ pendentis in salimbacha, imprimens & apponens.

Et nota quod si quis uellet conficere testamentum solemne in scriptis, facias quod testator, si sanus est, uel scit aut potest, propria manu in membranis scribat uoluntatem suam, in quibus undiq; remaneant margines, & seu spatia quatuor digitorum per latitudinem. Si uero infirmus aut ignarus literarum, uel non potest scribere, alicui committat uices suas, postea ipsum claudat & apponat suum Sigillum, & sic clausum subscribant & sigillent testes, sed hoc est periculosum, quia tot solemnitates de iure requiruntur, ut etiam peritissimi in eis celebrandis errauerint, & in forma peccauerint, obmittendo solemnitates debitas, quare tibi consulo, ut potius utaris testamento nuncupatio sine scriptis.

## Testamenti Forma, complectens varias conditiones et dispositiones.

**L**icet incerta mortis hora, semper debeat in prudentis animo esse suspecta corporis tamen imminente languore ipsius plus naturaliter formidatur euentus. Ideo A. æger corpore & c. per præsens nuncupatum testamentum, siue scriptum disposuit in hunc modum. In primis quidem disposuit, uoluit & mandauit, omnia à se accepta & habita, per usurariam prauitatem, aut rapinam, aut aliam quancunq; illicitam & indebitam exactiorem, seu receptionem restitui & solui de bonis suis usq; ad integram satisfactionem illis, à quibus eum apparuerit habuisse, pro his soluendis omnia bona sua obnoxia, & obligata relinquens. Item pro anima sua & parentum suorum reliquit, de bonis suis c. lib. de quibus dari præcepit ecclesiæ parochiali x. lib. pro restitutione decimarum & iurium subtractorum. Item fabricæ talis ecclesiæ x. lib. Item cuiuslibet hospitali, & cuiuslibet loco religiosi ciuitatis. v. lib. Item pro sepultura unam & c. Et ad hæc omnia & singula exequenda & complenda esse uoluit & disposuit commissarios suos, & huius testamenti executores C. & P. eius uxorem, & rectorem talis ecclesiæ, qui pro tempore fuit, dans eis et mandans, & cuiuslibet eorum plenam licentiam, & omnimodam, & liberam potestatem, & sine conditione hæredis eius, aut alterius cuiuscunq; personæ, sua auctoritate, de quibuscunq; bonis ipsius testatoris uoluerint auctoritate sua accipere, uendere, alienare & obligare, pro prædictis restitutionibus faciendis, & dictis legatis pro anima soluendis, & pro prædictis omnibus et singulis exequendis, ut dictum est. Et si cōtingeret aliquem uel aliquos dictorum commissariorum suorum præmori eidem testatori, aut mori ante executionem omnium præmissorum, alij uel alius nihilominus omnia et singula exequantur, uel si uoluerint alium eligant loco eius, liceat quoq; eis agere et facere procuratorem et actorem, qui contra hæredes meos ad omnia, quæ dicta sūt exequenda, et ad pœnam testamenti petendam, damna et expensas à meis hæredibus exigenda, et quibuscunq; per eos uel altero eorum, ut dictum est, fue-

Proemium.

Legata.



## Artis Notariatus

sit assignatum & obligatum. Ego res meas omnes illis ex nunc obligo iure hypothecæ .i. pignoris .s. ut eas possint in iudicio petere & habere, ex nunc enim mando & facio, quod ipsi facient & mandabunt. Item de bonis suis reliquit iure legati tali tantum. Item M. uxori suæ reliquit dotes suas, quæ fuerunt c. libræ. Et insuper reliquit ei seu legauit, de bonis suis xx. lib. iure legati, ac omnia mobilia .s. lectisternia, & omnes pannos lineos & laneos, quibus ipsa utetur tempore obitus testatoris: & præterea legauit eidem, uoluitq; & disposuit, quod ipsa sit in domo & hæreditate sua domina, & usufructuaria quàm diu uixerit, & uidualem et honestam uitam in ipsa domo seruauerit, dotes & legatum, uictum & uestitum habeat honorifice. Bona quoq; personalia, si eam infirmari contingeret, & etiam matrimonialia, qua contingerent suam dotem, pro collationibus, uel aliquibus publicis muneribus, de mea hæreditate soluantur. Si autem filij mei se de ipsa non bene portarent, & ipsa uellet secedere ab eis, tantum habeat de bonis meis. Si uero aliam uitam elegerit nec uoluerit eam habere, solum dotes prædictas & legatum prædictum .s. ipsas xx. libras & mobilia supradicta habeat. Item N. eius filiam sibi hæredem instituit, & c. lib. quas eam habere uoluit si nupserit, uel religionem intrauerit, & insuper in x. lib. iubens eam, & uolens esse contentam de bonis suis. Item H. filiam suam, alias ea præmorta liberis eius superstitibus, instituit in eo, quod sibi, uel pro ea dedit nomine dotis quando nupsit. Insuper reliquit eidem nomine benedictionis, uel augmenti x. lib. his uolens & iubens eam esse contentam. Vel sic, & iubens eam pro parte uel falcidia eorum bonorum esse contentam ar. C. de inoffi. test. auct. non licet. Item dicunt quidam nõ sufficere, si falcidia instituatur in dote, unde dicunt sic esse dicendum: filiam meam in c. lib. quas habuerit in dote, & insuper in c. sol. hæredem instituo, quia ex quo in aliquo etiam uilissimo instituitur, computabit dotem in legitimam. In omnibus autem alijs suis corporalibus & mortalibus, mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, tam præsentibus quàm futuris B. & C. eius filios sibi equalibus portionibus hæredes instituit. Quod si contingerit ex dicta M. aut ex quacuncq; alia eius legitima uxore ex nunc filios habere uenientes in lucem posthumos, aut in eo tempore natos, si masculus aut masculi fuerint, ipsum uel ipsos, cum prædictis B. & C. aut altero qui superuixerit equalibus portionibus hæredes instituit. Si autem fœmina una uel plures, ipsam uel quamlibet earum sibi in c. lib. hæredem instituit. Vel sic. Et si dicta M. uxor eius pregnans esset, & pareret filium unũ uel plures posthumos aut medio tempore nati ad lucem peruenientes, si masculus uel masculi fuerint &c. ut iam dixit. Et hoc ultimum uidetur locum habere specialiter quando proximus suspicatur obitus testatoris. Si uero aliqua dictarum filiarum, tam natarum quàm nascendarum quàm etiam posthumorum aliquando, uel infra tale tempus decesserit sine filijs, substituit ei pupillariter & uulgariter per fideicommissum superstitibus filios masculos, uel eorum filios in stirpes, et non capita, & si aliquis filiorum suorum masculorum tam nasciturorum, uel etiam posthumorum infra xxv. annum suæ ætatis decesserit sine liberis, uel infra pupillarem ætatem, substituit ei pupillariter & uulgariter, & per fideicommissum superstitibus filios masculos, uel eorum filias in stirpes, & non in capita. Item si omnes tam masculi quàm fœminæ non extantibus aliquibus ex eis filijs decesserint, eo casu iussit de bonis suis fieri hoc & hoc. Præterea uoluit, quod non obstantibus omnibus præmissis dispositionibus & substitutionibus, possit quilibet filiorum suorum, ac filiarum testari ac disponere de eo quod ad ipsum spectabit, ex hæreditate prædicta usque in quantitatem l. lib. in his falcidia sibi debita computanda. Item uoluit & mandauit, quod prædicti filij sui masculi simul & communiter habitent, nec ad diuisionem perue

*Institutio.*

*Substitutio.*

*Prouidentia  
tia.*

perue



perueniatur usquequo omnes compleuerunt xxv. annum suae aetatis, quod si non fecerint, uel si quis eorum alios ad diuisionem prouocauerit, priuetur. & eum ipse testator priuauit, tanta quantitate ex sua parte hereditatis, quam peruenire uoluit ad talem ecclesiam. Item uoluit quod talis res uel domus extra familiam suam non possit alienari, alioquin seruantes uoluntatem eius in suis partibus partem alienatam uendicent, à quolibet possessore. In fine uero sic dices. Hanc autem suam ultimam uoluntatem esse uoluit: quam ualere uoluit iure testamenti. Quae si iure testamenti non ualeat, ualeat statim iure codicillorum, uel cuiuslibet alterius ultimae uoluntatis, Veldic ut supra § prox. uers. item uide. Et uoluit hoc testamentum nuncupatum, seu hanc ultimam uoluntatem in omnibus alijs eius testamentis, uel ultimis uoluntatibus retro factis praualere, & tam factis quam faciendis de cetero praualere &c. Sicq; testator disposuit, ut quicumq; suorum haereditum uel legatariorum fideicommissariorum contra hanc suam uoluntatem fecerit, uel eam non obseruauerit, uel extra iudicium uiolenter, uel in iudicio contentiosè instituerit: q; sit bonorum suorum expers: & quicquid ille reliquerit, teneatur per fideicommissum restituere illi, quem sua uiolentia uel contentione fatigauit.

### Reuocatio Testamenti.

**G**erardus &c. Constitutus personaliter in praesentia supra scriptorum testium, fac quod sint septem testes & mei L. notarij infra scripti dicens et asserens, omnino poenitere de quodam testamento & ultima uoluntate per dictum Gerardum facta & celebrata, ut dixit rogato, per & manum dñi Iuliani de ripa, ciuis & notarij Flo. de Anno dñi proximè praeteriti M. cccc. die decima mensis Iulij dicti anni seu alio ueriori tempore in dicto instrumento contento, & omni meliori modo, uia, iure, causa, forma, quibus magis et melius potuit & ei licuit & licet, deliberate, & ex certa scientia, & non per errorem aliquem iuris uel facti, ipsum testamentum, & omnia & singula in ipso contenta & disposita, nec non omnia & singula, & quaecunq; alia testamenta Codicillos & ultimas uoluntates per ipsam, usq; in praesentem diem factas & celebratas, & facta & celebrata, per & manu cuiuscunq; Notarij, & omnia & singula in ea & eis contenta, & quodlibet eorum, & quamlibet eorum partem cassauit, reuocauit, irritauit & annullauit, & cassa, irrita, & nulla & nullius ualoris, efficacitae uel effectus esse uoluit, declarauit & mandauit. Non obstantibus quibuscunq; uerbis derogatorijs penalibus, uel praecisis in dictis testamentis codicillis & ultimis uoluntatibus, quomodolibet appositis, de quibus dixit et asseruit dictus Gerardus, se ad praesens non recordari, & se omnino poenitere, huiusmodi uerba apposuisse. Dicens & asserens, ptestans & affirmans dictus Gerardus, se pro tunc uelle decedere intestatum. Rogans &c. Ego uidi disputari utrum haec reuocatio possit fieri de iure cum regulariter testamentum non possit reuocari, nisi per aliud instrumentum.

**A**Ntonius &c. sanus per dei gratiam, sensu, mente, intellectu, licet corpore relanguens. Nolens intestatus decedere, suum testamentum nuncupatiuum sine scriptis facere procurauit & fecit. Secundum moram & statuta nostrae ciuitatis regij. Item reliquit pro incertis & male ablatiis. Item sepulturam sibi elegit. Item mandauit construi capellam unam, in qua impingatur imago gloriosissimae uirginis Mariae & caetera. Item reliquit Ecclesiae sancti Francisci & eius fratribus. Item reliquit Ecclesiae sancti Antonij & B. eius rectori. Item reliquit centum pro uno paramento, altaris conuertens. Item reliquit Titio centum, nutu annuendo, humeris uel capite ad interrogatio-

nem



## Artis Notariatus

nem. Item reliquit centum, pro puellis pauperibus maritandis, Eligenda  
 dis per eius uxorem. Item reliquit centum, pro anima sua, tali moniali eius  
 oratrici suorum peccatorum remedio. Item mandauit restitui omnibus illis  
 à quibus extorsit usuræ nomine aliquam quantitatem, de quibus apparet in lib  
 meo, uel etiam habere debentibus. Item reliquit Titio amico suo. Item reli  
 quit Gaio annum donec cum filijs suis steterit. In primis legauit à concubi  
 na equum baium Balsarium. Item legauit T. laboratori suo pecudes, quas  
 ab eo tenet in sondam. Item legauit A. fundum Albanum, detractis fructi  
 bus præsentibus annis. Item P. ultra prædicta legauit domum. Item iussit  
 & mandauit post mortem omnium suorum in domo sua fieri unum hospita  
 lem. Item R. talem fundum quem ducit à scio, & sic qui erat alienus. Item  
 reliquit F. xxv. Flo. in quibus asseruit sibi teneri ex uno equo, quem nunc  
 emi ab eo. Item reliquit R. talem uineam, & quod ipse possit eam capere, et  
 ad hoc dedit ei licentiam. Item reliquit Carolo factori suo liberationem à  
 quocumque debito quo tenetur mihi occasione administrationis quam fecit de  
 bonis meis. Item reliquit A. uestem suam morellam aut lorica de Azuro.  
 Item legauit P. unum equum. Item reliquit B. scutifero suo unum equum  
 quem optauerit. Item legatum factum Gario ademit & cassauit, & ualere nõ  
 uoluit, sed illud relinquit Petro. Item T. frumentum uinum & oleum.  
 Item reliquit B. & G. duos ex hæredibus suis in terris grauauit, quod  
 singulo anno faciant anniuersarium. Item legauit stico seruo Titij xx.  
 Item reliquit Scio filio Gaij decem libras Bon. Item reliquit G. fundum scia  
 num, & domum instructam sine commissarijs. Item reliquit Cecho massari  
 tias suas, & omnia alia mobilia, quæ sunt in domo. Item mandauit omnibus fa  
 ciffieri ab eo recipere debentibus. Item reliquit B. & fundum scianum. Item  
 inter dictos B. & D. prohibuit ius accrescendi. Item reliquit B. eius uxori  
 Dotes suas, quæ fuerunt Mille. Item reliquit D. B. eius uxorem dominam &  
 usufructuariam. Item reliquit T. mulieri concubinæ suæ alimenta in domo  
 dicti testatoris, donec castè & honeste uixerit. Et dotes suas non repetierit.  
 Item reliquit eius uxori omnes ipsius pannos lini & lanæ. Item reliquit dictæ  
 eius uxori lectum suum camerae uel cameram. Item reliquit L. T. centum,  
 in quibus confitetur se teneri dicto creditori, præsentem & acceptante, & Nota  
 rio stipulante &c. Item reliquit centum Titio & filijs. Item reliquit de. lx. quia  
 ei benè seruiuit. Item reliquit A. fundum Meuianum, quem emi à Gaio.  
 Item reliquit N. centum, ut monumentum sibi faciat. Item reliquit Titio unum  
 ex suis equis. Item reliquit Titio uestem in paschate. Item reliquit V. de  
 cem, si uel cum Titius erit consul. Item iure institutionis reliquit T. filiae sue  
 maritate & dote dotes suas, & xij. imperia. Et iussit eam fore tacitam & cõ  
 tentam, & plus de bonis suis petere non possit. Item reliquit iure institutionis  
 N. & M. filiabus suis, & cuiuslibet earum cū maritabuntur pro earum dote du  
 catorum mille. Item reliquit P. uinum oleum & triticum, quod habet in do  
 mo. Item reliquit P. equum, qui habet stellam in fronte, & Stichum seruum  
 meum. Item reliquit iure institutionis A. filiae suæ partem decimam suorum  
 honorum, dummodo offerat fratribus suis dotes suæ matris. Item reliquit  
 centum Scio, ita ut x. restituantur Titio. Item reliquit Bertæ centum, si marita  
 bitur arb. ipsius testatoris. Item reliquit dictis suis filiabus in casu uiduitatis  
 uel necessitatis, habitationem suæ domus, una cum infrascriptis suis hæredi  
 bus. Item reliquit centum filio suo naturali tantum natum & Berta concu  
 bina, olim sua. Item reliquit F. filio spurio nato ex me & Ambrosina coniu  
 gata. Item reliquit B. centum eroganda, ut sibi posuit in secreto. Item asser  
 uit se nihil uelle relinquere L. filio emancipato. Item reliquit C. eius nepoti ex  
 Antonio filio lib. x. Item reliquit Annæ eius Ancillæ quod per hæredes su



os manumittatur. Item v. filium suum maledictum exhæredauit. Item reliquit P. nepoti ex Ludonico filio falcidiam suam. Item in omnibus ante alijs suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus ubicunq; sitis sibi hæredes instituit in dicta forma L. F. & G. maiores, & B. infantem filios suos. Et quoscunq; filios masculos nascituros, ex quacunq; sua uxore. Et si decesserit sine liberis masculis, in pupillari ætate, uel alijs quandocunq;. Item G. filio mente capto, siue furioso instituto substituit Borsium fratrem suum. Item reliquit T. hæredem pro parte purè, & B. eius filios in altera parte sub conditione in duabus untijs. Et eos inuicem instituit, Vulgariter, Pupillariter, & per fideicommissum. Item dicto B. eius filio prælegauit tale fundum, & talem Emphiteosim, & domum suæ habitationis. Item sciens uires patrimonij inhiuit falcidiam. Item prohibuit deduci Trebellianicam. Mandans quòd domus propriæ habitationis non possit alienari, sed semper remaneat in familia nostra. Si uero omnes dicti sui filij decesserint sine liberis masculis, eius parentem substituit, & eo casu reliquit R. suum filium dum uixerit, & post mortem eius instituit eius patrem in omnibus armis suis. Et mandauit, quòd in dictum usufructum non debeat turbari uel molestari, per aliquem suum hæredem. Et post mortem sui patris, uoluit bona sua distribui inter pauperes, per eius executores, & in causas pias, pro anima dicti testatoris, & suorum ascendentium, & si omnes eius filij masculi, & eorum liberi masculi decesserint, ita quòd eius posteritas masculina & masculis deficeret, uoluit omnia bona sua per suos fideicommissarios distribui in pauperibus Christi. Tutores autem & pro tempore curatorum filiorum reliquit B. eius uxorem, & I. ij. M. anologistas esse uoluit, & non teneantur redde re rationem. Executores autem reliquit Titium, Scium, & priorem sancti Dominici. Et si iure testamenti non ualet uel non ualebit, ualeat iure Codicillorum Donationis causa mortis. Vel ualeat omni iure, quo melius ualere potest. Et cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis. Cassans irritans & annullans omne aliud testamentum. Et iurauit dictus Testator dictum testamentum, non reuocare. Et si contingat aliud Testamentum facere, dixit, sibi non esse uoluntatem suam, nisi ibi sit descripta tota Aue maria. Factum, lectum, perfectum fuit dictum testamentum in ciuitate Senarum. In pretorio camulix hospitio Galli, in Camera inferiore, in capella sanctæ Mariæ maioris. Præsentibus D. Anto. Ganno Rectore, & parrochiano ecclesiæ sanctæ Mariæ maioris. Et galgano & mariano tribus testibus, adhibitis, ad hoc à dicto testatore rogatis. Qui M. sciens se fore institutum à patre suo in suo Testamento in tali parti, & patrem suum mortuum, eius hæredita pro dicta quotte fore sibi delatam adiuuit. Qui B. sciens se parte institutum immiscuit se in hæreditatè dicti patris, cum Beneficio inuentarij. Sed dictus L. sciens G. eius patrem decessisse condito Testamento, in quo institutus est in quarta parte eam hæreditatem adiuuit.

### Emancipatio.

**P**hilippus filius Zenobij Petri de Nauellis constitutus in Præsentia dicti Zenobij eius patris & mei L. Iudicis Ordinarij & Notarij publici infrascripti, descripti & matriculati in arte & matricula artis iudicium & Notariorum Ciuitatis Florentiæ, habentis, & qui habet auctoritatem interponendi Decretum in emancipationibus, & alia faciendi, quæ & de quibus mihi in imperiali indulto priuilegio & statuto communis Florentiæ, latius continetur, petijt dictus Philippus, dicto Zenobio eius patre summa cum



## Artis Notariatus

eum reuerentia se emancipari, & à sua manu & sacris suæ patriæ potestatis nexibus liberari, eximi & obsolui. Quam ob rem dictus Zenobius pater eiusdem Philippi petitioni fauens tanq̃ iuste, ipsum Philippum ibidem præsentem, & ut supra petentem emancipauit, & à sua manu & sacris suæ patriæ potestatis nexibus, penitus liberauit & exemit & absoluit, ita quòd amodo dictus Philippus possit & valeat testari, iudicio interesse, uendere, contrahere & pacisci, & se & sua obligare, & omnia & singula alia facere quæ quilibet ciuis Romanus, liber homo, pater familias, & sui iuris facere potest & exercere. Et in præmium emancipationis prædictæ dedit, tradidit, cessit & concessit, atq̃ remisit eidem Philippo filio suo emancipato prædicto præsentem, & pro se & suis hæredibus et successoribus recipienti & stipulanti omne eius peculium aduentitium & profectitium castrense, uel quasi per eum quomodo libet questum uel querendum. Si uero eidem daret etiam bona immobilia, et apponas & subdas, ut supra in donatione honorum, usq̃ ad clausulas generales, & in fine dicas. Quibus omnibus & singulis sic peractis ego L. iudex ordinarius Notariusq̃ publicus antedictus & infrascriptus meam & Romani imperij, & communis Florentiæ, quibus fungor auctoritatem interposui, pariter & decretum. Rogantes me L. Notarium antedictum & infrascriptum, quatenus de prædictis conficerem instrumentum & instrumenta, unum uel plura.

## Adoptio.

**P**ublicè omnibus pateat euidenter qualiter Benedictus olim Petri Francis et Symonis de Alamaneschis de Florentia, & Hieronymus Laurentij de Tolomeis, & Carolus filius dicti Hieronymi, cum consensu uerbo licentia et uoluntate dicti Hieronymi eius patris ibidè presentis, eidem Carolo in omnibus & singulis infrascriptis consentientis & licentiam parabolam & consensum dantis & præstantis, & quilibet eorum constituti personaliter in iudicio & coram domino Carolo de Caracciolis de Neapoli, milite ac comite, nec non dignissimo potestate ciuitatis Florentiæ, pro tribunali sedente ad eius solitum iuris banchum, pro iure reddendo ut moris est. Qui quidem Benedictus uolens legitimo adoptionis actu, ad solatium eorum, qui filios non habent, inuento, dictum Carolum filium dicti Hieronymi sibi in filium legitimum dari titulo adoptionis, idem Hieronymus Carolum, ibidem presentem uolentem & consentientem, in præsentia dicti domini Caroli potestatis præfati in adoptionem liberè contulit atq̃ dedit ipsi Benedicto præsentem petenti, & acceptanti ipsum Carolum, eiusdem Benedicti filiationi submittens. Patriæ tamen potestatis & omni iure naturali sibi & in se ad integrum reseruato. Quibus omnibus sic peractis dictus dominus Carolus, suam & communis Florentiæ, quibus fungitur auctoritatem interposuit, pariter & decretum mandans dictus dñs Carolus, & dictæ partes rogantes, quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum unum uel plura.

## Arrogatio.

**P**ublicè omnibus pateat euidenter qualiter, quòd cum de imperiali plenitudine potestatis in nobilem et magnificum uirum Nicolaum Andree de Iunjs de Florentia, dei gratia in Tuscia comitem Palatinum priuilegium creandorum tabellionum legitimandi spurios & Bastardos, manseres & incestuosos ac etiam interponendi decretum & auctoritatem imperialem in arrogandis iurisdictione sit concessa, & multa alia faciendi, quæ in suis rescriptis



tis & priuilegijs, digne à sacro Romano imperio, & serenissimo principe, & domino domino Carolo quarto, diuina fauente clementia, Romanorum imperatore, & semper Augusto ac Boëmiæ rege, concessis, de quibus regali bulla præmunito, dicto Nicolao & eius hæredibus & successoribus concessio de Anno (ponas tempus) & per me L. Notarium infra scriptum, uiso & lecto seriose continetur. Si uis uti eodem proximo, quo in legitimatione & insere re priuilegium potes. Hinc est quod Antonius olim Alamani de Lauris, de Florentia, ætatis annorum sexaginta, uel circa, constitutus personaliter in præsentia dicti magnifici uiri domini Nicolai de Iunjs, Comitæ Palatini, præfati, & in parte gerentis uices imperatoris maiestatis, pro tribunali ad cautelam sedentis in supra scripto loco, quem pro idoneo & decenti elegit & disputauit, ex certa scientia, & non per errorem aliquem, & omni meliori modo, uia, iure, causa & forma, quibus magis & melius potuit, & eidem licuit & licet, Iohannem filium sibi legitime arrogauit, & cum omnibus suis possessionibus, bonis, rebus, mobilibus & immobilibus, & seu se mouentibus iuribus nominibus & actionibus, in sua filiatione familia & potestate paterno suscepit affectu, & utroque tamen primo & ante omnia diligenter interrogato, tam per dictum Comitem Palatinum, quam per me L. Notarium infra scriptum utrum hoc fieri uellet, mutuo consensu sibi placere, protinus libere respondentem. Quibus omnibus sic peractis, ibidem dominus Nicolaus Comes Palatinus antedictus suam & sacrosancti Romani imperij, quibus fungitur auctoritatem interposuit pariter & decretum, in quorum omnium testimonium &c. Subdas ut supra in legitimatione & creatione Tabellionum.

### Exoneratio Testamentarij.

**I**N nomine domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto. Indictione secunda, die uero Mercurij, uicesima sexta, mensis Aprilis. Pontificatus sanctiss. in Christo patris, & domini nostri domini Leonis Papæ decimi, anno eius secundo. In mei Notarij publici testimonio infra scriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus uenerabilis dominus Iohannes N. Canonicus in N. Moguntinens. diocæsis. Et in præsentia prouidi & honesti uiri N. incola F. ibidem præsentis præsentia, idem dominus Iohannes dixit & proposuit. Quod licet certis annis præteritis uenerabilis dominus O. de n. dum uixit Cantor ecclesiæ sancti B. F. diocæsis Moguntinens. prædictæ, cum certis alijs se dominum Iohannem N. in suum Testamentarium & ultimæ suæ uoluntatis executorem constituisset, fecisset & ordinasset. Sed quia ipse dominus Iohannes N. se testamento seu ultimæ uoluntati, & de executione illorum nunquam intromississet, nec uoluisset, seu adhuc se de illis intromittere. Sed testamento seu ultimæ uoluntati dicti domini O. de n. Cantoris & executioni illorum, maxime cum alij sui contestamentarij, præfati domini O. ut sibi dictum esset, se de talibus prius exonerassent, se etiam uellet oxonerare, si & in quantum de sua exoneratione & illius occasione supranominatus N. de n. frater supradicti domini O. de n. Cantoris ipsum indemnem conseruaret. Et quia præfatus N. de n. se occasione dicti Testamenti seu ultimæ uoluntatis & illorum executione, necnon de exoneratione ipsius domini Iohannis N. supranominatum dominum Ioannem N. in omnibus & per omnia & erga quoscunque uelle conseruare indemnem, mihi Notario publico infra scripto tanquam personæ publicæ legitime stipulando & recipiendo uice & nomine omnium & singulorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit, sub



hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum mobilium & immobilium, presentium & futurorum promisit. Quare omnibus, melioribus modo, uia, iure & causa, quibus supranominatus dominus Io. N. de iure melius & efficacius potuit & debuit, se de executione Testamenti seu ultimae uoluntatis suprafati domini O. de n. Cantoris se exoneravit & renunciauit, Cedens atque transferens omne ius suum, & quascunque actiones sibi domino Joanni N. uti Testamentario seu executori Testamenti, seu ultime uoluntatis suprafati domini O. Cantoris quomodolibet competentes, in & ad dictum N. de n. ut illis uti & experiri possit & ualeat. Renuncians idem dominus Iohannes N. omnibus iuribus, priuilegijs & exceptionibus doli mali, fraudis, metus, & quibuscunque alijs quibus se contra praemissa tueri ualeat, seu quouis modo iuuare. Ac etiam generalem renunciationem non ualere, nisi praecesserit specialis & expressa, de & super quibus omnibus & singulis. Actum F. ibidem in domo honorabilis domini N. &c. inibi in stuba mane hora octaua, uel quasi, presentibus ibidem dominis uenerabilibus & honorabilibus uiris &c. testibus, ad praemissa uocatis &c.

### Extractio Instrumenti à Prothocollo Notarij defuncti, uel absentis ex commissione.

In nomine domini Amen, Vniuersis & sing. praesens publicum instrumentum inspecturis, pateat euidenter & sit notum. Quod Anno &c. pontificatu etc. Reuerendus pater dominus N. Curiae causarum Camerae apostolicae generalis auditor, mihi Notario infra scripto presentari fecit quandam suae commissionis cedulam, scriptam manu B. dictae Curiae Nota. & Sigillo eiusdem curiae Camerae apostolicae pendente munitam, ut moris est. Cuius tenor talis est. Petrus de Vincentia Episcopus Cefenate. &c. hic inseratur mandatum domini Auditoris de uerbo ad uerbum. ) Post cuius quidem commissionis litterae praesentationem & receptionem rogatus & requisitus per N. de quodam manuali, seu prothocollo dicti N. Constituto primo mihi per idoneos & fide dignos testes, dictum manuale seu prothocollo, ac dictam notam transsumpsi, exemplauit, & in publicam formam redegi & iugrossaui, ut sequitur uidelicet. Anno a natiuitate domini &c. Et extende notam in forma, secundum quod Notarius consueuit extendere similes contractus. Et in fine pones. In quorum omnium testimonium praefatus N. uoluit per me Notarium publicum infra scriptum dictam notam, ex dicto manuali seu prothocollo, sic per me iugrossatam secundum consuetudinem & stilum dicti N. Notarij publici. De quibus fidem plenam habui per aliud eius publicum instrumentum, simile per ipsum Magistrum. N. extensum & iugrossatum, sua propria manu subscriptum, conscriptum, suoque solito signo signatum, autenticaui, & in publicam formam redegi. Ad perpetuam rei memoriam &c.

### Qualiter confici debet Instrumentum super refectione Instrumenti debiti deperditi.

Nota quod quando quis asserens obligatorium alicuius debiti perdidit se, uult & petit sibi refici, uocandus est suus debitor in iudicio, & probata dicti instrumenti amissione quam probari sufficit per creditoris iuramentum, cuius formam habes infra, iudex praecipiet. Nota qui illud instrumentum in notam sumpserat, quod ipsum reficiat, refectionem tradat creditori, sed primo



primo iudex tale creditori exiget iuramentum. Tu iurabis quod instrumentum quod petis tibi refici, seuera amisisti, quodque nullo dolo, a te uel alio nomine tuo, uel te sciente adhibito, illud perdidisti, quodque nescis, ubi uel apud, seu penes quem sit, quodque dolo uel fraude illud habere uel possidere non desuisti, quodque illud non postulas refici fraudulenter, quodque si quocumque tempore illud ad manus tuas peruenierit, uel habere poteris, restituas tabellioni qui illud confecit, uel iudici cancellatum, uel ad nihilatum, nec eo amplius ueris in praedictum debitoris, sed solum isto publicato siue exemplato. Sed quid si is contra quem fieri petitur refectio seu exemplatio, dicit non esse faciendam. Responde si obijcit iustam causam et statim, uel infra breue tempus paratus est de iure suo docere, audietur ubi in refectioe seu expectatione uel dilacione breui non imminet periculum creditori, alias fiet refectio saluo iure iudici debitoris. Et praecipiet iudex Tabellioni qui dictum instrumentum scripsit, ut illud reficiat & exhibeat creditori praedicto. Ex quo praepcepto & processu praedicto consuluit magister Rolandinus, quod ille Tabellio ad excusationem sui faciat sibi fieri per alium Tabellionem publicum instrumentum, seu acta publica. Notarius itaque qui dictum instrumentum debiti primo scripsit, in notam sumpsit, & exemplabit et scribet ipsum de uerbo ad uerbum sicut fecit primum, & subscriptionem nominis sui in fine instrumenti talis scribet, Ego talis Notarius auctoritate tali publicus quae de praedictis requisitus notam recipi, uerum & publicum instrumentum, quod alia uice praefato tali creditori exhibui, uerum ex rogatione siue nota eiusdem cancellata, de mandato talis iudicis exemplauit et refeci, & ipsum dicto creditori tradidi, eo quod dicto debitori coram praefato domino iudice citato, & se debitorem confitente refectioeque dicti instrumenti minime condicent. si ita sit, alias praedicta uerba omittantur. Et dicatur post uerbum citato, nihilque ualidum in aduersum allegante, dictus creditor iurauit illud sine fraude amisisse. Et facta diligenti collatione signo meo consueto signaui in fidem & testimonium praemissorum. Item nota quod si instrumentum debiti fuerit a muribus uel tineis corrosum & dilaniatum, aut alias igne uel aqua, uel alio modo uituperatum seu destructum, taliter quod nullam fidem seu probationem facere possit, nec creditor pro suo debito consequendo dicto instrumento reficiendo adire praetorem, sed poterit notarius qui illud confecerat, dum tamen appareant aliqua reliquia dicti instrumenti, uerum reficere retinendo penes se dictas reliquias alterius primi instrumenti, quia in hoc nullum imminet seu paratur periculum, aut praedictum debitori. Et idem de quocumque alio instrumento.

### Forma transcripti siue vidimus alicuius publici Instrumenti.

**I**N nomine domini Amen. Anno &c. Nouerunt &c. quod apud talem locum & coram uenerabili uiro domino B. iudice uel uicario, uel officiali eiusdem loci ueniens & existens, ac personaliter constitutus Andreas Philippus praefato domino iudici praesentauit & exhibuit quoddam publicum instrumentum, confectum, subscriptum & signatum pro ut in eodem prima facie apparebat per Notarium, sub anno & die in eodem contentum. non uiciatum, non cancellatum, non abrasum, nec absolutum, aut in aliqua sui parte suspectum, sed omni prorsus uitio & suspitione carens, cuius tenor sequitur sub his uerbis. Anno incarnationis domini &c. inseratur totus tenor instrumenti, quoquidem Instrumento in praesentia & audientia praefati domini Iudicis



## Artis Notariatus

eis uicarij, uel officialis, per me Notarium publicum infra scriptum, de uerbo ad uerbum ibidem lecto, dictus Andreas Philippi asserens praedicto instrumento indigere, & uti uelle in pluribus & diuersis locis & iudicijs, & formidans propter itinerum discrimina, aut alias de amissione eiusdem, petijt ideo & requisiiuit dictum dominum iudicem uicarium uel officialem, quatenus praedictum instrumentum transcribi facere, & ad aeternam rei memoriam exemplari & publicari, ac in formam publicam redigi, per me Notarium publicum infra scriptum, & per eundem dominum iudicem uicarium, uel officialem, iudicialiter decerni, ordinari, et declarari huiusmodi transcripto seu exemplari, tantam & eandem fidem in iudicio & extra adhiberi debeat, & adhibendam fore quantam originali praedicto, nec non in praemissis auctoritatem suam, & Curiae suae iudiciariam interponi pariter & decretum. Et d. d. i. uicarius uel officialis, uiso per eum dicto instrumento, & illius tenore audito, ipsoque palpato & inspecto, ac sano & integro reperto, non uiciato, non abolito, nec aliqua sui parte suspecto. Sed omni uicio et suspitione carente, auditaque requisitione per dictum Andream Philippi, supra sibi facta, & eidem tanquam iuri & rationi consonae annuens, uoluit, decreuit & ordinauit dictum instrumentum, per me Notarium publicum infra scriptum transcribi, exemplari, & in publicam formam & exemplum redigi. Et eidem transcripto, siue exemplo tantam, & eandem fidem adhiberi debet originali praedicto, quibus quidem uisioni, ostensioni, lectioni, decreto & declarationi, ac omnibus uniuersis & singulis supradictis, tanquam bene, rite & legitime peractis, praefatus dominus iudex uicarius uel officialis sedens per tribunali more maiorum suorum in consistorio curiae suae, ubi ad iura reddenda consuetus est sedere, uel in tali loco, supra quoddam scamnum ligneum uel lapideum, quem locum sibi idoneum, quo ad hunc actum elegit, auctoritatem suam, & dictae suae iudiciariam interposuit pariter & decretum. De quibus omnibus &c. Acta fuerunt haec, & non quod simili modo potest sui exemplum siue transcriptum uideri de literis priuilegiorum aut alijs sic de publico instrumento mutatis mutandis suis locis. Et de alia quacunque publica scriptura. Item nota quod inter exemplar & exemplum est haec differentia, quia exemplar est ipsum instrumentum originale, Exemplum uero est scriptum, siue uidimus inde sumptum & extractum, unde uersus. Exemplar generans, exemplum quod generatur.

## Forma Instrumenti recognitionis census annui.

In dei nomine Amen. Anno &c. Nouerint &c. quod Martinus de ponte, fide, aut sine dolo per se & suos haeredes & in futurum successores quoscunque, tenore huius ueri & publici instrumenti mandato suo confecti firmiter perpetuo ualituri, ac in praesentia mei Notarij publici & testium infra scriptorum, confessus fuit in ueritate gratis, & ex sua certa scientia, recognouit nobili Io. de sancto Baudilio praesenti stipulanti, pro se & suis haeredibus et successores in futurum uniuersis se ab eodem Io. tenere, ac uelle tenere in emphiteosim perpetuam, & sub eius directo dñio, laudimio, consilio, iure, fraudis commissio, platione et auatagio, et censu annuo infra scripto, ut quandam terram petiam cultiuam siue laboratiuam sitam in tali territorio, et sic per dictum nobilem Io. eidem Martino hodie accipitum datam & concessam, putat constat in instrumento publico per me notarium publicum infra scriptum, in notam sumpto paulo ante praesentis publici instrumenti



menti recitationem, si ita sit quòd dicta terra fuerit in accapitum data, ut præfertur, alias dicta uerba omittentur, pro qua quidem terra pecia dictus Martinus dixit, & confessus fuit, se teneri, dare & soluere præfato nobili Iohanni quolibet anno de censu aũuo in quolibet festo beati Michaelis soluendos tres solidos Turoñ. Quem censum dictus Martinus de potestate promisit & conuenit eidem nobili Iohanni de sancto Baudilio præfati, ut stipulanti & recipienti anno quolibet in dicto festo beati Michaelis soluere, dictamq; terræ petiam meliorare, & non deteriorare, & illam oculo ad oculum demonstrare, et pro præmissis bonus et fidelis emphiteota esse, similemq; recognitionem facere, totiens quotiens fuerit requisitus. Et ita ut præmissum & tenere, complere, attendere & obseruare, contra quam in aliquo nunq; facere, dicere seu uenire, de iure uel de facto, per se nec per alium aliqua ratione siue causa solenni & sub obligatione dictæ terræ petiæ superius recognite dictus Martinus, de potestate promisit dicto nobili Iohanni de sancto Baudilio, præfati, stipulanti & recipienti, ut supra, & iurauit ad & super sancta dei Euangelia, ab eodem corporaliter, manu sua dextra gratis tacta. Renuncians insuper prædictis omnibus & singulis, & specialiter, sub dicto iuramento, iuris & facti ignorantia, omniq; actioni & exceptioni doli mali, metus, & in factum conditioni indebiti sine causa, uel ex iniusta causa, fori priuilegio, petitioni libelli, oblationi eius decem & uiginti dierum inducijs, ferijsq; messium et uindemiarum, & omni alij dilationi. Et cæteris iuris facti auxilijs, beneficijs & remedijs, quibus mediañ. quæ prædicta aut ex alijs aliqua posset, uel in aliquo se iuuare, defendere seu tueri. De quibus omnibus & singulis supra dictis dictus nobilis Ioannes de sancto Baudilio petijt sibi fieri publicum instrumentum, seu publica instrumenta, unum uel plura, per me Notarium publicum infra scriptum. Acta fuerunt hæc &c. Et nota quòd huiusmodi recognitiones censuum & VATICORUM annuorum, uario modo fieri consueuerunt, aliquando enim fiunt sub directo dominio &c. ut in forma præcedenti, & sub aliquo homagio, quod homagiũ emphiteota facit domino directo, quod uidetur improprie & abusiue factum, aliquando consensus qui recognoscitur est portandus, ut in præcedenti forma, aliquando pro censu soluendo obligatur res quæ recognoscitur dumtaxat, & aliquando obligantur, similiter omnia alia bona mobilia & immobilia recognoscuntur, & multis alijs modis, quos esset nimis prolixum specificare, & de singulis instrumentorum formas dare, sed Notarius potest supplere quæ hic desunt, secundum partiũ contrahentũ. pacta & conuentiones. Item notandum est, quòd census annuus, siue canon uel VATICUM consistit in diuersis rebus, puta in pecunia VITALI, uel in blado, uel in oleo, uel in uino, cicere, pipere, & sic de alijs pro ut in antiquis recognitionibus continetur. Et similiter dies siue terminus solutionis est diuersus. Nam in quibusdam est in festo beati Michaelis, in alijs in festo sancti Andree, in alijs in festo natalis domini, in alijs in die carnispriuij, & sic de consimilibus, secundum pacta & conuenta domini et emphiteotica, & secundum tenores recognitionum antiquarum, in quibus Notarius errare non poterit.

### Forma Instrumenti diminutionis siue reductionis annui census.

**I**N del nomine Amen. Anno &c. Nouerint &c. quòd cum Andreas Philippi tenent & possident in emphiteosim à nobili Iohanne de sancto Baudilio, & sub eius directo diuo laudimio consilio, prælatione & auantagio



## Artis Notariatus

et certo annuo censu in quolibet festo Michaelis soluendo, triginta solid. turo-  
trium eminarū frumenti, & unius gallinę quondam petiam terrę, in qua sunt  
domus siue casaturę, campus, uinea, & hortus situata in tali loco, & in taliter  
itorio, sic & sic, & dictusq; census annuus euidenter & notorię diceretur es-  
se excessiuus & importabilis consideratis & atten. dictarum domorum anti-  
quitate, fragilitate & demolitione, ac dictorū campi, horti & uineę sterilitate  
& infertilitate, ipsiq; nunc uigen. qualitate hinc si quid fuit & est, quod hac  
die pręsenti superius in principio huius uerbi & publici instrumenti annotas-  
ta, constitutus personaliter dictus Andreas Philippi in pręsencia pręfati no-  
bilis Iohannis de sancto Baudilio, meiq; Notarij publici et testium infra scrip-  
torum, eundem nobilem Ioannem instantis requisit, quatenus censum prę-  
dictum, tanquam importabilem & excessiuum diminuere uellet, & ad con-  
gruum supportabilem reducere; aliās si hæc facere recuset, suum animum de-  
clarando dictus Andreas dixit, se non esse intentionis dictas res ulterius sub-  
eorum censum tenere. Et dictus nobilis Iohannes auditis & intellectis prę-  
missis per dictum Andream dictis & requisitis, attendens etiam & conside-  
rans, quod res supradictę occasione dicti census possent in futurum sine posa-  
sessore dirui ac deteriorari. Et ipse nobilis dictum suum censum siue seruitia-  
um annum ex toto perdere. Igitur pro sua ut asseruit euidenti utilitate, bo-  
na fide & sine dolo, pro se & suis hæredes, & in futurum successores quos-  
cunq; tenore huius uerbi & publici instrumenti, mandato suo confecti, firmi-  
ter perpetuo ualiturū informatus sufficienter, ut dixit de pręmissis ad finem,  
ut prędictę res emphiteotice deferantur prę timore dicti excessiui census,  
& ita ius suum deteri, uel alias penitus annihiletur, & ad finem quod dictus  
Andreas & successo. prędictas domos & casaturas, ac alias res emphiteotis-  
cas reparent, manuteneant & meliorent, & ad eas reparandas, meliorandas.  
& manu tenend. potius inclinentur & inducantur supra dictum antiquum  
censum annum triginta solidorum turoñ. trium eminarum frumenti, & uni-  
us gallinę tanquam importabilem excessiuum, ut commissum est dicto An-  
dreę Philippi pręsenti stipul. solemniter & recipien. pro se & suis &c. dimi-  
nuit & reduxit ad unum censum quindecim solidorum turoñ. unius emina-  
frumenti, & medię gallinę soluendum, deinceps annis singulis in festo bea-  
ti Michaelis per Andream, & suos successores, pręfato nobili Iohanni, & su-  
is in perpetuum succes. eundem Andream & suos successores, a solutione &  
pręstacione, deinceps dicti maioris census pro rebus emphiteoticis prędictis  
ac ipsas res liberando, absoluendo & operando. Promittens in super pręfa-  
tus uobilis Iohannes de sancto Baudilio, se nihil fecisse &c. sed ita tene. &c.  
ut in alijs instrumentis usq; ad finem, de quibus &c. dictus Andreas &c.  
Acta fuerunt hæc. Et nota quod dominus directus laicus, potest sine alia in-  
formatione seu extimatione rerum emphiteoticarum, tales uel similes censu-  
um diminutiones facere, domini aut directę ecclesiastici, pro ut priores siue  
rectores ecclesiarum & collegia uel monasteria, & similes, solam admini-  
strationem ad uitam suam duntaxat habent. huiusmodi diminutiones censu-  
um facere non possunt, saltem in pręiudicium suarum ecclesiarum, & suorum  
successorum, nisi primitus facta debita informatione & extimatione rerum  
emphiteoticarum per probos & expertos uiros, & quod res emphiteotę anti-  
quum censum supportare non possunt, & quod de illa informatione constet  
per publicam scripturam siue publicum instrumentum. Item nota quod alia  
quando emphiteota dat & tradit domino directo certam pecunię quantita-  
tem, uel alio pro diminutione census, & tunc de hoc non faciat mentionem  
in suo instrumento hoc modo. Et confessus fuit pręfatus nobilis Iohannes  
de sancto Baudilio se a dicto Andrea Philippi pro huiusmodi census diminu-  
tione



tionem habuisse, & realiter recepisse decem libras turoñ. Exceptioni &c. quit-  
tauit &c. & habet uerum in domino directò layco, quia in ecclesiasticis nihil  
dari, cū per huius ecclesiæ uendi seu alienari uideretur, q̄ ita fieri nō potest.

## Quomodo conficiendum sit Instrumentum su- per refectione Instrumenti debiti, de perditi, Ex Stephano Marcillego.

**N**Ota quòd quando quis asserens instrumentum obligatorium alium de-  
biti perdidisse, uult & petit sibi refici, uocandus est iuus debitor in iudici-  
o, & probata dicti instrumenti amissione quàm probari sufficit, per credito-  
ris iuramentum, cuius formam habes infra, iudex precipiet, non qui illud in-  
strumentum in notam sumpserat, q̄ ipsum reficiat, refectum tradat creditori,  
sed primo iudex tale creditori exiget iuramentum. Tu iurabis quòd instru-  
mentum q̄ tibi refici reuera amisisti, quodq̄ nullo dolo à te uel alio nomine  
tuo, uel te sciente adhibito illud perdidisti, quodque nescis ubi uel apud seu pe-  
nes quem sit quod quæ dolo uel fraude, illud habere uel possidere non desiui-  
sti, quòdque illud non postulas refici fraudulenter, quodque si quocunque  
tempore illud ad manus tuas peruenerit, uel habere poteris, institues Tabel-  
lioni, quod illud confecit, uel iudici cancellatum, uel adnihilatum, nec eo am-  
plius uteris in præiudicium debitoris, sed solum isto publicato siue exempla-  
to. Sed quid si is contra quem fieri petitur resectio seu exemplatio, dicit non  
esse faciendam. Responde, si obijcit iustam causam & statim, uel infra breue  
tempus paratus est de iure suo dotem, audietur. Vbi in refectione seu expecta-  
tione, uel dilacione breui non imminet periculum creditori, alias fiet resectio  
saluo iure suo dicti debitoris. Et precipiet iudex Tabellioni, qui dictum in-  
strumentum scripsit, ul illud reficiat & exhibeat creditori prædicto. Et quo  
præcepto & processu prædicto consuluit Magister Rolandinus, q̄ ille Ta-  
bellio ad excusationem sui faciat, sibi fieri per alium Tabellionem publicum  
instrumentum, seu acta publica. Notarius itaque qui dictum instrumentum  
debiti primo scripsit, & in notam sumpsit, exemplabit & scribet ipsum de uer-  
bo ad uerbum, sic fecit primum & suscriptionem nominis sui in fine instru-  
menti taliter scribet. Ego talis Notarius auctoritate tali publicus, quæ de præ-  
dictis requisitus notauit, recepi, uerum & publicum instrumentū, quod alia  
uice præfato tali creditori exhibui, iterum ex rogatione siue nota eiusdem can-  
cellata, de mandato talis iudicis exemplauit & refeci, & ipsum dicto creditori  
tradidi, eo quod dicto debitori coram præfato domino iudice citato, & se de-  
bitorem confitente, refectionisq̄ dicti instrumenti, minime cōtradicens, si ita  
fit, alias prædicta uerba omittantur. Et dicatur post uerbum citato, nihil quæ-  
lidum in aduersum allegante dictus creditor, iurauit illud sine fraude amisisse.  
Et facta diligenti collatione, signo meo consueto signauit, in fidem & testi-  
monium præmissorum. Item nota q̄ si instrumentum debiti fuerit à muribus,  
uel tineis corrosus & dilaniatus, aut aliàs igne uel aqua, uel alio modo uitus-  
peratum seu destructus, taliter quòd nullam fidem seu probationem facere  
possit, nec creditor pro suo debito consequendo dicto instrumento uti, seu se  
iuuare ualeat, non erit necesse prædicto instrumento reficiendo, adire præto-  
rem, sed poterit notarius qui illud cōfecerat, dum tamen appareant aliquæ re-  
liquiæ dicti instrumenti, iterum reficere, retinendo penes se dictas reliquias  
alterius primi instrumenti, quia in hoc nullum imminet seu paratur periculū,  
aut præiudicium debitori. Et idem de quocunque alio instrumento.



Forma transcripti, siue vidimus alicuius  
publici Instrumenti.

In nomine domini Amen. Anno &c. Nouerint &c. quod apud talem locum & coram uenerabili uiro domino B. iudice uel uicario, uel officij eiusdem loci ueniens & exis personaliter constitutus Andreas Philippi, præfatus dño iudici præsentauit & exhibuit, quoddam publicum instrumentum confectum, subscriptum & signatum, pro ut in eodem prima facie apparebat, per Notarium sub anno & die in eodem contentum, non uiciatum, non cancellatum, non abratum, nec absolutum, aut in aliqua sui parte suspectum, sed omni prorsus uicio et suspitione carens, cuius tenor sequitur, sub his uerbis: A nõ incarnationis domini &c. inseratur totus tenor instrumenti; quo quidem instrumento in præsentia & audientia præfati domini iudicis uicarij uel officij per me Notarium publicum infrascriptum, de uerbo ad uerbum, ibidem lecto dictus Andre. Philippi asserens se prædicto instrumento indigere et uti uel se in pluribus & diuersis locis & iudicijs & formidans propter itinerum discrimina, aut alias de amissione eiusdem, petijt ideo & requisitum dictum dominum iudicem Vicarium uel officialem, quatenus prædictum instrumentum transcribi facere, & ad æternam rei memoriam exemplari & publicari, ac in formam publicam redigi per me Notarium publicum infrascriptum, & per eundem dominum iudicem uicarium, uel officialem iudicialiter, decerni, ordinari & declarari huiusmodi transcripto, seu exemplari tantam & eandem fidem in iudicio & extrã, adhiberi debendam & adhibendam fore quantam originali prædicto, nec non in præmissis auctoritatem suam, & curiæ suæ iudiciariam interponi pariter & decretum. Et d. d. i. Vicarius uel officialis uisus per eum dicto instrumento, & illius tenore audito, ipsoq; palpato & in spectro ac sano & integro reperto, non uiciato, non abolito, nec aliqua sui parte suspecto. Sed omni uicio & suspitione carente, auditaq; requisitione per dictum Andream Philippi, supra sibi facta, & eidem tanquam iure & rationi consonæ, annuens uoluit, decreuit et ordinauit, dictum instrumentum per me Notarium publicum infrascriptum, transcribi, exemplari & in publicam formam & exemplum redigi. Et eidem transcripto siue exemplo, tantam & eandem fidem adhiberi, & adhibendam fore in iudicio & extra, quanta adhibetur seu adhiberi debet originali prædicto: quibus, quidem uisioni, ostensionij, lectioni, decreto & declarationi, ac omnibus uniuersis & singulis supra dictis, tanquam benè ritè & legitime peractis præfatus dominus iudex, uicarius uel officialis sedens pro tribunali more maiorum suorum in consistorio curiæ suæ, ubi ad iura reddenda consuetus, in sede uel in tali loco, quoddam scamnum ligneum, uel lapideum, quem locum sibi idoneum, quo ad hunc actum elegit, auctoritatem suam, & dictæ suæ iudiciariam interposuit, pariter & decretum. De quibus omnibus &c. Acta fuerunt hæc &c. & non quod simili modo potest sumi exemplum siue transcriptum uidimus de literis priuilegiorum, aut alijs sicut de publico instrumento, mutatis mutandis suis locis, Et de alia quacunq; publica scriptura. Item non quod inter exemplar & exemplum est hæc differentia, quia exemplar est ipsum instrumentum originale Exemplum uero est scriptum siue Vidimus inde sumptum & extractum, unde uersus.

Exemplar generans, exemplum quod generatur.



## Transsumptum certorum Instrumentorum, per auditorem Cameræ.

IN nomine domini Amen. Nouerint uniuersi & singuli hoc presens publicum transsumpti instrumentum inspecturi, lecturi, & audituri, quod nos n. de .n. & c. causarum cameræ, apostolicę generalis auditor ad reuerendi patris dñi .n. Abbatis monasterij .n. n. diocęsis principalis instantiam & requisitionem omnes & singulos sua communiter, uel diuisim interesse putant, eorumque procuratores, si qui tunc erant in Ro. cu. pro eisdem ad uidendum & audiendum, non nulla uenditionis certarum petiarum terrę dudum Abbati monasterij .n. facta publica instrumenta, per Notarios publicos, in notam receptam, subscriptam & publicatam transsumi, & exemplari, & in publicam formam transsumpti redigi. Vel dicendum, & causam siquam habet rationabilem, quare præmissa minime fieri debeant allegandum per audientiam publicam literarum contradictarum d. n. Papę citari fecimus & mandauimus, ad certum peremptorium terminum competentem, uidelicet ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenien, comparauit in iudicio legitimę, coram nobis dictus dominus .n. præfatus, citra quorumcunque procuratorum suorum, per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem, & certas literas citatorias in dicta audientia nostro demando executas facto reportauit, citatorumque in eadem contentorum contumaciam accusauit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam prædictam uenditionis instrumenta, sana & illesa, ac omni prorsus uicio & suspitione carentia facto realiter, & in scriptis exhibuit atque produxit, quę transsumi & exemplari, ac in publicam formam redigi, mandari, nostramque & dictę curię auctoritatem iudiciariam & ordinariam pariter & decretum interponi, per nos instanter postulauit. Nos tunc Iacobus auditor præfatus dictos citatos, non comparentem reputauimus, merito id exigente iusticia contumaces, & in eorum contumaciam dicta instrumenta ad manus nostras recepimus, illaque uidimus, tenuimus, legimus, & diligenter inspeximus. Et quia huiusmodi instrumenta sana, integra & illesa, omnium prorsus uicio & suspitione carentia inuenimus, idcirco ad dicti domini .n. principalis instan. illa per discretum uirum integrum N. publicum, apostolica & imperiali auctoritatibus, ac dictę curię Notarium & scribam infrascriptum transsumi & exemplari, ac in publicam transsumpti formam redigi fecimus & mandauimus uolentes & auctoritate dictę curię decernentes, quod præsentis nostri transsumpto publico de cetero & in antea tam in Ro. cu. quam extra, ubicunque locorum in iudicio & extra stetur illique detur & exhibeatur, talis & tanta fides, qualis & quanta dictis originalibus instrumentis inferius insertis, & cum præsentis transsumpto auscultatis, & collationatis, & data fuit & adhibita, daturque & adhibetur, seu daretur & adhiberetur, si in media exhibita fuissent aut ostensa, huiusmodi uero instrumentorum tenores, de uerbo ad uerbum sequuntur, & sunt tales In nomine domini Amen & c. Quibus omnibus & singulis, tanquam ritę & legitimę factis auctoritatem & decretum dictę curię, atque nostram duximus interponendam & interposuimus, pro ut interponimus pñtium per tenorem, In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium & c. Pone datam in iudicio & testes.

Transsumpt



**Transsumptum in Forma Vidimus.**

In nomine domini Amen. Nouerint uniuersi hoc præsens publicum transsumptum inspecturi, quòd nos .n. dei &c. episcopus .n. habuimus, uidimus & diligenter inspeximus Incliti principis domini .n. ducis .n. literas eius sigillo cum cordula sericea impendē. signatas, & omnimoda suspitione carentes. Quarum quidem literarum tenor in continentia erat iste. Nos .n. Et de signa sigilla, quibus literæ bullatæ fuerunt. Quibusquidem literis diligenter inspectis ad requisitionem honorabilis .n. per Notarium publicum infra scriptum ipsas exemplari mandauimus et transsumi, ac in publicam formam redigi decernē. & uolē. ut huic præsentī transsumpto publico siue exemplo plena fides deinceps adhibeatur, ubi libet in locis omnibus & singulis quibus fuerit oportunitas, ipsumq; transsumptum fidem faciat, & illi stetur ac si originales ipse literæ apparerent. Quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinariam interposuimus & decretum, & ad ampliorem euidentiā præmissorum, sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Actum &c.

**INSTRUMENTORVM**  
quæ Caeterata vulgo vocant, et vt in  
ipsis Notariorum Protocolis  
conciipiuntur, Liber.

**Instrumentum mundualdi caeteratum.**

**D**ominæ Lucretiæ uiduæ, filiæ olim Raynaldi Francisci de Cigliamo-  
chis, & uxori olim Deisebi Roberti de Vbertis de Florentia, & de po-  
pulo sancti Pancratij de Floren. præsentī & petenti &c. dedit in suum & pro  
suo legitimo mundualdo Sigismundum Francisci de Tornaquincis, ciuem  
Florentinum, præsentem & esse uolentem &c. Cuius cum consensu &c. pos-  
sit &c. infrascriptum contractum facere &c. & se obligare &c. Et in prædi-  
ctis &c. Rogans &c.

**Procuratio caeterata pro vt communiter fit  
in prothocollo.**

Item postea & in continenti dictis Anno, Indictione, die & loco, & coram  
dictis supra scriptis testibus &c. Supra scripta domina Lucretia cum consen-  
su &c. dicti Sigismundi eius legitimi mundualdi per me L. Notarium infra  
scriptum, ut supra patet, dati præsentis, & eidem consentientis &c. citra tamē  
reuocationem &c. Et omni meliori modo &c. fecit &c. suos procuratores  
&c. dominum Symonem olim Grazini de Stagia, & dominum Mathæum  
Iohannis Notarios Florentinos, & quemlibet eorum absentes &c. ita tamen  
quòd occupantis conditio non sit melior &c. specialiter &c. In omnibus  
& singulis causis &c. ad agendum &c. Item ad intrandum in tenutam &c.  
Item ad petendum bona in solutum &c. Item ad faciendum capi &c. Item  
ad accusandum &c. Ponas omnes actus, quos uolueris, faciendo mentionem  
de priò



de primo uerbo per gerundium ut supra. Et generaliter &c. Dans &c. promittens &c. sub hypoteca &c. Renuncians &c. Cui &c. per garantigiam &c. Rogans &c. Et si procuratio fieret per forensem, aut per Florentinum quæ deberet mitti extra territorium: subdas post illam clausulam: promittens &c. Releuans &c. ante illud sub hypoteca.

## Venditio prout communiter scribitur in prothocollo.

**A**ntonius &c. Caueto, ut semper subdas nomen patris & aui, & etiam artem uel nomen familiæ & populum, omni meliori modo &c. per se & suos hæredes iure proprio, & in perpetuum dedit & uendidit &c. Domini eo &c. præsentis, & pro se & suis hæredibus & successoribus &c. & nominandis ab eo &c. recipienti & ementi &c. unam domum &c. Ponas latera, uocabula & confines, cum omnibus & singulis &c. & cum omnibus & singulis accessibus &c. Ad habendum &c. Quæ bona dictus Anto. constituit se tenere pro dicto emptore & eius hæredibus & nominandis ab eo &c. Et constituit procuratorem &c. quemcumq; nominandum per dictum emptorem &c. Vel in prothocollo relinquo spacium pro nomine, specialiter &c. ad imittendum in tenutam &c. dictum Dominicum emptorem &c. Et insuper ex causa uenditionis prædictæ dictus Antonius uenditor, cessit &c. eidem Dominico emptori, ut supra recipienti & stipulanti &c. omnia iura &c. Ipsum Dominicum fecit procuratorem &c. ut in rem suam &c. posuitq; ipsum in locum & uniuersum ius suum. Et promisit &c. dictus Antonius uenditor, dicto Dominico emptori, ut supra recipienti &c. dicta bona &c. non molestare &c. sed dicta bona &c. de iure et de facto defendere &c. ab omni persona &c. Et si quo tempore aliqua lis etc. mota fuerit dicto Dominico emptori, uel nominandis, ab eo uel eorum hæredibus successoribus &c. inde uel super dictis bonis &c. omnem huiusmodi litem &c. in se et super se animo nouandi iudicium suscipere &c. infra quintam diem proximè futuram, à die notificationis &c. Ita tamen quòd ex pacto etc. notificatio semel tantum facta &c. ualeat etc. Et in casu euictionis &c. promisit &c. dictus Antonius dicto Dominico emptori, ut supra recipienti & stipulanti infra octo dies proximè futuros, à die huiusmodi euictionis &c. uel post eidem uenditori, uel eius hæredibus notificatū fuerit personaliter, uel ad domum &c. Cum pacto etc. quòd denuntiatio domi, & etiam minus legitime facta etc. ualeat &c. reddere & restituere infra scriptum precium, cum pœna dupli, & omnia damna, expensas & interesse litis & extra. Cum pacto &c. quòd eidem Dominico emptori, & nominandis ab eo &c. non possit obijci, quòd eius negligentia &c. uel iudicis imperitia bona fuerint euicta etc. Et in effectu promisit defensionem generalem, in forma plenissima, secundum stilum Notariorum ciuitatis Florentiæ etc. Et prædictā uenditionem, & omnia & singula supra scripta fecit dictus Antonius, pro precio florenorum quadringentorum septuagintaquinque auri largorum, quod precium dictus Dominicus emptor in præsentia mei L. Notarij infra scripti & testium supra scriptorum dedit, soluit, & numerauit dicto Antonio, uenditori præsentis, & ad se trahenti in pecunia numerata &c. de quibus uocauit se bene pagatum &c. Si uero non interueniret solutio precij, dicas, quod precium dictus uenditor fuit contentus & confessus, habuisse & recepisse, à dicto emptore &c. de quo precio dictus uenditor uocauit se bene pagatum, tacitum & contentum: exceptioni non numerate pecuniæ omnino renuncians. Quæ omnia &c. promisit &c. perpetuo firma & rata



## Artis Notariatus

& rata habere &c. Sub pœna dupli etc. Quæ pœna. Quæ pœna etc. pro quibus &c. dictus Antonius uenditor obligauit &c. Renunciavit &c. Cui &c. præcepit per garantigiam &c. Rogantes &c. Si eueniret, ut in uenditione, & opus esset apponere aliqua pacta, scribas illa quàm clarius potes. Et aduertas, quòd pauca poterūt interueniri, de quibus supra non sit facta mentio, & illa de uoluntate partium semper scribas in prothocollo. Vnam cautelam non obmittam, quòd si contigerit uenditionem fieri, cum pacto, quòd bona uēdita sint prius obligata alicui creditori emptoris, uel alicui, qui bona emisset à præsentis emptore, quòd facias primo instrumentum, de per se ante uenditionem, quòd præsens uenditor obligat dicta bona pro tuitione & securitate illius primi emptoris, de cuius pecunia soluitur præsens precium.

### Locatio pro ut communiter scribitur in Prothocollo.

**N**icolaus &c. per se & suos hæredes, & omni meliori modo &c. locauit ad afflictum &c. Laurentio etc. præsentis, & pro se et suis hæredibus cōducenti unum podere &c. pro tempore & termino quinque annorum proximè futurorum incipiendorum die prima Octobris, proximè futuri, et ut sequitur, finiendorum pro afflictu & mercede &c. florenorum uiginti quinque auri de sigillo, promittens &c. dictus Nicolaus locator dicto Laurentio conductori præsentis, et ut supra recipienti et stipulanti &c. dicta bona durante tempore præsentis locationis non uendere &c. nec aliquem alium contractum facere in præiudicium præsentis locationis &c. Sed dicta bona, durante dicto tempore, dicto conductori etc. defendere etc. Et ex aduerso dictus conductor promisit &c. dicto Nicolao locatori præsentis, & per se & suis hæredibus etc. recipienti et stipulanti dicta bona, benè & diligenter colere ad usum boni iaquilini. Et dicta bona pro dicto Nicolao tenere, et pro alio non recognoscere, & eidem Nicolao et eius hæredibus respondere, de dicto afflictu &c. quolibet anno. Cum pacto etc. resolutio in defectum solutionis dicti afflictus ad beneplacitum tantum dicti locatoris. Et finito dicto tempore dicta bona, eidem locatori, et eius hæredibus &c. dimittere libera, uacua et expedita, et potius meliorata quàm deteriorata. Quæ omnia promiserunt &c. attendere &c. sub pœna florenorum quinquaginta, ut supra in generalitatibus.

### Confessio dotis in pecunia caeterata, in Protocollo.

**L**aurentius & Leonardus &c. quilibet eorum in solidum, et in totum se obligando, unica tamen solutione sufficiente per se & eorum, et cuiuslibet eorum hæredes &c. et ex certa scientia &c. & omni meliori modo &c. fuerunt confessi et contenti, habuisse et recepisse, partim ab officialibus montis communis Florentiæ, et partim à Dominico &c. dantibus et soluentibus in dotem et dotis nomine dictæ dominæ Marietæ, filiæ dicti Dominici, et uxoris dicti Laurentij, inter donarios et res mobiles communi concordia, inter dictas partes extimatas, florenos octingentos auri largos hoc modo, uidelicet, florenos centum quinquaginta, à dicto Dominico, de quibus uocauerunt se benè pagatos &c. Et propterea fecerunt eidem dominæ Marietæ, licet absenti, et mihi Io. Notario infra scripto, ut publicæ personæ pro dicta domina  
Marieta



Marietta, & eius hæredibus & successoribus &c. recipienti & stipulanti donationem propter nuptias de libris quinquaginta sꝑ. secundum formam statutorum & ordinamentorum communis Florentiæ. Quas dotem & donationem propter nuptias promiserunt &c. dictæ dominæ Marietta, licet absenti & mihi Io. Notario infrascripto, ut supra recipienti & stipulanti reddere &c. eidem dominæ Marietta, & eius hæredibus & successoribus, &c. in omnem casum & euentum dictæ dotis reddendæ & donationis soluendæ, constante matrimonio uel soluto floreno, &c. Et generaliter ubiqꝫ locorum &c. Cum pacto dotali &c. promittens &c. de dicta dote &c. non opponere solutionem &c. nisi per hoc instrumentum sibi redditum. Quæ omnia &c. promiserunt &c. perpetuo firma & rata habere &c. pro quibus &c. obligauerunt &c. quæ bona obligata constituerunt se precario nomine, pro dicta domina Marietta & eius hæredibus possidere, renunciauerunt, &c. quibus per garantigiam &c. Rogantes &c.

### Cessio Iurium cæterata.

Certum esse dicitur, qꝫ Cæsar &c. Narres prius instrumentum, de quo fit Cessio, & ad illud facias qꝫ partes se referant, & postea dicas. Vnde hodie hac præsentis suprascripta die Augustinus &c. titulo & causa uenditionis & ante infrascripti precij solutionem dedit & cessit &c. dicto Alexandro fideiussori, præsentis pro se & suis hæredibus &c. recipienti &c. ius & nomen dicti debiti &c. Et omnia & sing. alia &c. sibi Augustino quomodolibet cõpetentia cõstituens dictũ Alexand. procuratorem, & dñm ut in rem suam: ponens eum in locum & uniuersum ius suum. Ita qꝫ amodo dictus Alexander possit uti &c. dictis iuribus, &c. promittens &c. dictus Aug. dicto Alex. ut supra recipienti & stipulanti &c. se esse uerũ creditorem, & dicta iura &c. apud se esse illesa &c. & dicta iura alteri non concessisse &c. & contra non facere &c. Et prædictam cessionem, & omnia singula suprascripta fecit dictus Augustinus, pro precio flo. centum auri largorum &c. quos florenos centum dictus Alexander in præsentia mei Notarij infrascripti & testium suprascriptorum, dedit & soluit, & numerauit dicto Augustino præsentis &c. Quæ omnia promisit &c. attendere &c. sub pœna dupli: &c. Quæ pœna &c. pro quibus &c. obligauit &c. renunciauit &c. Cui per garantigiam &c. Rogantes &c.

### Instrumentum finis in prothocollum.

Petrus &c. non uí, dolo uel metu &c. sed ex eius certa scientia &c. & omni meliori modo &c. fecit finem &c. Miniati &c. ibidem præsentis pro se & suis hæredibus recipienti & stipulanti de omni & toto eo, & omnibus et singulis his, ad quæ dictus Minias dicto Petro hactenus tenetur &c. quacunque de causa etiã quomodolibet excogitanda. Non apponas ista uerba, nisi de consensu partium, cum scriptura uel sine &c. & hanc finem &c. fecit dictus Pe. quia sibi à dicto Mi. integrè solutum & satisfactum esse asseruit, de omnibus & singulis his, ad quæ dictus Mi. tenebatur dicto Pe. & de quibus uocauit se benè pagatum &c. Quem finem uoluit extendi &c. etiã ad incognita &c. Non apponas hanc clausulam, nisi de consensu partium, liberans &c. Quæ omnia &c. promisit &c. perpetuò attendere &c. sub pœna &c. Quæ pœna &c. qua pœna &c. pro quibus &c. obligauit &c. renunciauit &c. Cui præcepi per garantigiam &c. Rogantes &c.



Compromissum in prothocollo.

Iohannes &c. per se & suos hæredes ex parte una. Augustinus &c. suo nomine proprio, & pro & uice & nomine Mathei eius fratris carnalis, pro quo de rato promissit &c. & se facturum & curaturum ita & taliter cū effectu omni iuris & facti exceptione remota, quòd dictus Matheus ratificabit &c. præsens cōpromissum, et omne laudum, exinde ferendum &c. infra unū mensem proximè futurum, per publicum instrumentum &c. manu mei Notarij in fra scripti, uel alterius cuiuscūq; notarij, dum modo si manu alterius notarij deueniat et deuenire debeat infra dictū tēpus, ad notitiā dicti lo. uel mei Notarij infra scripti, alias de suo proprio facere et obseruare promissit, sub infra scripta pœna, et quolibet dictorū modorū & nomine, ex parte alia &c. Et omni meliori modo &c. generaliter omnes & singulas eorum lites &c. commiserunt & cōpromiserunt etc. in Orlandum et Mariottum, tanq̄ in eorum arbitros etc. ambos in concordia. Dantes &c. dictis arbitris &c. plenam licentiam &c. in prædictis &c. laudandi &c. de iure & de facto &c. etiam super liquidis &c. Non apponas hanc clausulam, nisi de consensu partium. Et de bonis, rebus & iuribus unius partis, & econuerso, alteri parti dandi & adiudicandi &c. Cū pacto &c. q̄ de omnibus & singulis his, de quibus per dictos arbitros &c. ambos in concordia laudari contigerit &c. intelligatur fuisse litem & quæstionē inter dictas partes &c. Nec non promittentes &c. dictæ partes &c. stare &c. omni laudo &c. & ab ipsorum laudis &c. non appellare &c. quinimmo præsens compromissum, & omne laudum &c. exinde ferendum &c. perpetuo firma & rata habere &c. sub pœna florenorum ducentorum &c. Quæ pœna &c. Quæ pœna &c. pro quibus &c. obligauerunt &c. renunciauerunt &c. quibus præcepi, per garantigiam &c. Et hoc præsens compromissum durare uoluit, & uires habere hinc ad tres annos proxime futuros. Rogantes &c.

Instrumentum pacis caeteratum.

Bernhardus &c. suo nomine proprio, & per se et eius filios, et hæredes & successores frat. et nepotes attinētes, cōplices et sequaces, ex line tā fœminea quā masculina, pro quibus et quolibet eorum de rato promissit &c. se facturum &c. alias de suo proprio facere, attendere & obseruare promissit, sub infra scripta pœna, quolibet dictorū modorū & nominū &c. ex parte una &c. et Hiero. &c. p̄ se et suos filios hæredes et successores, fratres et nepotes attinentes, cōplices et sequaces, ex utraq; linea, pro quibus, et quolibet eorum de rato &c. promissit &c. sub infra scripta pœna et quolibet dictorum modorum & nominum simul in solidum, & de per se ex parte alia, & quilibet eorum de liberate, & ex certa scientia &c. & omni meliori modo &c. fecerunt & reddiderunt, sibi inuicem & uicissim, unus alteri & econuerso, solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus pacem & concordiam &c. osculo pacis uicissim interueniente. Generaliter de omnibus & singulis iniurijs asfaltis percussionibus &c. unī per alium, uel econuerso usque in præsentem diem illatis &c. cum armis uel sine &c. occasione brigarum &c. quæ erant, uel esse dicebantur inter dictas partes &c. Quæ omnia dictæ partes dictis modis & nominibus inter se remisertunt &c. & de omnibus et ling. processibus & condemnationibus &c. Et maximè & specialiter &c. de omni et toto eo, q̄ contra dictum Hieronymum in curia præsentis dñi Potestatis ciuitatis Flo. proceditur per uiam inquisitionis &c. Narres processum, & si secuta esset cōdemnatio, narres sententiam, et si non esset formata inquisitio uel instituta accusatio, narres delictū, Et promiserūt dictæ partes dictis modis et nominibus sibi in



sibi inuicem & uicissim &c. solemnibus stipulationibus &c. prædictam partem &c. semper firmam & incorruptam habere &c. perpetuis temporibus duraturam fore. Quæ omnia &c. promiserunt &c. perpetuè firma & rata habere &c. et attendere &c. sub pœna florenorum mille auri largorū applicanda, p̄ una dimidia cameræ & fisco cōmunis Flo. licet absentī et mihi L. ut publicæ personæ, pro dicta camera, & fisco recipienti & stipulanti &c. p̄ alia dimidia applicanda, parti offensæ & prædicta seruanti. Quæ pœna &c. qua pœna &c. pro quibus &c. obligauerunt &c. renunciauerunt &c. quibus præcepti per garantigiam &c. Rogans &c.

## INSTRUMENTOR VM super Ecclesiasticis negocijs confi ciendorum, Liber vnus.

### Instrumentū nominationis, præsentationis, et possessionis per procuratorem.

**I**N nomine dñi amen. Año ā natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo N. &c. Indictione N. die uero N. mensis N. pontificatus sancti ihs. in Christo patris et dñi nostri, dñi N. diuina p̄uidencia pape N. año N. coram uenerabilib. circūspectis dñis N. N. & N. canonicis capitularib. ecclesie N. diocæsis, ipsis inibi in libreria iam dictæ ecclesie capitulariter cōgregatis, & cōuocatis, eiusdē capituli maiorē partē, tunc faciētes & representantes, inq̄ mei notarij publici, testiumq̄ infra scriptorū ad hoc specialiter uocatorū & rogatorum presentia, p̄sonaliter cōstitutus uenerabilis dñs N. de N. prædictæ ecclesie N. decanus, dixit et præposuit beneficium seu officium subcustodiæ, eiusdem ecclesie N. per obitum quondam honorabilis dñi N. de N. earundem beneficij & officij ultimi et nouissimi possessoris, extra Romanam curiam, & in partib. defuncti, uacare, quorū quidem beneficij & officij collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio, ad uenerabilem dñm N. canonicū & custodem, ecclesie prædictæ, tunc absentem & in Romana curia existētem, ex parte eiusdem custodis sue, quotiēs illa uacare cōtigerit, pleno iure & ex antiqua hæcenus legitimè introducta atq̄ seruata cōsuetudine pertineret, qui quidē dñs N. custos se dñm N. de N. decanū ante ipsius ad Romanam curiā recessum, in suū legitimū fecisset et ordinasset procuratorē, ipsius dñi N. custodis nomine, et pro eo ipso, sic in Romana curia existente, absentia, aliquod seu alia qua beneficium uel beneficia, ipsi dño N. prædicto canonicatus et præbendæ suorū prædictorū, desuper erecta, seu etiam ratione dicti sui officij custodiæ, in supradicta ecclesia N. seu extra uacante seu uacatura, ad cōferendū debita seu debentia, huiusmodi beneficium uel beneficia, cuiuscūq̄ personæ ad hoc aabili cōferendū, nominandū, supradictis dñis N. et capitulo presentandū, seu prouidere faciendū, iuxta et secundū quoddam prothocollū, per honorabilem dñm N. notariū publicum, ut apparebat cōfectū et subscriptū, quod tunc exhibuit & legi fecit. Quo sic lecto, & ad huiusmodi pro sufficiente habito dñs N. de M. Decanus supranominatus eo quo supra procuratorio nomine dñis N. et capitulo supradictis honorabilem d. N. de N. clericū N. diocæsis, ibidem presentem tanq̄abilem & idoneum ad præfatum beneficium seu officium subcustodiæ tenendum, regendum & gubernandum præsentauit, & ut moris, nominauit. Supplicans cum eodem &c. In forma cōmuni aliorum instru-



## Artis Notariatus

mentorum possessionem &c. ipse nihilominus prius in manibus mei notarij publici infrascripti, solemniter stipulanti se propter carentiam ex tunc libro statutorum ecclesie N. supradictae, si speciale iuramentum beneficij & officij subcustodiae esset, se illud eciam cum liber statutorum praedictus apportaretur, postea etiam facturum prout illud in quodam instrumento publico habebatur & continebatur, praestitit & iuravit, huiusmodi sub tenore. Reliqua ut in alijs instrumentis possessionum.

## Præsentatio Juris beneficij patronatus Laicorum.

**V**enerabili ac circumspecto dño Officiali præposituræ ecclesie sancti B. opidi F. Con. de N. Sinceram charitatem, et quicquid poterit reuerentiæ et honoris, Ad perpetuū beneficium triū missarum in ecclesia sancti Petri in suburbio F. quæ fieri debent tribus, scilicet secunda, quarta & sexta ferijs in summo altari sancti M. ex eiusdē ecclesie, iuxta instaurationis tenorem. Quod quidem beneficiū quondam piæ memoriæ Caspar Comes pro salute animæ suæ per me dictum Contra. Bartholomei, eiusdem beneficij ultimi & nouissimi possessoris dum uixit. Cuius quidem præsentatio ac collatio, seu quæuis alia dispositio iuxta foundationis tenorem, quotienscunq; uacauerit seu uacare contigerit, ad me tanq; uerum collatorem spectare et pertinere dinoscitur. Ad beneficium tale regendum & obtinendū pleno iure discretum Balthas. de n. cler. Moguñ. diocel. purè propter deum, tanq; abilem & idoneum, uenerabilitati uestre dignum duxi præsentandum, nec non omnibus melioribus modis, uia, iure et causa & forma præsentato in dei nomine, per præsentem supplicationem humiliter unâ cū dicto præsentato, & pro ipso, quatenus eundē præsentatum diuinæ pietatis intuitu, iuxta uestri officij debitum ad dictum altare seu beneficium, pro ut ad uestrum spectat officium, instituere & inuestire dignemini, facien. sibi de uniuersis redditib. fructib. obueñ. iuribus et procurato. quibuscunq; ad dictum beneficium spectan. integraliter responderi. Adhibitis in his & circa præmissa solemnitatib. debitis & consuetis. In cuius rei testimonium sigillum meum proprium præsentibus duxi appendendum. Datum die 6. mensis &c. Anno &c.

## Instrumentum ad acceptandum et nanciscendum possessionem.

**A**Nno &c. xv. N. Indictione N. die uero N. mensis N. pontificatus nostri domini N. Papæ N. anno N. in mei notarij publici testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorū præsentia personaliter constitutus uenerabilis dñs N. Scolasticus ecclesie N. N. diocel. & altaris N. in N. eiusdem diocesis principalis principaliter pro se ipso, citra tamē reuocationem procuratorum suorum, per ipsum hætenus quomodolibet constitutorum, & omnibus melioribus modo &c. quibus melius debuit, fecit, constituit &c. in suum certum legitimum &c. procuratorem, actorem factorem &c. uidelicet, honorabilem dominum N. de N. presbiterum N. diocesis præsentem, & onus procurationis huiusmodi in se spontè suscipientem, solum & in solidum, ad supradicti domini constituentis corporalem  
realem



realem & actualem possessionem altaris N. prædicti, iuriumq; & pertinentiarum eiusdem petendū, recipi, poni, induci, & obtinendū, possessionemq; altaris illius recipiendum, apprehendendum & nanciscendum, seq; in huiusmodi possessionem defendi, sibiq; de illis iuribus, fructibus & redditibus, uniuersis responderi faciendum, fructus, redditus & pertinentias altaris supradicti leuandum & exigendum, locandum, arredandum, de leuatis quittandum.

Et quodlibet licitum & honestum iuramentum, si necesse fuerit, præmissorū occasione, in animam sui principalis prædicti præstandum & iurandum, dictumq; altare supradicti domini constituentis nomine, & pro eo in diuinis rogandum &c. Et si necesse, uel plures procuratores loco sui substituendum & reuocandum &c. Et generaliter omnia & singula alia faciendum, dicendum gerendum, & exercendum &c. quæ in præmissis quomodolibet fuerint necessaria & oportuna. Etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale &c. Et ipse dominus constituens met faceret, si præmissis interesset in forma meliori.

### Instrumentū ad capiendum possessionem.

In mei Notarij publici testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus dominus N. Custos & Canonicus ecclesiæ N. N. Diocæsis principalis principaliter pro se ipso, citra tamen reuocationem procuratorum suorum, per ipsum hactenus quomodolibet constitutorum reuocatione, sponte & eius certa scientia, omnibus melioribus modo, forma, iure & causa, quibus melius & efficacius potuit et debuit, constituit, fecit, & solemniter ordinauit, in suum certum & legitimum & in indubitatum procuratorem, specialem & generalem, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, actorum, factorum, negotiorumque suorum infrascriptorum, uidelicet, honorabilem dominum N. plebanum in N. diocæsis M. præfatæ, absentem tanquam præsentem, solum & insolitum, ad petendum & obtinendum, sibi dicti domini constituentis nomine & pro eo Canonicatum & præbendam in ecclesia N. diocæsis N. supradictæ, per obitum quondam domini N. illius dum uixit ultimi possessoris, & extra Romanam Curiam, ac partibus, seu alijs quocunq; modo uacante, de quibus dño constituenti supradicto, per sanctissimum in Christo patrem, & dominum nostrum dominum N. Papam N. gratiosè prouisum fuerat, à uenerabilibus dominis Præposito, Decano & Capitulo ecclesiæ eiusdem, seu quocunq; alio ab hoc potestatem habente conferri, seq; in corporalem realem & actualem possessionem canonicatus & præbendæ prædictorum induci, ac stabulum in choro, et locum in capitulo, cum plenitudine iuris canonici assignari, ac possessionem canonicatus et præbendæ prædictorum, cum omnibus et singulis iuribus et pertinentijs, earundem intrandum, apprehendendum, nanciscendum et adipiscendum, seq; in huiusmodi possessionem poni, induci et defendi faciendum, sibiq; dicti domini constituentis nomine auctoritatem canonicatus, et præbendæ fructibus, redditibus, prouentuum iuribus obuentuum uniuersis integrè responderi, petendum, exigendum, leuandum et recipiendum, nec non de obseruandis statutis et consuetudinibus ecclesiæ supradictæ, in animam ipsius domini constituentis, solitum et quodlibet alterius generis licitum iuramentum præstandum, ipsosq; fructus, redditus et prouentum supradictos uendendum, arredandum, locandum, ac ad firmam seu annuam pensionem, quibuscunq; personis dandum et concedendum, in diuinis laudabiliter regi faciendum, ac de perceptis et leuatis quitantiam fiendum ac etiam pacum de ulterius non petendo faciendum.



**Instrumentum possessionis per Notarium  
traditæ vigore translationis.**

In nomine dñi Amen. Anno à Natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo N. Indictione N die uero N. Mensis N. pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini N. diuina prouidentia Papæ N. anno N. in mei Notarij publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum, presentia personaliter constitutus uenerabilis dominus N. canonicus ecclesiæ N. diocæsis N. principalis principaliter pro se ipso habens & tenens in manibus suis quasdam patentes literas translationis, sigillo uenerabilis domini N. scolastici ecclesiæ N. opidi supradicti commissarij & executoris, in cera uiridi in pressula pergamenea impendente, sigillatas ac alias debite roboratas, super translationem prouisionem, collationem altaris tituli beatæ N. & sanctæ N. in cœnobio monialiũ sanctæ N. opidi N. supradicti confectas, prout in eisdem translationis literis, plenius dicitur contineri. Et me Notarium publicum infrascriptum, quatenus uigore et auctoritate literarum prædictarum, actualement uidelicet, post quarum in eisdem literis positæ, nec non mandati desuper mihi facti, subq; cœsuris, & pœnis inibi contentis & comprehensis sibi corporalem, realem & actualement possessionem, prænominati altaris beatæ N. & sanctæ N. cum suis iuribus & pertinentijs uniuersis tradere, ipsumq; effectualiter inducere requisitum. Ego tunc Notarius subscriptus, sic ut præmittitur requisitus, in uim mandati supradicti domini commissarij, & executoris, in hac parte mihi facti uolens & tenere illum obedienter parere præfatum dominum N. principalem, in literisq; translationis supradictis principaliter nominatis in corporalem, realem & actualement possessionem altaris beatæ N. & sanctæ N. præfati, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum, per tactum cornu altaris, eisdem in manus eius tradidi, ac libri calicis & ornamentorum assignatione, & diuinorum commissione, posui & induxi, si biq; quantum in me fuit, de omnibus & singulis fructibus, & emolumentis respondendi. Mandatum insuper omnibus & singulis reddituarijs, pensionarijs, & colonis eiusdem altaris, quatenus sub pœnis & cœsuris in præfatis literis translationem, ut præmittitur, contentis & comprehensis, de fructibus & redditibus uniuersis sibi domino N. principali, seu eius legitimo procuratori, ad hoc mandatum habente, responderent seu responderi, quantum in eis fuerit, realem & cum effectu facerent. Super quibus omnibus &c.

Quia dictorum, requisitioni, possessioni, traditioni, fructuum responsioni, mandati interpositioni, omnibusq; alijs &c.

**Instrumentum possessionis translationis.**

In nomine domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo N. Indictione N. die uero N. Mensis N. pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini N. diuina prouidentia Papæ N. Anno N. in Sacristia ecclesiæ sanctorum N. & N. diocæsis N. Coram uenerabilibus & honorabilibus dominis N. scolastico N. Cantori N. N. N. & N. canonicis capitularibus capitulũ, eiusdem ecclesiæ tunc facientibus & representantibus capitulariter conuocatis & congregatis, inq; mei notarij publici, & testium infrascriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum, presentia personaliter constitutus uenerabilis dominus N. presbiter N. diocæsis



caſis, principalis habens & tenens ſuis in manibus quaſdam literas prouiſio-  
nis Reuerendiſſimi in Chriſto patris & domini, domini N. miſeratione diui-  
na epiſcopi N. ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cardinalis N. Patriarchę Iheroſoli-  
mitanę, per uniuerſam germaniam, & quorum alia loca, ad quæ ipſum diuer-  
ſi contigerit, dñi noſtri papæ, & ſedis apoſtolicæ legati ſibi à prælibato reue-  
rendiſſimo dño N. epiſcopo, Cardinali & Legato, deſuper canonicatu & pre-  
benda in eccleſia ſanctorum N. & N. opidi N. N. quam ultimo uenerabilis  
dñs N. clericus N. diocæſis, in eadem eccleſia, ultimo habuerit & poſſederit  
gratiſe conceſſis, ad quas quidem canonicatum & prebendam idem dñs  
N. als una permutatione, quemadmodũ in eiſdem literis ſupradicti reueren-  
diſſimi dñi cardinalis epiſcopi & legati ac proceſſibus inde ſecutis, pleniſcõ  
tinetur & haberetur, tranſatus eſſet, præfatos dños ſcolasticum & capitulũ  
monuit, requiſiuit ac humiliter petijt, quatenus ipſum earundem literarum  
reuerendiſſimi dñi cardinalis epiſcopi & legati ſupranominati & proceſſũ  
deſuper fulminatorum uigore, in & ad corporalem realem & actualem poſ-  
ſeſſionem dictorum canonicatus & prebendæ admittere, ſtabulũ ſibi in cho-  
ro & locum in capitulo, cum plenitudine iuris canonici assignarent, ſibiq; de  
ipſorũ fructibus redditibus & prouentibus, iuribus & obuentib; uniuerſis re-  
ſponderent literis, quę huiusmodi apoſtolicis in omnib; & per omnia ſub pœ-  
nis & ſententijs in eiſdem deſcriptis & contentis, realiter & cum effectu pa-  
rerent. Ad quas quidem monitioni & requiſitioni per ipſum magiſtrum N.  
ſic ut præmittitur factis, ſupradicti dñi ſcolasticus & capitulum matura deli-  
beratione inter ſe præhabita uolens, ſupranominati reuerendiſſimi dñi Car-  
dinalis epiſcopi & legati obedire mandatis, ſupradictum dominũ N. princi-  
palem inſtanteſ requirentem, & id fieri petentem, ad ſupradictum canonicatum  
& præbendam admittendum duxerunt, & amiſerunt, iuramentumq; per  
canonicos prædictæ eccleſiæ de obſeruandis ſtatutis & conſuetudinibus præ-  
ſtari ſolitum & conſuetum, in libro ſtatutorum eiſdem eccleſiæ deſcriptũ,  
ab eodem dño N. principali receperunt. Qui quidem dñs N. principalis iam  
dictus iuramentũ ſupradictũ tactis per eũ ſcripturis ſacroſanctis, ad ſancta dei  
euangelia corporaliter iurauit & preſtitit. Quo quidem iuramento, ſicut præ-  
mittitur, preſtito, ſupradictus dñs ſcolasticus ſui & totius capituli nominib;  
dño N. principali ſæpedito recepto, amiſſo & iurato dictorũ canonicatus  
& præbendæ, cũ omnib; iurib; & pertinentijs ſuis per bñeti traditionem, &  
capitis ſui impoſitionem, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, poſſeſ-  
ſionem realem, corporalem & actualement tradidit & assignauit, ducens deinde eũ  
dem dominũ N. principalem indutum religione in chorũ, locumq; & ſtallũ  
dextri lateris introitus chori, ut moris eſt, cum iſtius uerſiculi, trina repetitio-  
ne: hæc requies mea in ſeculũ ſeculi, hic habitabo, quontam elegi eam: trina re-  
petitione assignauit. Ex tunc honorabilis dñs N. uicarius & ſubcuſtos dictę  
eccleſiæ, ſæpeditũ dominũ N. principalem ad campanulam, inibi in cho-  
ro pendenteſ duxit quam trahendo pulſauit, in ſignum uerę, realis, actualis  
& corporalis poſſeſſione dictorum canonicatus & præbendæ, iuriumq; &  
pertinentiarum eorundem integre adeptionis. Super quibus omnibus &c.  
dictus.

### Instrumentum poſſeſſionis.

In nomine domini Amen. Anno à Natiuitate eiſdem Milleſimo quin-  
gentefimo N. Indictione N. die uero N. menſis N. pontificatus ſanctiſſimi  
in Chriſto patris, et domini noſtri, domini N. diuina prouidentia papæ N.  
coram uenerabilibus et honorabilibus dominis N. Decano N. ſcolastico N.  
Cuſtode N. N. et N. Canonicis et capitularibus eccleſiæ N. capitulum ec-



## Artis Notariatus

clesiæ, eiusdem tunc facientes et representantes inibi loco capitulari solito capitulariter congregatis et conuocatis, in mei Notarij publici, testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum presentia, personaliter constitutus uenerabilis dominus N. canonicus dictæ ecclesiæ N. principalis principaliter pro se ipso habens & tenens suis in manibus quasdam parentes literas translationis Sigillo uenerabilis & egregij uiri dñi N. utriusq; iuris doctoris Canonici ecclesiæ N. Maguntia ac reuerendil. domini dñi archiepi scopi N. confirmati in spiritualibus uicarij & commissarij, & executoris in cera uiridi in pressula progamea, appenden. sigillatas, manuq; honorabilis domini uiri N. Notarij publici, ut apparebat subscriptis ac alijs, in quib. siquidem literis translationis N. principalis supradictus in & ad canonicatum & præbendam, quam in eadem ecclesia N. uenerabilis & egregius uir dominus N. supradicti reuerendissimi dñi, dñi N. archiepiscopi N. &c. Cancellarius obtinuerat & possederat una permutatione transfatus fuerat, pro ut in dictis literis translationis latius continebatur. Et præfatos dominos Decanum & capitulum, quatenus ipsum literarum translationis uigore in canonicum & confratrem admittere & recipere, sibiq; dictorum canonicatus & præbendæ realem, corporalem, & actuaalem possessionem tradere, atq; stallum sibi in choro, in capitulo cum plenitudine iuris canonici assignare, necnon de illarum fructibus, redditibus, iuribus, prouentibus & obuentib. respondere, literisq; translationis supradictis, in omnibus & per omnia, realiter & cum effectu, obedire dignatentur requisuit, & illud offerens ad consueta fieri solitis paratum. Ad quas quidem requisitiones per ipsum dominum N. principalem supradictum, ut præmittitur factis, supradicti domini Decanus & capitulum matura deliberatione, inter se præhabita, uolentes literis translationis & mandatis inibi contentis obedire, dominum N. principalem supranominatum ad canonicatum, & præbendam supradictas admittendum duxerunt, & admiserunt, iuramentum quoq; per canonicos præfata ecclesiæ N. de obseruandis statutis & consuetudinibus illius præstari solitum, & consuetum in libro statutorum descriptum ab eodem domino N. principali receperunt. Qui quidem dominus N. principalis sæpe dictus supradictum iuramentum, tactis p. eum scripturis sacrosanctis, ad sancta dei Euangelia, corporaliter prestitit & iurauit, quo iuramento sic prestito supradictus dominus Decanus, suo & totius capituli nominibus dicto N. principali recepto, admissio & iurato dictorum canonicatus & præbendæ, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, per Bireti traditionem & capiti etus impositionem, possessionem realem & actuaalem, in nomine patris & filij & spiritus sancti tradidit, et deinde eundem dominum N. principalem inductum, religione in chorum ecclesiæ eiusdem induxit, & sibi locum & stallum in dextro latere, introitus chori ut moris est, cum istius uersiculi: *Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam, trina repetitione assignauit, duxitq; eundem dominum N. principalem ad campanulam inibi pendentem, quam idem trahendo pulsauit, & deinde ad domum, ad canonicatum & præbendam prædictis suis N. pertinen. tradendo sibi annulum ianue & clauium, dominus instituens ipsum dominum N. in possessionem eiusdem domus in signum uere realis & actualis possessionis canonicatus, & præbendæ prædictorum, iuriumq; pertinentiarum, earundem integræ adoptionis. Supra quibus omnibus &c.*

**Inductio in possessionem episcopatus in vim  
literarum apostolicarum.**



In nomine domini Amen. Anno &c. Coram uenerabilibus & circumsp<sup>ectis</sup> uiris dominis n. archidiacono de n. & n. archidiacono de n. canonicis de capitulo cathedralis ecclesie n. ceterisque canonicis personis & capitularibus, dicte ecclesie n. inibi simul congregatis & conuenientibus, in loco suo capitulari ad sonum campanę pulsate, iuxta usum & consuetudinem ipso<sup>rum</sup> hactenus obseruatis, uocatis in mei notarij publici & testium infra scriptorum ad hoc uocatorum specialiter & rogatorum presentia, personaliter constitutus, uenerabilis uir dominus n. decretorum Doctor, literarum apostolicarum scriptor, procurator procuratorio nomine Reuerendiss. patris domini n. episcopi n. prout de sua procurationis mandato, per quoddam publicum instrumentum, quod ibidem presentauit, & ondit legitimis constat documentis & quasdam literas apostolicas electionis, seu prouisionis episcopatus, dicte ecclesie n. dicto domino n. per prefatum dominum nostrum Papam, gratiose concessam, quarum tenores propter earum prolixitatem obmitto, ibidem presentauit & legi fecit. Quarum quidem literarum apostolicarum uigore idem dominus n. procurator nomine quo supra procuratorio dictos capitulum, aliasque personas singulares & capitulantes predictos, quos ipsum nomine prefati domini n. de n. in & ad corporalem, realem & actualē possessionem dicte ecclesie, & episcopatus n. cum omnibus iuribus & pertinentiis suis ac oneribus & honoribus, iuxta & secundum earundem literarum apostolicarum uim, continentiam & tenorem, sub poenis sententijs & censuris in eisdem contentis ponerent & inducereut, debita cum instantia postulauit. Qui quidem domini de capitulo singulaque personae, capitulantes predictae, ad statim supradictas literas apostolicas obediē. filij ad se recipiē. & eisdem obediē. uolentes, eundem dominum n. procuratorem, in personam dicti domini n. in realem, corporalem & actuale possessionem dicte ecclesie & episcopatus n. cum decantatione & solemnitatibus, in talibus fieri solitis & consuetis receperunt & induxerunt, & in sede episcopali, in choro & loco & capitulo, eiusdem ecclesie n. sedere fecerunt, necnon possessionem audientiae dicte ecclesie, quae tenetur modo in capella domini n. olim episcopi n. in eadem ecclesia n. ac in domum siue palacium episcopale n. eundem dominum n. procuratorem nomine, quo supra procuratorio, cum solemnitatibus, in talibus solitis & consuetis induxit, & eandem domum, siue palacium episcopale eidem n. nomine procuratorio, quo supra assignarunt, recepto primitus ab eodem domino n. procuratorio nomine, quo supra corporali iuramento, quod propter hoc ad preces dictorum minorum de capitulo & aliorum predictorum in manibus mei notarij publici infra scripti, in animam dicti domini n. prestitit, de obseruando omnia priuilegia, immunitates antiquas consuetudinibus dicte ecclesie & episcopatus, & quod si aliqua consuetudines antiquae essent uiolatae in dicte ecclesia, & episcopatu & episcopis, bene faciatis eas seruari. Super quibus &c.

### Inductio in possessionem parochialis collatae auctoritate ordinaria, per executores.

In nomine domini Amen. &c. Constitutus uenerabilis & circumsp<sup>ectus</sup> uir dominus n. presbiter rector parochialis ecclesie n. habens & tenens in suis manibus quasdam collationē. & prouisionē. factarum de dicte parochiali ecclesia patē. literas, per Reuerendissimum in Christo patrem, & d. d. Nicolau miseratione diuina, tituli sanctae Ceciliae, sacrosanc. Ro. ecclesie pb<sup>ri</sup>m cardinalem Theaneū, eidem concessas, eiusque Reuerendissimi domini cardina<sup>lis</sup>



## Artis Notariatus

na p̄ sigillo, cera rubea, alba circumdata, cum cordono fili rubei impende. si  
gillaris, sub anno, Indictionē, & p̄o. prædictis, ac die xx. mensis Junij, illas ue  
nerabili & circumspecto uiro dño n. Canonico Regino præfati Reuerendis.  
domini Cardinalis, auditori commissario, & executori unico in eisdem lite  
ris collationis, prouisionis, specialiter deputato, præfati & recipienti, ad ma  
nus realiter tradidit, eum q̄ uigore & auctoritate earundem literarum, ut ip̄  
sum in corporalem realem & actualem possessionem dictæ parrochialis eccle  
siæ, de qua sibi certo modo, tunc uacant. fuit per præfatum Reuerendissimū  
d. cardinalē prouisum, prout in eisdem literis continetur, iuriumq̄ & perti  
nent. ipsius poneret & induceret, iuxta illarum formam & tenorem debite  
requisiuit. Qui quidem n. Commissarius & executor præfatus receptis pri  
mo præfatis Reuerendissimi domini cardinalis, cum honore & reuerentia,  
quibus decet literis, attendens requisitionem huiusmodi fore iustam & con  
sonam rōni, ut & tanquam uerus obedientiæ filius dictum dominum n. in  
corporalem, realem & actualem possessionem parrochialis ecclesiæ, iurium  
q̄ & pertinen. prædictorum, per traditionem tactum & palpationem clauis  
introitum ad altare, & pulsationem campanarum, eiusdem ecclesiæ nemine  
contradicente posuit & induxit. Et nihilominus omnibus & singulis ipsi  
us ecclesiæ utriusq̄ sexus parrochianis, ut dicto domino n. tanquam uero re  
ctori ipsius ecclesiæ, uel eius legitimo procuratori, de fructibus redditibus &  
prouentibus dictæ ecclesiæ suis loco & tempore, congruis & oportunis re  
sponderent, præcepit & mandauit. De & super quibus &c.

### Instrumentum possessionis præbendæ, vigore nominationis, in Capitulo per Canonicum.

In nomine domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem millesimo quingen  
tesimo N. Indictione N. die uero Mensis N. pontificatus sanctissimi in Chri  
sto patris, & domini nostri domini N. diuina prouidentia Papæ, N. coram ue  
nerabilibus & circumspectis uiris dominis N. Decano N. scolastico N. N.  
custode N. N. & N. canonicis capitularibus ecclesiæ N. diocæsis N. capitu  
lum eiusdem ecclesiæ, pro tunc inter se canonicos capitulares, in eadem eccle  
siæ facieñ, et illud repræsentant. inibi in sacristia in loco capituli solito capitu  
lariter congregatis & conuocatis, in mei notarij publici, testiumq̄ in frascripto  
rum, ad hoc specialiter &c. præfati personaliter constitutus, honorabilis  
dominus N. presbiter N. diocæsis principalis principaliter pro se ipso. Et  
quia canonicus & præbenda per obitum uenerabilis domini N. extra Roma  
nam, et in partibus defuncti, quos quidem dominus N. dum uiueret in eadem  
ecclesia N. ultimō habuit, uocare ceperunt, & uacarent de præfati. Cum au  
tem dominus N. scolasticus & canonicus, ad supradictos ut canonicos eccle  
siæ eiusdem, ex quadam turno seu ordinatione nominandi, alios ad canonicas  
rus & præbendas, seu alia beneficia eiusdem ecclesiæ uacant. seu uactura de  
consuetudine diutissimè introducta, & iure approbata, ex tunc ad supradic  
tas canonicatum & præbendam, sicut præmittitur, uacante quam uellet saltē  
abilem & idoneam personam nominare, & præsentare haberet. Quare idē  
dominus N. iam dicto domino N. scolastico & canonico capitulari, se dñm  
N. principale prædictum ad prelibatos canonicatum & præbendam, ut  
præmittitur, seu alias quouis modo in eadem ecclesia uacant. nominare, dictis  
quedñis Decano et capitulo, sibi de illis prouidendū & præsentare dignare  
tur



tur, humiliter eum propter deum supplicauit. Qui dominus N. Scolasticus & canonicus præfatus habita deliberatione. In primis quidem per nominationem suam huiusmodi quam facere intenderet mandatis, seu literis apostolicis quibuscunq; seu etiam precibus primarijs Reuerendissimi domini domini N. archiepiscopi N. nequaquam contrarium facere uellet. Et quod nisi sua huiusmodi nominatio sortiretur effectum, illam uelle sibi referuari saluam & illesam. Ita & præterea quod postea nihilominus iterum loco nominationis seu præsentationis suæ huiusmodi fundeñ. nominare & præsentare posset & ualeat, protestatus fuerat, et protestabatur publicè et expresse. Assentiensq; dicti domini N. principalis supplicationib; supradictis iure turani, seu ordinatione præfatis prælibatum dominum Scolasticum et Canonicum capitularem ex ordine, tunc ut præmittitur contingeñ, eundem dominum N. principalem prædictum, ibidem presentis instantem, et id fieri petentem. Omnibus melioribus modo, uia, iure, causa et ordine, quibus melius, tutius et efficacius potuit et debuit, tanquam abilem et idoneum, ad præfatas canonicatum et præbendam obtinendam præmisso, seu alias quouis modo uacantiũ prædictis dominis Decano et capitularibus canonicis ecclesiæ præfate, nominationem, et præsentationem, dixit pariter et nominauit et præsentauit eundem, eosq; dominos Decanum et capitulum, una cum eodem domino N. principali, quatenus eundem dominum N. per ipsum sic, ut præmittitur nominatum et præsentatum, ad prælibatos canonicatum et præbendam admittere, sibiq; de illis auctoritate sua ordinare, providere, ac in et ad ipsorum iurium et pertinentiarum omnium eorundem possessionem realem, actualem et corporalem, uel quasi inducere, et sibi stallum in choro, et locum in capitulo cum plenitudine iuris canonici assignare uellet, petijt, exhortabatur fideliter et rogauit, domini itaq; Decanus, et capitulum prædicti, præhabita inter se deliberatione maturata, nominationi præfati domini Scolastici et Canonici, ac petitionibus et exhortationibus indeseruitis supranominatum dominum N.

### Instrumentum Receptionis ad Capitulum.

In nomine domini Amen. Anno à Natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo N. Indictione N. die uero N. mensis N. in ecclesia N. diocesis N. inibi in loco capitulari solito, dñs N. Decano, N. Cantori, N. Custode, N. N. & N. Canonicis capitularibus eiusdem ecclesiæ, Capitulum tunc facientib; & representantib; capitulariter conuocatis & congregatis, inq; mei notarij publici, testiumq; infra scriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constituti uenerabiles domini N. Scolasticus & capitularis, & dominus N. nondum capitularis ecclesiæ iam dictæ canonici. Idem dominus N. dixit, proposuit & allegauit. Cum ipse al's se ad capitulum eiusdem ecclesiæ post residentiam suam recipi ab ipsis dominis Decano & capitulo petijt dñs N. Scolasticus, ne admitteretur & reciperetur sibi impedimento fuisset, dicens se dominum N. supra canonicatum & præbendam, quas in eodem ecclesia obtineret, esse inquietum, quapropter ipse dñs N. ipsum dñm coram Scolastico sanctæ N. sedis iudicibus conuenisset, in quo iudicio & in primo termino iam dictus dñs Scolasticus per procuratorem suum magistrum N. narrata in literis monition. pœnalis. propterea contra ipsum dominum Scolasticum ab eo obtentam, diffessus fuisset, Attamen si cæteri domini de capitulo beatæ N. prædicti contenti sint, ipsum dominum N. ad capitulum recipere & admittere, Sit ipse dominus Scolasticus de hoc pariformiter contentus eundem dominum N. ad capitulum admittere, neq; ipsum



## Artis Notariatus

sum uelle impedire iuxta quasdam literas eiusdem recessus in forma solita & autentica sigillo dictorum dominorum iudicum sedis N. predictæ sigillatas, per eundem dominum N. tunc exhibitas, quare sic ad capitulum se recipi & admitti, locumq; in capitulo, & stallum in choro, cum plenitudine iuris canonici, in eodem assignari, per præfatos dominos Decanum & capitulum, iterum petijt & humiliter supplicauit dñs N. Scolaſticus ibidem præſens se tunc, quando prælibatus dominus N. se ad capitulum recipi petiſſet, tunc in capitulo se audiuiſſe propoſuiſſe, quæ animũ ſuum dubium feciſſent, anne illis modo abſentẽ idem dominus N. tanquam quietus ad capitulum recipi deberet, nec ne, pro quorum dubiorum diſcuſſiõ. ſe etiam ad Reuerendiſſimum dominum noſtrum Archiepiſcopum N. eius in ſpiritalibus uicarium retuliſſe. In quibus tamen allegatis ſuis modo non abſentẽ. ipſe Scolaſticus tunc dominum N. ſi ſaltem ceteri domini Decanus & capitulum ipſum ſuſcepiſſent, admitti contentus fuiſſet, pro ut in prothocollis, de ſuper confectis latius continetur, & habetur, quare & modo contentus ſit præſentis perſona, ut idem ad capitulum reciperetur, ſi ceteri domini Decanus & capitulum ipſum dominũ N. ad capitulum recipere uellent, ſicq; ut præmittitur, uotum ſuum prius datum intelligi uellet, & non aliter alio modo dixit & proteſtatus fuit, domini uero Decanus & capitulum ſupranominati præhabita inter ſe deliberatione, quæ dominus N. Scolaſticus per procuratorem ſuum N. in iudicio diſceſſus eſſet, narrata in monitorio pœnali contra ipſum præmiſſorum occasione, ut præmittitur emanato contenta. Igitur ipſi dñi Decanus & capitulum ipſum dñm N. ſic & ex tunc ad capitulum recipere & admittere uellent, per argumẽ. domini N. Cantoris ſupranominati reſpondendum duxerunt & reſponderunt. Qz dominus N. ſe iactaſſet habere gratiam expectationis, & ius ad prædictos canonicatum & præbendam ipſius domini N. atq; uidiſſe quandam miſſiuam ex Romana curia, continentem dominum N. eſſe ea occasione citatum, nec non quandam publicat. propterea affixam, dicereturq; ipſum dominum N. habere ceſſiõ. à N. aduerſario ſuo, quæ quidem animum ſuum, ut in originali. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, quoniam ſam dicti dñi Decanus & capitulum, quoniam dominus N. Scolaſticus & N. ſibi à me Notario publico &c.

Actum N. mane hora N. præſentibus N. & N. uicarijs teſtibus.

## Collatio canonicatus præbendæ per liberam reſignationem.

**I**ohannes dei gratia Epicoſopus n. dilecto nobis in Chriſto n. noſtro canonico n. magiſtro in artibus. Salutem in domino ſempiternam. Literarũ ſcientia, uitæ ac morum honeſtas, aliaq; probitatis & uirtutum merita, quibus fidedigno commendariſ teſtimonio, nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaq; canonicatus & præbenda eccleſiæ noſtræ N. quos nuper dilectus noſter n. ipſius eccleſiæ, tunc canonicus præbendatus obtinebat, per liberam reſignationem ipſius n. de eiſdem in manibus noſtris, ſponte factam, & per nos noſtra auctoritate ordinariẽ admiſſam uacare noſcantur ad præſens. Nos præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, & conſideratione, canonicatum & præben. prædictos ſic uacant. cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinen. ſuis tibi eadem auctoritate noſtra ordinariã, tenore præſentium conferimus & assignamus, ac de his etiam pro uidemus, teq; coram nobis propter hoc, perſonaliter conſtitutum in corporalem poſſeſſionem canonicatus & præbendæ, iuriumq; & pertinen. prædictorum



rum, per annuli nostri traditionem inducimus & inuestimus de eisdem recepto per nos à te, quòd nobis & successoribus nostris episcopis N. obediens eris & fidelis, ac sanctæ matris ecclesiæ, nostrisq; & successorum nostrorum parebis mandatis, eidemq; ecclesiæ secundum ipsius statuta consuetudines ordinationes & legitimas deseruias & deserui facies in diuinis, iuraq; & libertates ipsius ecclesiæ ac canonicatus & præbendæ prædictorum manu tenebis & defendes pro posse, nihilq; quod ad dictos canonicatum & præben. spectabit & pertinebit, alienabis seu distrahes, alienataq; & distracta ad ius & proprietatem dictorum canonicatus, & præbendæ reduces & reduci procurabis pro posse, ad sancta dei euangelia corporali iuramento. Vobis omnibus & singulis personis ecclesiasticis Decano, capitulo, canonicis & personis dictæ nostræ ecclesiæ, alijsq; Notarijs & tabellionibus publicis, per ciuitates et dioc. nostras constitutis, subditis nostris tenore præsentium committimus & mandamus, quòs uos, aut alter uestrum qui super hoc requisiti, uel fuerit requisitus, ad prædictam ecclesiam accedatis seu accedat, cumq; N. uel procuratorem suum eius nomine, auctoritate & uice nostris, in corporalem, realem & actualem possessionem canonicatus & præben. iuriumq; & pertinen. prædictorum inducatis & defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore ac eundem N. uel procuratorem suum eius nomine, ad eandem præben. in præfata ecclesia N. in canonicum recipi faciatis, & recipi faciat, & in fratrem, stallūq; sibi in choro, & locū in capitulo ipsius ecclesiæ, cum plenitudine iuris canonici assignetis, sibiq; de ipsorum canonicatus & præben. fructibusq; reddi. prouen. iuribus & obuen. uniuersis integrè respondeatis & faciatis ab alijs, quantū in uobis fuerit, plenarie et integrè responderi. Contradictores &c. In quorum omnium &c. Irem similiter facies literam de canonicatu & præben. ecclesiæ, collegiatæ per simplicem resignationem uacant.

### Collatio de Scolastria uacant. per simplicem resignationem.

**I**acobus dei & apostolicæ gratia episcopus N. dilecto nostro magistro N. Scolastico ecclesiæ nostræ N. decretorum doctori. Salutem in d. semp. Literarum scientia &c. ut in præceden. Cum itaq; Scolastria ecclesiæ nostræ N. quam nuper uenerabilis uir N. tunc dictæ ecclesiæ Scolasticus obtinebat per liberam resignationem dicti N. de ea quam tunc obtinebat in manib. nostris spontè factam, et per nos auctoritate nostra ordinarie admissam liberè uacare noscatur ad præsens. Nos Scolastriam ipsam, quæ inibi dignitas non tamen post pontificalem maior existit, sic uacant. tibi cum omnibus iuribus & pertinen. suis præmissorum tuorum meritorum intuitu conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eadem, teq; coram nobis constitutum in corporalem possessionem, seu quasi Scolastriæ, iuriumq; & pertinen. prædictorū per annuli nostri in tuis manibus traditionem inducimus & inuestimus de eadem, recepto prius à te in nostris manibus, quòd nobis & successoribus nostris N. episcopis fidelis, & obediens eris & sanctæ matris ecclesiæ, ac nostris & successorum nostrorum parebis mandatis, iura & libertates dictæ nostræ ecclesiæ & Scolastriæ prædictæ manutenebis & defendes, pro posse onera ipsius Scolastriæ incumbentiā debitè supportabis, & eidem ecclesiæ in diuinis ratione dictæ Scolastriæ, deseruias & deseruire facies, nihilq; quod ad dictam scolastriam nunc pertinet, aut in posterum pertinebit, alienabis aut distrahes, sed alienata & distracta ad ius & proprietatem dictæ scolastriæ reduces & reduci procurabis pro posse, ad sancta dei euangelia corporali iuramen



## Artis Notariatus

to, Vobis propterea domino Decano canonicis & personis dictae nostrae ecclesie, praesentium tenore damus in mandatis, quous uos aut alter uestrum, qui super hoc per dictum N. uel procuratorem suum fueritis requisiti, seu fuerit requisitus, ad dictam ecclesiam accedatis, seu alter uestrum accedat, eundemque N. uel procuratorem suum eius nomine in corporalem, realem & actualem possessionem Scolastriae, iurium & pertineñ. praedictorum recipiatis amoto exinde quolibet illicito detentore, ac eundem N. uel dictum procuratorem, pro eo ad dictam scolastriam admittatis, ut est moris. Sibi de ipsius scolastriae, fructibus, redditibus, prouenñ. iuribus & pertineñ. uniuersis integrè respondatis, & ab alijs responderi faciatis. Contradictores auctoritate &c. compescendo. In quorum &c. Dat. &c.

### Collatio parrochialis per resignationem ex causa permutationum, pro canonicatu et praebenda.

**M**artinus dei gratia episcopus N. Dilecto nobis in Christo N. presbitero rectori parrochialis Ec. N. nostrae dioc. Sap. in d. semp. Desideria iusta petentium congruo favore prosequimur, & uotis eorum qui a rationis tramite non discordant, libenter exhibuimus nos promptum & benignum. Cum itaque hodie tu per teipsum canonicatum & praebendam Ec. N. et dilectus noster in Christo N. parrochialis Ec. N. nostrae dioc. quem obtinebat per dilectum nostrum n. procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum ex causa permutationum, de ipsis inter uos fiende, & non alias sponte & libere resignaueritis in manibus nostris. Nosque resignationem ipsas ex causa praedicta admisimus. Nos uotis tuis in hac parte fauorabiliter annuente, parro. Ec. praedictam per huiusmodi resignationem uacantem, tibi cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, auctoritate nostra ordinaria conferimus & assignamus ac prouidemus, etiam de eadem, ac te coram nobis personaliter constitutum in corporalem possessionem, seu quasi parrochialis Ec. iuriumque & pertineñ. praedictorum per annuli nostri traditionem, inducimus & inuestimus de eadem, praestito per te & per nos recepto, quod nobis & successoribus nostris episcopis N. fidelis & obediens eris, & sanctae matris ecclesiae, nostrisque & successorum nostrorum parebis mandatis, dictaeque ecclesiae in spiritualibus & temporalibus, ac in diuinis bene & laudabiliter deseruias & deseruiuri facies. Oneraque ipsius Ec. debite supportabis, & iura nostra persolues, terras, domos uineas, & alias possessiones, atque iura parrochialis ec. manutenebis & defendes pro posse, nihilque quod ad dictam ec. pertineat, alienabis uendes seu distrahes, sed alienata distracta & uendita ad ius & proprietatem dictae parrochialis ec. reduces pro posse, & reduci procurabis ad sancta dei euangelia corporali iuramento. Vobisque uniuersis & sing. personis ecclesiasticis ac Notarijs et tabellionibus publicis, aliisque officialibus & subditis nostris, qui super hoc per dictum N. uel procuratorem suum eius nomine fueritis requisiti, seu alter uestrum fuerit requisitus, damus tenore praesentium in mandatis, quous uos uel alter uestrum statim post requisitionem huiusmodi ad dictam parro. eccle. accedatis, seu alter uestrum accedat, ac eundem N. uel procuratorem suum eius nomine, in corporalem realem, & actualem possessionem parro. ec. iuriumque & pertineñ. praedictorum inducatis uice nostra, & defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac sibi de illius fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, etiam



etiam obuentibus uniuersis, respondeatis, & faciatis ab alijs, quantum in uobis fuerit plenarie & integrè responderi. Contradictores auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam compescendo. In quorum &c. Dat. &c.

**Collatio canonicatus et præbendæ resignatorum ex causa permutatiõ. pro alijs canonicatu et præbenda, cum insertione lumine episcopi, in cuius ecclesia sunt.**

**H**ENRICUS dei gratia, episcopus N. Dilecto nobis in Christo N. canonico N. magistro in theologia. S. in d. sempi. Desideria iusta petentium congruo favore prosequimur, & uotis eorum, quæ à rationis tramite non discordant, libenter exhibemus nos propiciam & benignam. Cum itaq; hodie tu per dilectum nostrum N. clericum nostræ dioc. canonicatum & præben. quos in nostra ecclesia N. obtinebas, & dilectus noster N. canonicatum & præben. quos in ecclesia N. similiter obtinebat, per dilectum nostrum N. procuratores uestros à uobis specialiter constitutos in manibus nostris, ex causa permutatiõ. de ipsis inter uos faciendæ, & non alias spontè & liberè resignaueritis. Nos resignatiõ. huiusmodi ex causa prædicta, & speciali commissione, per reueren. in Christo patrem d. N. dei gratia episcopum N. super hoc nobis in modum, qui sequitur factam N. dei gratia episcopum N. reuerendo in Christo patri, & domino N. dei gratia episcopo N. Salutem &c. recepimus & admisimus, nosq; uigore commissionis huiusmodi uotis, uestrisq; in hac parte fauorabiliter annuen. prædictos canonicatum & præbendam ecclesie N. cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis, tibi N. tenore præsentium conferimus & assignamus ac prouidemus, etiam de eisdem, teq; licet absentem, in personam dicti procuratoris tui coram nobis, propter hoc personaliter constituti, in corporalem possessionem, seu quasi canonicatum & præbendam iuriumq; & pertinen. prædictorũ, per anuli nostri traditionem inducimus et inuestimus, de eisdem præstito per te, in manibus nostris, quod eidem d. episcopo N. & successoribus suis episcopis N. si deperis & obediens, ac sanctæ m̄is ecclesie, eiusdem domini episcopi N. & successorum sust. prædictorum parebis mandatis iura libertatem ecclesie N. nec non canonicatus & præben. prædictorum, aduersus omnes manutenebis & defendes, eidemq; ecclesie rõe canonica. & præben. deseruias & deseruiri facies, laudabiliter in diuinis. Ac nihil quod pertineat ad eosdem canonicatum & præbendam alienabis, nec distrahes, sed alienata & distracta ad ius & proprietatem dictorum canonicatus & præben. reduces, pro posse & reduci procurabis. Quocirca uobis dominis Decano & capitulo ecclesie n. prædictæ uice & nomine dicti episcopi, præsentium tenore damus in mandatis, quatenus eundem N. uel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem & actualem possessionem canonicatus et præben. iuriumq; et pertinen. prædictorum recipiatis, amoto ab eis quolibet detentore, ac eundem N. uel procuratorem suum prædictum, ad eosdem canonicatum & præben. in præfata ecclesia N. in canonicum recipiatis et in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesie, cum dicti iuris plenitudine assignatis. Sibiq; de ipsorum canonicatus & præben. fructibus, redditib. prouentib. iuribus & obuentibus, uniuersis integrè respondeatis, & ab alijs plenarie & integrè responderi faciatis. In quorum omnium & singulorum &c. Dat. &c.



**Collatio facta per Decanum et capitulū de beneficio ad eorum collationem pertineñ.**

**V**Niuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis Io. de N. decretorum doctor, Decanus & capitulum eccleſiæ N. Salutem in eo, qui uiuit et regnat ſine fine. Cum itaq; cappellania ad altare ſanctæ N. ſitū in eccleſia noſtra N. cuius collatio prouifio & omnimoda diſpoſitio ad Decanum, pro tempore exiſtentem & caplm dictæ eccleſiæ, quoriens uacat, pertineat pleno iure, quam quondam N. dictæ capellanix capellanus dum uiueret obtinebat, per ipſius N. obitum, qui nuper diem uitæ ſuæ clauſit, extremum uacauerit, & uacare noſcatur ad præſens. Nos uolentes dilectum noſtrum N. Licentiariū in decretis clericum N. dioc. apud nos de literarum ſcientia uitæ ac morum honeſtate, alijsq; uirtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu fauore proſequi, gratioſe capellaniam ipſam ſic uacant. cum omnibus iuribus & pertineñ. ſuis præfato N. auctoritate noſtra contulimus & assignauimus, ac prouidimus etiã de eadem pro ut tenore præſentium conferimus & assignamus ac prouidemus de eadem, ad ipſum N. in corporalem, realem & actuaalem poſſeſſionem, ſeu quaſi capellanix, iuriumq; & pertineñ. prædictorum poni & induci, mandamus ac ponimus & inducimus per præſentes, & exinde ab eo in forma conſueta recepimus iuramentum præſtari conſuetum, adhibitis ſolemnitatibus in talibus fieri ſolitibus & conſuetis. In quorum omnium teſtimonium præſentes literas. Sigilli capituli N. appen. muaj præfato N. duximus concedendum. Datum &c.

**Mandatum ſyndicatus generale, ad omnes cauſas.**

**I**N nomine domini Amen. Anno à. Natiuitate eiufdem Milieſſimo quinta gentefimo N. Indictione N. die uero N. Menſis N. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri, domini N. diuina prouidentia Papæ N. Anno eius N. in mei Notarij præſentia perſonaliter conſtituti, uenerabiles & circumſpecti uiri N. Decanus N. Scolasticus N. Cantor N. N. N. & N. Canonici & N. & N. uicarij capitulares eccleſiæ N. diocæſis N. capitulum eiufdem eccleſiæ, tunc facient. & representañ. capitulariter congregatis principales principaliter pro ſe ipſo, citra tamen quorumcunq; ſindicorum ſeu procuratorum ſuorum, per ipſos hæctenus quomodolibet conſtitutorum reuocatiõ. Ratificando primitus & approbando omnia & ſingula pro ipſis dominis conſtitueñ. Decano & Capitulo, ac communis præſentix manibus, per prouidos uiros magiſtrum N. N. & N. in ſanctæ ſede N. cauſarum, & ipſorum in cauſa, & cauſis huiusmodi ſubſcriptis Sindicos & procuratores, & ipſorum quemlibet, acta, facta, dicta, geſta, ſeu etiã quomodolibet procurata. Omnibus melioribus modo, uia, iure, cauſa, forma & ordine, quibus melius & efficacius potuerint & debuerint de nouo fecerunt, conſtituerunt, creauerunt & ſolemniter ordinauerunt ſuos ueros certos legitimos & indubitatos Syndicos Procuratores, factores, negotiorumque ſuorum inſcripſorum geſtores ac nuncios ſpeciales & generales. Ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec econtra, uidelicet ſupranominatos magiſtros N. N. & N. ſanctæ ſedis N. cauſarum procuratores abſentes tanq; præſentes, & quemlibet ipſorum inſolidum, ita tamen quod non ſit melior conditio primitus occupantis, nec deterior  
ſubſc.



subsequentis. Sed quod unus ipsorum inceperit, alter ipsorum id prosequi, continuare, mediare, terminareque ualeat, pariter & finire. Ad prosequendum deducendum & pertractandum, dictorum dominorum constitutionis nomine, & pro ipsis dominis Decano & capitulo, ac communi presentia ecclesie prefate, generaliter omnes & singulas causas, quas idem dominus constituens suo & predicti ipsorum capituli nominibus occasione, quarumcunque litium questione, & controuersiarum, super quibuscunque rebus, tam mobilibus, quam immobilibus, iuribus & alijs, contra quascunque personas, tam spirituales quam seculares, ac etiam contra ipsos, a quibuscunque motas & mouendas nunc habent, seu seorsim in futurum habebunt, mouent seu mouere intendunt. Et presentim causam & causas quae uertitur, uertuntur seu uerti & esse sperantur. Coram Reuerendis & circumscriptis uiris dominis sanctae N. sedis iudicibus, necnon reuerendissimi domini, domini nostri Archiepiscopi N. in spiritualibus uicarij, inter ipsos dominos constituentem. ex una, & prouidum uirum N. laicum N. diocesis, incolam opidi N. de et super partitione unius florentauri, et uiginti duo solidorum monetae N. annui census, ac etiam honorabilem dominum N. uicarium ecclesiae sancti N. super petitione de et super petitione duorum florenorum, etiam annui census, rebusque in alijs, in actis causa et causarum, huiusmodi latius designatis et designandis, et illarum occasione, hinc inde ex principales, omnesque alios et singulos sua communiter, uel diuisim interesse putant. respectiue partibus ex alterum, cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, annexis et connexis, tam coram dictis dominis sanctae N. sedis, iudicibus ac in spiritualibus uicario, quam omnibus et singulis, et sic consequenter in forma communi.

### Constitutionis ad acceptandum quaecunque et qualiacunque beneficia.

**I**N nomine domini Amen &c. Constitutus N. principalis, et citra reuocationem constituit in suos Procuratores N. et N. absentes tanquam praesentes etc. Ad dicti domini constituentis nomine, et pro eo quodcunque seu quaecunque beneficium seu beneficia, ecclesiasticum seu ecclesiastica, cum cura uel sine cura, etiam si Canonicatus uel praebenda, dignitas, administratio, uel officium fuerit seu fuerint, sibi constituenti apostolica uel ordinaria auctoritate aut uigore nominationis Imperialis uel regalis, aut ex presentatione quoruncunque collatorum uel patronorum ecclesiasticorum siue secularium, debitum seu debita, conferendum seu conferenda, acceptandum huiusmodi ex nominatione, presentatione seu collatione, quacunque sibi constituenti quomodolibet competens siue competiturum, prosequendum, literas quascunque tam presentationis et collationis quam institutionis siue inuestiturae petendum, recipiendum et obtinendum. Ipsiusque literas intimandum, insinuandum et publicandum. Sibique de huiusmodi beneficio seu beneficijs prouideri, illudque et illa sibi conferri, seque ad ipsum seu ad ea recipi, admitti, et induci ac institui, atque de eodem seu eisdem institui et inuestiri petendum et faciendum. Possessionem eiusdem seu eorundem, iuriumque et pertinentiorum illorum realem et corporalem recipiendum, intrandum et adipiscendum. Stallum sibi in choro, et locum in Capitulo, cum plenitudine iuris canonici, si canonicatus et praebenda fuerit, sibi assignari petendum et recipiendum, nec non de obseruandis statutis et consuetudinibus ecclesiae uel ecclesiarum, in qua uel quibus beneficium seu beneficia huiusmodi fuerit uel fuerint, et quodlibet alterius generis licitum



## Artis Notariatus

et honestum iuramentum, in animam ipsius constituentis præstandum, Beneficium seu beneficia huiusmodi in diuinis laudabiliter deseruiendum et deseruiendi faciendum, fructus, redditus, prouetus et emolumenta subleuandum et recipiendum, ac de receptis ac subleuatis quitandum, fructus, redditus et prouentus huiusmodi locandum, dislocandum, seu pro annua pensione arrendandum. Et pro præmissis omnibus et singulis, si opus fuerit, coram dominis iudicibus tam Ecclesiasticis quàm secularibus, quacumq; auctoritate fungentibus comparandum et agendum, Ipsumq; constituentem, et eius iura in omnibus et per omnia defendendum, necnon quoscumq; terminos obseruari necessarios, tenendum et obseruandum. Vnumq; uel plures etc. Et generaliter etc. Promittens de rato etc. Releuans etc. Super quibus. Actum.

### Constitutio Procuratorum ad capiendum possessionem et appellandum ab intrusione, ac ad concordandum et permutandum.

IN nomine domini Amen etc. Ad ipsius domini constituentis nomine et pro eo corporalem, realem et actualem possessionem parrochialis ecclesie N. diocesis, iuriumq; suorum capiendum, apprehendendum, manutenendum et defendendum, ac ipsum recipi in rectorem et possessionem, sibi conferri petendum et obtinendum, necnon contra et aduersus quemcumq; ipsius beneficii, detentorem et occupatorem, omnesq; alios et singulos sua communiter uel diuisim interesse putant, literas citatorias, monitorias, executorias, aggrauatorias et reaggruatorias, et alias quascumq; iusticie impetrand. et quibuscumque iudicibus et personis, ad id potestatem habentibus committi faciendum et procurandum, necnon et cuiuslibet ipsorum executionem prosequendum & obtinendum, seu impetrari, prosequi & obtineri faciendum & petendum. Causam & causas, super dicto beneficio de N. ad R. o. cu. deuoluendum & deuolui petendum, ac ab intrusionibus huiusmodi si qua in eo sit, & alijs quibuscumq; grauaminibus ad præfatum dominum nostrum papam, ac sanctam sedem apostolicam prouocandum & appellandum, apostolos petendum & obtinendum, & a possessione dicti beneficii uacuari petendum & faciendum, necnon ipsius ecclesie fructus, redditus & prouentus, iura, obuentus, & emolumenta quacumq; petendum, leuandum, exigendum & capiendum, ac de illis habitis & receptis, quitandum & quitantiam, seu quitantias dandum, cum pacto de rem habitam, ulterius non petendo, ac illi ecclesie in diuinis deseruiendi faciendum, petendum & obtinendum, eamq; regendum & gubernandum, seu regi & gubernari faciendum ac arrendandum, seu ad firmam uel annuam pensionem dandum & concedendum, necnon tractandum componendum pacificandum, concordandum, amicabiliter cum quibuscumq; personis, supra dicta parrochiali N. ius habere putantibus conuenienter, necnon pure libere & simpliciter, uel ex causa permutacionis, etiam cum quibuscumq; personis, pro quocumq; alio beneficio ecclesiastico, cum cura uel sine cura, in manibus cuiuscumq; ad id potestatem habentis, etiam coram Notario publico, & testibus resignandum & ad iurandum, in dicti domini constituentis, qd in huiusmodi resignatione non interuenit neq; interueniet, fraus, dolus, symoniae labe aut alia quauis pactio illicita, seu corruptela, ac quancumq; recompensatione super dicta parrochiali ecclesia, capiendum, petendum & obtinendum, expensas quoq; & fructus in toto uel in parte, pro ut sibi uisum fuerit, expedire quitandum & remittendum, & ipsum dominum constituentem ab eisdem aduer



aduersarijs etiam similes expensas æquitari faciendum, ac etiam consentien-  
dum assignationi pensioni, annuæ super fructibus, redditibus, prouen. iuribus  
et obuen. ipsius ecclesiæ, per ipsum dominum constituentem, et suos in dicto  
beneficio successores, quoscunq; annis singulis persoluendæ, sub pœnis, sen-  
tentijs, censuris ad hoc consuetis, pro ut eisdem procuratoribus uisum fuerit  
expedire, et super his omnibus et singulis, et eorum quolibet literas publi-  
cas et authenticas dandum et concedendum, et fieri faciendum, petendū, pro-  
curandum et obtinendum. Et generaliter &c.

### Constitutio procuratorum ad prosequendum mandatum, de prouidendo de beneficio, quod speratur vacare per assecutionem.

Ad prosequendum &c. sibi factam, de quadam perpetua portione in eccle-  
sia N. quam uenerabilis uir d. N. in dicta ecclesia obtinebat, siue adhuc obti-  
net, & quæ ex eo q̄ eidem N. huiusmodi portionem obtinenti de canonicatu  
& præben. eiusdem ecclesiæ, tunc certo modo uacantibus apostolica fuerat au-  
thoritate prouisum per assecutionem, eorundem canonicatus & præben. per  
ipsum N. faciendam uacare sperabatur, seu tunc actu quouis modo uacaret,  
& per præfatum sanctissimum d. N. papam reseruat, ac de ea ipsi dño con-  
stituenti extitit mandatum prouideri, pro ut in literis apostolicis & processi-  
bus inde secutis, plenius continetur. Literasq; ipsas &c. episcopo ac decano et  
capitulo &c. presentandum &c. ac executioni debiti demandari iuxta dicta-  
rum literarum & processuum continentiam & tenorem, nec non portionem  
prædictam, cum per assecutionem huiusmodi uacauerit, seu iam actu quouis  
modorum in dictis literis expressorum, uacet eidem dño constituenti, per ali-  
quem executorib. seu sub executoribus in literis ac processibus antedictis de-  
putatis, & eorum uigore eligendum et requirendum, cum omnibus iuribus  
& pertinentijs suis conferri et assignari, ac de ea prouideri, seq; nomine quo su-  
pra &c. et inductum defendi, & ad illam ut est moris admitti, & de illius fru-  
ctibus &c. ipsamq; possessionem intrandum & defendendum, iurandumq;  
&c.

### Constitutio ad impetrandum quascunq; lite- ras apostolicas et processus, de super fulminan- dum et obligandum in camera.

In nomine dñi amen &c. Ad impetrandum quascunq; literas aplicas gra-  
tiam seu iusticiam in se continen. necnon gratias quaslibet sibi per præfatum  
dñm nostrum papam concessas, seu in posterum concedendas prosequendū  
literas, de sup expediendū ac sup eisdem & earū qualibet processibus necessariis  
& oportunos per executores in eisdem literis apostolicis forsan deputatos,  
seu in posterum deputandos fulminari & decerni, sub pœnis & censuris  
in eisdem literis apostolicis contentis, petendum & obtinendum, ac quibus-  
cunq; literis contra ipsum dominum constituentem impetratis seu impetran-  
dis, contradicendum, obtinendum, ac eisdem impugnandum, & quodcunq;  
iuramentum in præmissis, et circa ea necessariū et consuetū in animam dicti  
dñi cōstituentis prestandū et subeundū, necnon ad concordandū cū camera  
apostolica in forma super annuata seu annuatis, beneficij seu beneficiorū sibi



## Artis Notariatus

auctoritate apostolica collati uel conferendi, collatorum uel conferendorum & ad obligandum dictum dominum constituentem, ad dictarum annuate seu annuatarum solutionem, sub poenis & censuris camerae antedictae. Et quodlibet licitum iuramentum, quod occasione praemissorum requiritur, ac postulat ordo iuris, prestandum. Et generaliter omnia alia &c. Promissitque &c.

### Constitutio ad recipiendum quamcunque collationem ordinariam beneficiorum.

In nomine domini Amen &c. Anno a natiuitate domini &c. n. clericus N. diocesis principalis principaliter pro se ipso, citra tamen quorumcunque &c. uidelicet, uenerabiles & honorabiles uiros dominos N. & N. absentes &c. uidelicet specialiter & expresse ad ipsius domini constituentis nomine, & pro eo quoscunque canonicatus & praebend. necnon integras seu dimidias, ac praestimoniam praestimoniales portiones, & simplicia beneficia in ciuitate & dioc. N. consisten. & consistentia, per Reuerendum in Christo patrem & dominum dominum N. dei & apostolicae sedis gra. N. episcopum, eiusque in spiritualibus uicarium seu prouisorem ac dictarum N. & N. ecclesiarum unitarum, ac ad inuicem capitulum facien. necnon per quoscunque alios ordinarios collatores praefato domino constituenti, collatos, collatas seu collata, ac conferendos, conferendas & conferenda, acceptandum & recipiendum, sibi que dicto nomine procuratorio, illos illas & illa, conferri & assignari, ac de eisdem prouideri, ipsorumque & ipsarum possessionem corporalem, realem & actualem, iuriumque & pertinen. earundem & eorundem omnium intrandum, nanciscendum, adipiscendum, continuandum, regendum & gubernandum, sequen in dictis N. & N. cathedralibus, ac N. & N. collegiatis ecclesijs, ad praeben. huiusmodi in canonicum recipi, & in fratrem, stallum sibi in choro, & locum in capitulo, cum iuriscanonici plenitudine assignari petendum, faciendum & obtinendum. Necnon de obseruandis statutis & consuetudinibus ecclesiae, siue ecclesiarum praedictarum, ac quod in praedictis collationibus & prouisionibus, non interuenit haecenus, nec in futurum interueniet dolus, fraus illicita pactio, simoniaca prauitas seu queuis alia corruptela, etiam de obseruandis statutis & consuetudinibus ecclesiae, uel ecclesiarum, in qua seu quibus canonicatus & praebendae, aliaque beneficia praedicta, forsan fuerint, et quodcunque illius generis licitum iuramentum & honestum, in animam ipsius domini constituentis praestandum, dictosque canonicatum & praebendam, ac praestimonia praestimoniales portiones et beneficia antedicta, in diuinis laudabiliter deseruiri faciendum, fructus quoque reddi, & prouen. ex eisdem prouenien. locandum &c. ut supra.

### Requisitionis et receptionis Termini, quo ad possessionem.

In nomine domini Amen. &c. Anno. Mensis &c. Coram uenerabilibus et honorabilibus uiris dominis A. B. C. Canonicis ecclesiae B. Mogunt. dioc. Capitulum dictae ecclesiae representantibus, Meque Notario publico ac testibus infra scriptis ad hoc specialiter uocatis ac rogatis, personaliter constituti H. G. et Io. L. procuratores, et eo nomine procuratorio, honorabilis C. D. eorum principalis etc. et ibidem coram praefatis dominis capitularibus



laribus capitulum repræsentantibus, in medium productis, & per eosdem recepto & examinato, legitimam fecerunt fidem haberi. & teneri. suis in manibus quasdam Apostolicas literas gratiæ expectatiuæ, præscripto eorum principali, per præfatum S. d. nostrum Papam, gratiosè factæ & concessæ. Nec non processum eorundem uigore per Reuerendum in Christo patrem & do. Io. An. Episcopum A. alterum super his exequentis Apostolicum iudicem & executorem, decretis fulminatis, & inde secutis, quibus mediantibus me Notarium publicum infrascriptum, quatenus eisdem dominis sic ut præmittitur capitulariter congregatis dictas Apostolicas literas & processum in defectum insinuarem, legerem & publicarem, debitè requisierunt, & quilibet eorum requisit. Quasquidem Apostolicas literas & processus, cum ego Notarius animo & intentione insinuandi legere cœpisssem, dicti domini capitulares recepta primitus, earundem literarum apostolicarum & processuum uera copia etiam per me Notarium infrascriptum, cum originalibus literis debitè collationata, auscultata & subscripta. Easdemq; habuerunt & tenuerunt pro perlectis & sufficienter insinuatis. Mox præfatus dominus H. G. Procurator, eo quo supra nomine procuratorio prælibatos dominos Capitulares capitulariter congregatos, sub pœnis, sententijs & censuris, in prædictis apostolicis literis ac processibus quomodolibet contentis, debitè requisit, quatenus huiusmodi literis & processibus Apostolicis, & in iisdem contentis parendo. Ipsum nomine procuratorio præfati domini E. d. sui principalis & in eius personam, ac uice uersa in Canonicum & fratrem reciperent, ipsumq; in & ad possessionem corporalem & realem & actuaalem Canonica, & præben. præfata ecclesiæ B. prædictæ, per obitum quondam bonæ memoriæ dñi M. ultimi ipsorum canonici & præbendarij dum uixit possessoris extra Romanam curiam, & in partibus defuncti uacari, & per eundem dominum H. G. quo supra nomine Procuratorio acceptatione admitterent. Stallum sibi in choro, & locum in capitulo cum plenitudine iuris canonici iuxta & secundum dictæ ecclesiæ B. Necnon sæpeditarum literarum Apostolicarum & processuum in defectu, continentiam, uim, formam, & tenorem assignarent, & ad executionem earundem cum effectu procederent debitè & legitimè requisit. Quiquidem domini Canonici & capitulares & capitulum in se representates, habita aliquali mora, pro deliberatione, per uenerabilem N. eiusdem ecclesiæ custodem, pro ipsis & eorum nomine responderunt, sub hac uerborum, uel saltem ipsis in effectu similium forma uidelicet. Nos recipimus nobis terminum iuris, uidelicet sex dierum, in sæpeditis processibus nobis datis & assignatis. Quo termino lapsio dabimus uobis responsum super requisitione uestra nobis facta. Super quibus omnibus & singulis tam ipse dominus H. G. quam etiam dominus Io. L. procuratores &c.

### Instrumentum inductionis in possessionem ad Ecclesiam vel Altare.

In nomine domini Amen &c. Constitutus &c. Procurator parochialis ecclesiæ N. B. diocesis, habens ac suis manibus tenens quasdam literas, seu quendam processum super gratia expectatiua, per præfatum dominum nostrum &c. Inter cetera de beneficio uacari, uel uacaturo, ad prouisionem, præsentationem R. P. D. Episcopi, & uenerabilium uirorum &c. Decani totiusq; capituli N. fact. & concess. & per uenerabilem uirum dominum N. Canonicum Patuiceni, Executorem dictorum, & discretum uirum dominum N. clericum &c. diocesis, publicum imperiali autoritate Notarium, ut prima facie



## Artis Notariatus

facie apperebat, subscriptis & signatis, ac quoddam Instrumentum acceptationis & prouisionis, de dicta ecclesia, in & per eum, & sibi factarum, uigore quarum literarum, aut uigore eius processus dictus dominus N. me Notarium infrascriptum, sub pœnis & censuris in eodem processu contentis, quatenus sibi possessionem realem & actualem antedictæ ecclesiæ, per eum, ut promittitur acceptate, & de qua sibi prouisum extitit, traderem & assignarem realiter & cum effectu, legitimè requisit. Ego uero N. Notarius infrascriptus uolens mandatis Apostolicis parere, ut teneor, clauis ad antedictam ecclesiam spectantes sibi tradidi & assignaui, cum quibus portas siue ualuas illius aperuit & intrauit, Ac deinde dictum N. ad cornu altaris duxi, quod sibi tetigit, & ibidem librum Missalem, calicem & alia ornamenta ecclesiastica, ad manus suas accepit. Cum quibus conuocando populum ad diuina audiendum pulsauit. Quibus diuinis & Missarum solemnibus peractis, oblationes à Christi fidelibus in summo altari oblatas, ad manus suas tradidi, quas etiam à me recepit, & in suos usus conuertit. Deinde præfatum dominum N. in domum siue dotem ad dictam Ecclesiam spectantem, quam uacua & expeditam reperi, duxi. Eandem domum siue dotem, & alia supradicta, in signum realis & actualis possessionis assignaui. Curam & administrationem, tam temporalium quàm spiritualium omnium præmissorum, in animam suam committendo. Super quibus &c. Act. &c.

Quia dictis requisitioni, inductioni, & fructuum possessionis traditioni. Omnibusq; alijs & singulis &c. uidi & audiui. Et in parte feci &c.

## Admissionis parochialis Ecclesiæ, per capitulum factæ.

In nomine domini Amen. Anno &c. Papæ &c. coram uenerabilibus & circumspicuis uiris dominis Io. de B. Decano Io. So. Scolastico. Georgio N. Cantore, cæterisque canonicis capitularibus ecclesiæ Sancti B. F. Mogunt. diocæsis, in libraria iam dictæ, loco ipsorum capitulari, ipsis inibi capitulariter congregatis, & capitulum inter se facientibus & representantibus, inq; mei Notarij publici, ac testium &c. præsentia constitutus N. presbiter Mogunt. diocæsis principalis principaliter pro se ipso. Et uigore quorundam literarum translatiualium de persona sua, de altari siue perpetuo beneficio in Redenbach dictæ diocæsis, in & ad parrochiam ecclesiam in Schweynheim, per cessionem siue liberam resignationem, causa tamen permutationis honorabilis domini Io. Mertz, iam dictæ ecclesiæ ultimi possessoris factæ per uenerabilem & circumspicuum uirum dominum Geor. Hast. Canonicum ecclesiæ sancti B. F. prædictæ iudicem & commissarium à reuerendis. in Christo patre & domino domino B. dei & apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopo Moguntinense, in uim specialis commissionis ordinationi celebratæ & consummatæ, iam dictos dominos Decanum, totumq; Capitulum ecclesiæ S. B. prædictæ monuit, ac sub pœnis, sententijs & censuris in eisdem literis contentis requisit. Quatenus ipsum dominum N. principalem, in & ad parrochiam ecclesiam, in Schweynheim prædictam, solito more admitterent, sibiq; eiusdem parrochialis ecclesiæ possessionem realem, actualem & corporalem traderent, pariter & assignarent. Sibiq; de ipsius ecclesiæ in Schw. fructibus, redditibus, prouentibus, obuentibus & emolumentis uniuersis responderent & responderi facerent. Prælibati tunc uenerabiles & circumspicui uiri domini dominus Decanus, totumq; capitulum præscriptum



præscriptum, Nominatiōi & requisitiōi huiusmodi fauorabiliter annuente, superiorumq; & maiorum mandatis obtemperare & obedire affectantes. Dicitum dominum N. principalem instantem & petentem, ad prædictam parrochiam ecclesiam in Schweynheim admiserunt, eamq; ecclesiam eidem domino N. per libri statutorum ecclesie sanctæ B. prædictæ in manus traditionem assignarunt, ac eundem instituerunt, & more solito de eadem inuestierunt. Iuramentum quoque per plebanos ecclesie parrochialis in Sch. dari et prestari solitum & consuetum, à iam dicto domino N. receperunt. Quod quidem Iuramentum idem dominus N. tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis, ad sancta dei Euangelia, in manibus dictorum dñorum, Decani & capituli præstitit, in hunc qui sequitur modum.

Ego Iohannes Mertz uicarius & plebanus ecclesie parrochialis uillæ Schw. iuro quòd ab hac hora inantea sim fidelis ecclesie s. B. Fr. Decanoq; ac Capitulo & singularibus Canonicis ipsius ecclesie obediens in licitis & honestis, ipsosq; & singulares personas eiusdem ecclesie in debita reuerentia teneam. & secreta capituli, si ad me peruenerint, secretè seruem, utilitatem ecclesie & capituli prædictorum procurabo. Et quæ in eorum damna uergunt ipsis indilate notificabo. Et calices, libros & alia ornamenta & bona, res atq; iura, ad plebanatum meum pertinentia, & spectantia non alienem, sine licentia & consensu Decani & capituli prædictorum speciali. Deperditaq; subtrahita & alienata, iuxta posse, reformabo, exigam & defendam, Curiamq; dotis dicti plebanatus, et alia ad ipsam spectantia, in structura, cultura, et emendatione debitè conseruabo. Item quòd omnes redditus, census & bona ipsius ecclesie perpetuos, fideliter conscribam, & cōscripta sic omni anno, Decano et capitulo, cum nominibus dantium tradam. Item quòd dictum plebanatum non permutabo, absq; Decani & capituli præfatorum licentia & consensu speciali. Item quòd non impetrabo quicquam contra dictos dominum Decanum & capitulum, aut singulares personas ecclesie s. B. nec utar impetratis à quocunq;. Item promitto, quòd infra annum præsentem, in dicto plebanatu & amplius, continuam per me faciam residentiam ueram & nō fictam, ipsam salubriter regendo, & salutem animarum populi fideliter ibidem prouidebo michi commissi, Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. De & super quibus omnibus & singulis præmissis tam prælibati domini Decanus et capitulum quàm ipse dominus Io. Mertz sibi à me Notario publico infra scripto, unum uel plura, publicum uel publica fieri atq; confici petierunt instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc sub Anno, Indictione, die, mense, Pontificatu & loco, quibus supra præsentibus &c.

Quia dictis requisitiōi, admissiōi, & iuramenti præstationi, Cæterisque præmissis omnibus & singulis, dum sic &c.

### Aliud Instrumentum admissiōis super Canonicatu et præbenda.

In nomine domini Amen. Anno &c. Pontificatus &c. Año. In mei Notarij &c. præsentia, personaliter constitutis uenerabilib. & circumspectis dominis Io. de Greyffensteyn Decano Io. S. Scolastico, & Georgio N. Cantore, cæterisq; canonicis capitularib. ecclesie s. B. F. Moguñt. dioc. ibidem in libraria siue loco capitulari capitulariter congregatis, & capitulum facientib. honorabilib.



## Artis Notariatus

honorabilis dominus H. S. Junior presbiter dictæ diocæsiss, post eius admissionem & receptionem ad Canonatum & præbendam dictæ ecclesiæ sancti B. F. per dictos dominos de ipso reuerenter et obedienter ac effectualiter factam. Quo facto præfatus dominus Decanus nomine, quo supra ut asseruit, ipso domino H. certum iuramentum subscriptum de obseruandis statutis & consuetudinibus ipsius ecclesiæ sancti B. solitum, tactis per ipsum dominum H. sacrosanctis Euangelijs Dei, manibus suis proprijs præstitit corporaliter, & iurauit in hac uerba. Ego N. iuro quod sim fidelis ecclesiæ sancti B. F. obediensq; Decano & capitulo eiusdem in licitis & honestis. Et q; seruem statuta, consuetudines & ordinationes ipsius scripta & non scripta, facta & facienda. Et quod non permutabo præbendam meam, ad quam acceptus & admissus sum, sine consensu & expressa licentiâ Decani & capituli, seu maioris partis residentis. Et quod non sim in aliqua conspiratione contra Decanum & capitulum, nec adhærebo alicui Appellationi cõtra eosdem interpositæ uel interponendæ per quoscunq;, & quod nõ impetrabo aliquid à quibuscunq; contra præfatos Decanum & capitulum, uel contra singulares personas capituli, aut ecclesiæ prædictorum, neq; utar contra eosdem impertratis quouis modo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Super quibus omnibus & singulis dominus Decanus supranominatus nominibus, quibus supra me Notarium publicum subscriptum instanter requisit, ut ipsis exinde unum uel plura, publicum seu publica conficerem instrumentum uel instrumenta. Acta sunt hæc sub anno, Indictione, die, mense, loco, & à pontificatu, quibus supra præsentibus.

### Donatio fructuum certorum beneficiorum cum mandato, ad eos recuperandos tanquam in rem propriam.

In nomine domini Amen &c. Constitutus N. asserens alias donasse, pro ut de præsentis non ui, dolo, metu, fraude, aut aliqua sinistra machinatione interueniẽ. seductus, quinimo ex libero & spontaneo suæ uoluntatis arbitrio matura super hoc deliberatione præhabita, certa dilectione & charitate motus dedit & donauit donatione pura libera simplici ualida, perfecta & irreuocabili facta inter uiuos, ac transtulit & supportauit sine spe aliquid reposcendi, purè, liberè & simpliciter, omnibus melioribus modo, uia, iure, causa & forma, quibus melius, ualidius et efficacius potuit nobili uiro domino N. præsentis & consentienti ac acceptanti omnes & singulos fructus, redditus & prouen. omnium & singulorum præstimoniorum præstimonialium portionum & simplicium beneficiorum, que idem dominus N. habet in ciuitate N. de anno natiuitatis M. cccc. &c. Transferens in eundem N. omne ius & omnes actiones præfato domino N. prætextu fructuum, reddituum & prouen. actuum præstimoniorum præstimonialium portionum & simplicium beneficiorum, eorumq; occasionem, & in eisdem competiẽ. Idcirco idem dominus N. dictis melioribus modo, uia, iure, causa & forma, constituit suum procuratorem irreuocabilem, ut in rem suam propriam eundem N. præsentem & acceptantem, surrogans eundem in locum & in ius suum, ad petendum exigendum, leuandum & recuperandum uirtute donationis. cessionis & transationis huiusmodi dictos fructus, redditus & prouen. ac pecuniarum summas, ad quas fructus prædictorum præstimonialium portionum & simplicium beneficiorum ascendunt, à quibuscunq; arrendatoribus, debitoribus, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis uel conditionis, aut cuiuscunq; dioc. existant



existent. Necnon à quibuscunq; alijs, qui nomine dicti domini N. habuerunt receperunt, leuarunt prædictos fructus, redditus & prouen. eorundem præstimonialium portionum & simplicium beneficiorum. Et specialiter à N. ac alijs quibuscunq;, qui eosdem fructus receperunt leuarunt & habuerunt, de receptis quoq; habitis & leuatis soluen. quitandum & liberandum, sine que quitantiam ac pactum de ulterius non petendum soluta, faciendum & dandum. Et si necesse fuerit &c. Et generaliter omnia alia & singula faciendum, dicendum & exercendum, quæ prædicto N. in præmissis necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna. Et quæ ipsemet dominus N. donator ante donationem & cessionem huiusmodi facere poterat & debeat, & quæ uerus & legitimus Procurator in rem suam propriam facere potest & debet. Promissit insuper idem dominus N. donator mihi Notario publico infra scripto, tanquam publicæ personæ solemniter stipulanti & recipienti, uice ac nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit aut interesse poterit, quomodolibet in futurum dictas donationem, cessionem, ac omnia & singula supra dicta ratas et rata, firmas & firma tenere et inuiolabiliter obseruare, nec contra ea facere, dicere uel uenire, per se uel alium, seu alios, directè uel indirectè quouis quesito colore uel ingenio, tam de iure quàm de facto, propter quod effectus donationis & concessionis, huiusmodi possit seu ualeat, quomodolibet impediri, sub omnium et singulorum bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, obligationis, & hypotheca. Super quibus omnibus & singulis præmissis idem N. petijt à me Notario publico &c. unum uel plura &c.

### Institutio præsentati per Decanum et capitulum, ad canonicatum et præbendam.

**R**odolphus dei gratia, episcopus N. Dilecto nostro N. clerico nostræ diocæsis licentiatò in decretis. Salutem in domino. Cum ad honorabiles uiros dilectos nostros N. Decanum & capitulum ecclesiæ nostræ ius patronatus & præsentatio personæ idoneæ, quando uacant canonicatus & præbentis, & ad episcopum N. pro tempore existentem personarum præsentatarum huiusmodi receptio & admissio. Necnon institutio ipsarum, ac collatio assignatio & prouisio canonicatum & præbendarum prædictorum iure ordinario de antiqua approbata, & hætenus pacificè obseruata consuetudine pertineant per Decanum & capitulum prædictis ad canonicatum & præbentis. ipsius ecclesiæ, quos quondam N. ipsius ecclesiæ canonicus dum uiueret obtinebat per ipsius N. obitum, qui nuper diem clausit extremum, nobis fuisse literariè præsentatus, quem super hoc nobis præfatus Decano & capitulo supplicantibus gratiosè admitteñ. Quapropter te in canonicum præbendam dictæ ecclesiæ institui mus, ac illos sic uacant. cum plenitudine iuriscanonicis ac omnibus iuribus & pertineñ. suis auctoritate nostra ordinaria conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eisdem, ac uos &c. ut in collatione.

### Institutio parrochialis facta præsentato per patronos.



## Artis Notariatus

Iohannes dei gratia, episcopus N. Dilecto nostro Iacobo de N. presbitero nostræ dioc. Salutem in dño sempiternam. Cum per uenerabilem in Christo patrem, & dñm N. abbatem monasterij sancti N. ordinis sancti N. diocesis ad ecclesiam parrochiale beatæ Mariæ N. nostræ dioc. tunc liberam & uacantem, per obitum quondam n. dictæ ecclesiæ rectoris dum uiueret nuper uita functi fueritis præsentatus, & per dictum dñm abbatem nobis supplicatum extiterit, quatenus præsentationem huiusmodi recipere & admittere, & uos in dicta ecclesia sic uacantem, in rectorem & curatum inuestire, illamq; uobis conferre & assignare cum omnibus iuribus & pertinen. suis dignaremur. Nos qui uos ad ecclesiam ipsam obtinendum sufficientem & idoneum esse compertimus huiusmodi supplicationibus inclinati uos in rectorem & curatum dictæ parrochialis ecclesiæ ut præmittitur uacante auctoritate nostra ordinaria institutum, illamq; uobis cum omnibus iuribus & pertinen. suis conferimus & assignamus ac prouidemus, etiam de eadem, ac uos coram nobis propter hoc constitutum in corporalem possessionem, seu quasi parrochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertinen. prædictorum per annuli nostri traditionem inducimus & inuestimus de eadem. Recepto per nos à uobis &c. ut in collationibus.

### **Prouisio facta per subexecutorem, de parrochiali ecclesia acceptata vigore expectatiuæ.**

IN nomine domini Amen &c. Constitutus uenerabilis uir dominus N. diocesis N. dicens & asserens parrochiale ecclesiam de N. diocesis N. ad præsens per obitum quondam N. ipsius ecclesiæ, dum uiueret rector extra Romanam curiam defuncti uacantem, ipsamque parrochiale ecclesiam, cuiusdam gratiæ expectatiuæ sibi per præfatum dominum nostrum Papam, & processus inde secutos uigore coram Notario publico & testibus infrascriptis, infra tempus legitimum acceptauisse, pro ut per quoddam publicum acceptationis Instrumentum ecclesiæ prædictæ manu N. publici &c. Notarij signatum & subscriptum constare docuit. Quod quidem publicum acceptationis Instrumentum uenerabili uiro domino N. presbitero canonico ecclesiæ N. præsentauit, & eidem N. Canonico præsentem quem in subexecutorem dictæ gratiæ uigore clausule generalis. Ceterum in processibus prædictis contentis eligebat, petijt & requisijt, quatenus ecclesiam prædictam sic ut præmittitur uacantem & acceptatam, ac sub dicta gratia sua cadentem & comprehensam sibi conferre & assignare, ac de ea sibi prouidere uellet & dignaretur. Qui quidem N. subexecutor tanquam obediens filius uolens mandatis apostolicis obedire dictam parrochiale ecclesiam, sic ut præmittitur uacantem & acceptatam, eidem domino N. cum omnibus iuribus & pertinentijs suis contulit & assignauit, ac per dictarum literarum apostolicarum traditionem sibi prouidit de eadem, cum protestationibus in talibus fieri solitis et consuetis, & alijs necessarijs et opportunis. De & super quibus &c.

Per præmissa facies alias prouisiones, & uide supra in acceptatione & prouisione simul.



## Prouisio similis, per simplicem re- signationem.

**M**ichael permissione diuina humilis abbas monasterij sancti Benedicti. Dilecto nostro fratri Rodolpho presbitero monacho nostro. Salutē in dño. Religioñ zelus, uitæ ac morum honestas, quib. laudabili testimonio commendaris, promerentur, ut nos spiritualis gratiæ favore prosequamur. Cum itaq; prioratus noster de monte acuto N. dioc. ordinis sancti Benedicti quem quondam B. N. dicti prioratus prior dum uiueret, obtinebat per ipsius B. obitum, qui nuper diem clausit extremum, uacauerit, & uacet ad præsens, Nos uolentes uobis præmissorum meritorum uestrorum intuitu, gratiam facere specialem, prioratum prædictum, quia dicto monasterio dependet, & cui cura imminet animarū sic ut præmittitur, uacant. cū omnib. iurib. & pertineñ. suis, autoritate nostra cōferimus & puidemus, etiā de eodē ac uos corā nobis constitutum in corporalem possessionem prioratus, iuriumq; & pertineñ. prædictorum per annuli nostri traditionem inducimus & inuestimus, de eodem curam, regimen & administrationem dicti prioratus in spiritualibus & temporalibus uobis plenarie committendo. Vobis uniuersis & singulis subditis nostris præsentium tenore damus in mandatis, quōs uos uel alter uestrum, qui super hoc fueritis requisitus, uel fuerit requisitus, per dictum R. uel eius procuratorem ad dictum prioratum personaliter accedatis seu accedat, eumq; seu dictū procuratorem eius nomine, in corporalem, reā. & actua. possessionem prioratus, iuriumq; & pertineñ. prædictorum inducatis auctoritate nostra, & defendatis inductum, amoto quolibet detentore ab eodem, si hīq; de ipsius prioratus fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obuen. uniuersis integrē responderi faciatis. Dat. &c.

Et ita de alijs modis uacationis habendo respectum ad collationes ordinarias.

## Acceptationis et prouisionis super par- rochiali ecclesia.

In nomine domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo decimo tertio, Indictione prima, die uero Lunæ, Mensis Maij penultima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & dñi domini nostri dñi Leonis Papæ decimi, anno eius primo. In mei Notarij publici, testiumq; infrascriptorum ad hæc specialiter uocatorum atq; rogatorum præsentia, personaliter constitutus honorabilis uir, dominus A. G. de S. presbiter Mogunt. dioc. principalis principaliter pro se ipso, dixit, & asseruit se transactis multis diebus propter bella, discrimina & pericula uiarū, nunc in Italia existentia, in itinere de Romana curia, ad has partes fuisse, Ita quod ipse sic debitam diligentiam circa acceptationem & prouisionem beneficiorum sibi uigore cuiusdam gratiæ expectatiuæ a felicitis recordationis domino Iulio Papa secundo concessæ, debitē & debeñ. facere non potuisset, de quo protestatus fuit & protestabatur publicē & expresse. Sed iam primum in partibus ad suam deuenisset notitiam parrochiam ecclesiam in K. dictæ dioc. Mogunt. quam dum uiueret honorabilis dñs Vu. S. obtinebat, ad præsens, per eiusdem dñi Vu. S. extra Roma. curiam, & in partibus defuncti, uacare, pro ut uacet de præsentia. Quocirca satisfaciendo &c. eandem ecclesiam parrochiam sic ut præmittitur, siue alias quouis modo uacantem, gratiæ expectatiuæ supranominatę & processum desuper fulminatorum & inde secutorum uigore, omnibus

R. ij



## Artis Notariatus

melioribus modo, iure, forma, causa & ordine, quib. melius & efficacius potuit & debuit. Cum protestatione uidelicet, si & in quantum præfata ecclesia parochialis sibi eiusdem gratiæ suæ expectatiuæ uigore, de iure non debetur, in forma meliore &c.

Et ego &c. Acta Franck. in ambitu cimiterij prædicatorum &c. hora &c. Sub anno quibus supra præsentib. &c. testibus ad præmissa uocatis & rogatis &c.

### Resignatio beneficiorum ad manus patroni laici.

Constitutus N. altaris f. N. sibi in N. principalis, nõ ut, dolo &c. ut asseruit circumuentus, sed ex pura &c. uoluntate, spe assequendi uberius beneficium, dictum altare suum, cum omni iure sibi ad illud cõpetenti, coram me Notario publico & testibus infra scriptis, ad hoc specialiter uocatis & requisitis, purè, liberè, & simpliciter resignauit, in & ad manus N. collatoris & patroni dicti Altaris, absentis tanquam præsentis &c. Promisitq; dictus N. quod in huiusmodi resignatione non interuenerint fraus, dolus &c.

### Renunciatio facta de parochiali per rectorẽ principaliter in manibus ordinarij.

Vniuersis & sing. presentes literas inspecturis. Io. dei gra. episcopus N. Salutem in dño sempi. Noueritis q; cum honorabilis uir dñs N. rector parochialis ecclesię s. Martini s. d. ecclesiam ipsam, quam obtinebat ex certis rationabilib. causis ad hoc animum suũ mouentib. resignare intenderet ecclesiam ipsam, cõ omnib. iurib. & pertinentijs suis, in manibus nostris spontè & liberè resignauit. Et nos ad ipsius n. tunc rectoris instantiam resignationem huiusmodi ut p̄fertur, factam admisimus, & tenore præsentis publici instrumenti admittimus. Recepto per nos ab eodem dño n. q; in resignatione huiusmodi nõ interuenit, fraus, dolus, simonia, seu quæuis alia illicita pactio, ad sancta dei euangelia corporali iuramento. In quorum omnium & singulorũ fidem & testimonium præmissorum presentes literas, siue præsens publicum instrumentum, exinde fieri & per notarium &c.

### Renunciatio beneficij, facta coram Notario et testibus.

In nomine domini Amen &c. Constitutus honorabilis uir dominus A. præbiter N. perpetuus capellanus ad altare N. in tali ecclesia, non ui, dolo, metu, fraude, nec aliqua sinistra machinatione circumuentus, ex certa eius scientia, libera & spontanea uoluntate, etiam ut asseruit, & benè de libera uoluntate omnibus melioribus modo, uia, iure, causa & forma, quibus potuit & debuit præfatam suam Capellaniam, & ius sibi quomodolibet competens ad eandem per calamum, quem suis manibus tenebat, traditionem, in manibus mei Notarij publici infra scripti, uice & nomine collatoris aut collatorum, cuiuscunque uel quorumcunque, necnon aliorum, aut alterius supra scriptam Capellaniam conferendi potestatem habentis uel habentium, recipientis resignauit, eidemq; capellanix atq; iuri sibi in eadem quouis modo cõpetenti, renunciauit, penitus & in toto, promisit nihilominus præfatus dñs resignans mihi notario publico infra scripto, per fidem noie iuramenti ab ipso

corpore



corporali præstitam, quod in huiusmodi per eum ut supra facta resignatione & renunciatione non interueniat fraus, dolus, symoniaca prauitas illicita, aut quæuis alia corruptela. Requirens me infrascriptum Notarium, quibus sibi super præmissis omnibus & singulis conficerem, unum uel plura, publicum seu publica, instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt &c.

Et ita de alijs siue loquatur ordinarius siue Notarius.

### Resignatio ad manus Capituli simpliciter.

**I**N nomine domini Amen &c. uis. Personaliter constitutus uenerabilis dominus I. R. Canonicus ecclesiæ sancti B. apud F. Moguntinens. diocæsis principalis principaliter pro se ipso & suis, Canonicatum & præbendam, quæ ante ipsum bonæ memoriæ uenerabilis dominus Io. de Greyffensteyn, Decanus præfata ecclesiæ sancti B. alias extrâ Romanam curiam, et in partibus defunctus dum uixit, in eadem ecclesia obtinebat, & ipse dominus Io. R. nunc. Ad quos alias per dominos N. N. nominatus, & sibi de illis prouisum fuit. Non uis, dolo, metu, fraude, nec aliqua sinistra machinatione circumuentus, sed ex certa eius scientia, & spontanea & libera uoluntate, uti afferuit, Omnibus melioribus modo, uia, iure, causa, forma & ordine, quibus potuit & debuit, ad omne ius suum sibi ad prædictos Canonicatum & præbendam, ex nominatione præfata quomodolibet competens, in manibus ipsorum nominatorum dominorum Capitularium resignauit, ac eisdem renunciavit. Promisit nihilominus dictus dominus Io. R. mihi Notario publico subscripto per fidem, nomine iuramenti, se dictam resignationem & renunciationem nullo unquam tempore reuocare uelle. Quod quæ in huiusmodi resignatione & renunciatione non interueniat fraus, dolus, Symoniaca prauitas, illicita pactio, aut alia, aut quæuis alia illicita corruptela, per eum interuenierit. Domini itaque de Capitulo supra nominati, organo domini Ioannis de Fago Scolastici, dictam resignationem & renunciationem Canonicatus & præbendæ præfatorum, & iuri sic ut præfertur admittendam duxerunt, & admiserunt. De & super quibus omnibus actis & præsentibus ut in instrumento supra &c.

### Constitutio ad pertractandum causam Beneficialem.

In mei Notarij publici testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter uocatorum præsentia personaliter constitutus dominus Iohannes P. Canonicus ecclesiæ Limpurgensis, Treuerensis diocæsis principalis &c. Constituit &c. Ad ipsius domini constituentis nomine, & pro eo causam & causas, quam uel quas, quidam dictus Iacobus T. assertus clericus Treuerensis diocæsis, ex aduerso principalis, Coram Reuerendis. patre domino Paulo de Ca. utriusque iuris Doctore, præfati domini nostri Papæ capellano, & ipsius sacri palatii Apostolici causarum, causarumque & causis huiusmodi, partibusque prædictis ab eodem domino nostro Papa, Auditore specialiter deputato, contra dictum dominum Iohannem. P. Constituentem, de & super quodam Canonicatu & præbenda in dicta ecclesia Limpurgensi, rebusque alijs in Actis causæ & causarum huiusmodi latius designatis, & illorum occasione monet mone reque uult atque intendit. Cum omnibus & singulis suis emergentibus, incidentibus

R. iij



## Artis Notariatus

tibus, dependentibus, annexis & connexis, si saltem causa seu causae huiusmodi ad Romanam curiam, legitimè sint deuolutae, & in ea de iuris necessitate tractandae, prosequendum, deducendum & pertractandum, tam coram praefato domino Auditore, quam alijs &c. ac etiam in Audientia dicti domini nostri papae, litterarum antedictarum comparandum &c.

### Instrumentum relaxationis sequestri.

Reuerendo &c. eiusq; in spiritualibus &c. Ac honorabili uiro domino N. inferius nominato, nec non colonis, agricultoribus, decimatoribus, uin. & censuarijs terrarum uinearum pratorum domorum, & aliarum rerum quarumcumque ad parrochiam ecclesiam N. diocesis &c. eiusque pro tempore rectorum, qualitercunque spectantium & pertinentium, omnibusque alijs & singulis, quorum interest, uel intererit, quosque infra scriptum tangit negocium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, aut quacunque praefulgeant dignitate. Salutem &c. & praesentibus fidem &c. Noueritis quod dudum inter honorabilem uirum dominum N. ex una, & quendam N. tunc possessorem seu detentorem parrochialis ecclesiae N. supra dictae, de & super eadem parrochiali Ecclesia & eius occasione partibus, ex altera materia quaestionis &c. Sanctissimus in Christo &c. causam & causas huiusmodi non obstant. quod ex Roma. cu. legitimè deuolutis, aut in ea de iuris necessitate tractandae & finiendae non essent, uenerabili & circumspetto uiro domino N. Capellano suo, ipsiusque sacri pallacij causarum Apostolici coauditori nostro commisit audiendum, cognoscendum, decidendum, & sine debito terminandum cum omnibus & singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, et connexis, Quiquidem dominus auditor in causa & causis huiusmodi, coram se legitimè introductis inter partes hinc inde praedictas, seu earum procuratores ritè & debitè procedens, tandem seruatis seruandis, & cognitis huiusmodi causae meritis, ad suam diffinitiuam sententiam proferendum processit, eamque per ea quae uidit & cognouit, in scriptis tulit & promulgauit in hunc qui sequitur modum &c. Post cuiusquidem diffinitivae sententiae prolationem praefatus dominus noster Papa antedicto domino N. coauditori nostro quondam aliam commissionis siue supplicationis cedula per certum suum cursorem praesentari fecit huiusmodi sub tenore. Dignetur. &c. Huiusmodi siquidem commissionis uigore dominus auditor praefatus omnes & singulos fructus, redditus & prouen. ecclesiae supradictae, super qua agebatur, necnon quascunq; terras, domos, uineas, possessiones & res alias ad eandem parrochiam ecclesiam, siue ipsius pro tempore rectorem qualitercunque spectant. & pertineant. auctoritate aplice sibi in hac parte commissa sequestrauit, Et per uos reuerent. patrem dñm episcopum, aut in spiritualibus uicarium siue officialem generalem sequestrari, colligi, recipi & ad usum partis in praesenti causa finalem uictoriam obtinent. conseruari uoluit & mandauit, litterisque sequestratorum desuper oportunas & necessarias in forma solita & consueta decreuit & concessit, pro ut in sequestratorijs literis uobis directis latius dicitur contineri. Et subsequenter postquam dominus noster Papa causam Appellationis pro parte dicti domini N. à diffinitiuam sententia praedicta, ad sedem Apostolicam, tunc interpositam nobis N. auditori praefato commisit audiendum, cognoscendum & decidendum, cum omnibus &c. Nos eiusdem commissionis uigore in causa et causis, huiusmodi ritè & legitimè procedens, seruatis seruandis & cognitis huiusmodi causae meritis, ad nostram diffinitiuam sententiam proferendum processimus, eamq; de minorum &c. in scriptis tulimus, & promulgamus in haec uerba. Christi nomine &c.

Post q̄



Postquam uero huiusmodi diffinitiuæ sententiæ, nulla prouocatione suspensa in rem transiit iudicatam, comparauit coram nobis dominus N. principaliter pro se ipso, citrà tamen &c. Et in prouidi uiri magistri N. in R. o. cu. &c. procuratoris ad infra scripta expresse consentientis præsentia sequestrum præ narratum, uidelicet, in fructibus, redditibus &c. dictæ parrochialis ecclesiæ, ut præmittitur, appositum tolli & relaxari, per nos instantèr postulauit. Nos tunc N. auditor præfatus atten. postulationem &c. ration. prædictum sequestrum &c. appositum, ac etiam omnes & singulos fructus, redditus & prouen. eiusdem ecclesiæ N. penes uos reuerendum patrem dominum episcopum aut uestrum uicarium, siue officialem prædictum ipsius sequestri, uigore hætenus collectos supradicto domino N. principali uel procuratori suo legitimo eius nomine, tradendum & assignandum melioribus modo, iure, causa & forma, quibus melius potuimus & debuimus, duximus relaxandum, & tenore præsentium relaxamus, ipsumq; sequestrum, omnino tollimus præsentibus, & etiam amouemus. Quæ omnia & singula præmissa uobis reuerent. patri domino episcopo N. & uestro in spiritu alibus uicario seu officiali generali, omnibusq; alijs & singulis, quibus hæ præsentis nostræ literę diriguntur et eorum cuilibet in solidum communiter & diuisim intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad uestram & cuiuslibet uestrum noticiam deducimus, & deduci uolumus per præsentis, ne de præmissis, uel eorum aliquo ignorantiam aliquam prætereundè possitis, aut possint in posterum, seu etiam quomodolibet allegare. In quorum &c.

### Testamentum pro infirmis.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis pa. & fi. & spiritus sancti amen. &c. Constitutus discretus uir N. æger corpore, compos tamen mentis & rationis, aduertens quod immensa dei bonitas, ut magis bonum effunderet, et populorum deperditorum ordinem repararet, creauit hominem ad similitudinem suam, non subiturum morborum angustias & pericula diræ mortis, sed gratiæ suæ participem & æternæ uitæ futurum hæredem, deinde tamen suæ perueniente hostis antiqui suggestione, nequissima mors est indicta homini, quæ in posteros est postmodum declinata, propter quod decet hominem uigilem esse, ut cum uenerit illa dies, quam & eius horam scire non possumus, eum non inueniat dormientem, sed iam suæ salutis animæ, per dispositionem bonorum temporalium prouidisse, maxime cum dies nostri breuissimi sint, & sicut umbra prætereant. Quapropter pia mente & animo plene deliberato, ac bono intellectu illius sententię reminiscens: Memento homo, quia cinis es & in cinerem reuerteris. Memorq; conditionis humanæ, quam semper immutat humana fragilitas, cui ab ipsius uitæ principio mortis imperium dominatur. Volensq; cum ratio regit mentem, & uiget in sui corporis membris quies, de suis temporalibus disponere bonis, salutem animæ suæ, ac fratrum, filijs & propinquorum suorum quieti prouidere, & de rebus & bonis sibi à deo collatis salubriter ordinare, omnibus melioribus &c. ordinauit suum præsens nuncupatum testamentum, seu suam ultimam uoluntatem inter cetera in hunc, qui sequitur modum. In primis quidem, quoniam anima melior & preciosior est corpore & rebus humanis, de æterna regis misericordia, plene confidens, quod cor contritum & humiliatum non despiciet. Quicq; ut suum redimeret populum gustare uoluit calicem passionis, animam suam ex nunc omnipotenti deo, & beatę Marię uirgini, ac omnibus sanctis curię supernalis commendauit et si eum de infirmitate qua de presenti laborat, decedere cõringat, & de hac luce migrare corpori suo elegit sepulturam in ecclesia N. ubi



## Artis Notariatus

secundum suum honestum modum uoluit sepeliri &c. Item &c. Huiusmodi quidem testamenti siue extremæ ordinationis, ac ultimæ uoluntatis executor res & procuratores prædictus testator, omnibus melioribus etc. ut in forma, cum illa clausula. Et si necesse fuerit reuelare, promittens &c.

## Instrumentum constitutionis testamentariorum.

IN nomine dñi amen. Anno à natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo N. Indictione N. die uero N. mensis N. in mei Notarij publici & testis infrascriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia uenerabilis dominus N. canonicus ecclesiæ N. diocæsis N. iacens in lecto ægritudinis infirmus & languidus corpore, cõpostamen mentis & bonæ rationis, & iuxta laudabilem obseruantiam, & stylum clerici N. in consumendis & ordinandis singulis annis, suos testamentarios huc usq; laudabiliter obseruatam. Omnibus melioribus modo, uita, iure, causa, forma & ordine, quibus melius potuit & debuit, fecit, constituit, & solemniter ordinauit, post eius mortem in suos testamentarios manufideles, & in ultimæ suæ uoluntatis executores, uidelicet, uenerabiles & honorabiles dominos N. & N. Scolasticum & cantorem ecclesiæ N. prædictæ, & magistrum N. sedis N. causarum procuratorem, & N. de N. eius domini constituentis famulam absentes tanquam præsentem, & quemlibet ipsorum in solidum. Ita tamen quod si omnes suam ultimam uoluntatem, quemadmodum talis in cedula quadam per ipsum constituentem, post eius mortem relinquenda rescripta reperiretur, exequi nõ ualeant, seu commode poterint, aut ualuerint interesse, duo nihilominus, aut unus ipsorum, eam exequatur, & ad debitum deducat effectum in omnibus & singulis secus siue in ipsius constituentis bonis rebus iuribus & actionibus, tunc præsentibus & futuris. Quemadmodum desuper altissimo, super quæ ipsorum cuiuslibet onerauit conscientias seu conscientiam, ualeant reddere rationem. Cui soli altissimo ipsius occasione horum, & nulli alteri rationem debere: uoluit etiã ut debita omnia persoluant, & credita seu obligata exigant. Ac omnia alia & singula facerent, quæ circa executionem ultimæ uoluntatis ipsius constituentis prædictæ quomodolibet fuerint necessaria & oportuna. Super quibus omnibus & singulis dicti domini testamentarij me notarium publicum requisierunt, ipsis unum uel plura, publicum uel publica, de super confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc in opido N. diocæsis N. supradictæ, in domo supradicti domini constituentis in stuba sua in qua iacuit infirmus, hora post prandium N. uel quasi, sub anno, Indictione pontificatu, præsentibus.

## Constitutio Testamentariorum.

In nomine domini Amen. Anno à natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo N. die uero N. mensis N. pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini N. Papæ. N. anno eius N. in mei Notarij publici, testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter uocatorum & rogatorum præsentia uenerabilis dominus N. Scolasticus & canonicus ecclesiæ sancti N. diocæsis N. principalis iacens in lecto ægritudinis, languidus & infirmus corpore, sanus tamen mente, & bonæ rationis dixit & proposuit. Cum esset de statuto & consuetudine ecclesiæ sancti N. supradictæ, ac etiam cleri N. ut quemlibet  
per



persona, eiusdem ecclesie semel in anno certo statuto die facere & constituere  
 teneretur suos testamentarios, & ultimae uoluntatis suae executores, uerum  
 cum ipse dominus N. Scolasticus illo eodem die quo sic ut praemittitur in ec-  
 clesia sancti N. iam dicta constituuntur, & fiunt testamentarii, absens ab opi-  
 do N. fuisset. Ne tamen se ipsum absque constitutione testamentariorum  
 suorum ultimae uoluntatis suae executorum decedere contingat, Omnis  
 bus melioribus modo, uia, iure, causa, forma & ordine, quibus melius &  
 efficacius potuit & debuit. Reuocatis prius per ipsum dominum N. Scola-  
 sticum praedictum suis testamentarijs manu fidelibus, & ultimae uoluntatis  
 suae executoribus, quibuscunque ab se ipso quomodolibet generaliter uel  
 specialiter factis, constitutis & ordinatis, de nouo fecit, constituit, nomi-  
 nauit, & solemniter ordinauit in suos testamentarios manufideles ultimae  
 suae uoluntatis, seu testamenti executores uidelicet, egregios uenerabiles &  
 honorabiles dominos N. Iurium doctorem N. commorantem N. licentia-  
 tum N. Canonicos & N. fratrem dicti domini constituentis uicarium ec-  
 clesiae sancti N. diocesis N. praedictae absentes tanquam praesentes, & quem  
 liber ipsorum insolidum. Ita quod si unus ipsorum executioni ultimae uolun-  
 tatis seu testamenti sui interesse non posset, uel se intromittere nollet, alij seu  
 alius, nihilominus id exequantur. Ad dicti domini constituentis testamen-  
 tum, Codicillum, seu ultimam uoluntatem, in omnibus & singulis quemad-  
 modum per ipsum dominum N. in suo testamento, codicillo, seu ultima uo-  
 luntate, quod testamentum seu ultimam uoluntatem, quam manu N. famu-  
 li sui iussu & mandato ipsius domini constituentis, ut idem dominus consti-  
 tuens asseruit, scriptum exhibuit, dispositum esse & ordinatum, exequendum,  
 & ad effectum debitum deducendum, ut altissimo desuper reddere ualeant  
 & possent rationem, de quo ipsorum seu ipsarum cuiuslibet onerauit consci-  
 entiam seu conscientias. Vnum quoque uel plures loco sui substituentes, il-  
 lumque uel illos, totiens quociens ipsi seu ipsorum alteri placuit reuocan-  
 dum. Omniaque alia & singula faciendum, dicendum, gerendum & ex-  
 ercendum, quae Testamentarij, manufideles, & ultimarum uoluntatum ex-  
 ecutores de iure & consuetudine, ac alias facere debent, possent & ualeant,  
 & praesertim ea quae circa executionem huiusmodi fuerint necessaria, seu  
 etiam quomodolibet oportuna, protestans nihilominus supradictus domi-  
 nus constituens, quod si Testamentum suum seu ultima uoluntas sua per  
 ipsum, ut praemittitur exhibitum, non ualeret seu ualebit iure testamenti, ua-  
 lere tamen deberet iure codicillorum, seu cuiuscunque alterius ultimae uolun-  
 tatis iure. Praeterea dictus dominus constituens subiunxit & dixit. Quod N.  
 relicta quondam prouidi uiri N. prothonotarij opidi N. supradicti hospita ip-  
 sius domini constituentis haberet trecenta minus tribus cum dimidio octa-  
 lia siliginis, iacentia iuxta siligines ipsius domini constituentis, quae ipsa alias  
 a Testamentarijs quondam domini N. Cantoris dum uixit ecclesiae N. emis-  
 set, uoluit idem dominus constituens quod dictae N. hospite suae talia grana  
 seu octalia siliginis post mortem suam restituerentur. Caeterum cum eadem N.  
 hospita haberet etiam certum triticum, iacens in domo horti, eiusdem N. iuxta  
 quod ipse dominus constituens nonnulla octalia tritici sibi domino constituenti  
 pertineant, iacere haberet, uoluit ut tale suum triticum ipsi N. hospite suae  
 ad expendendum in usus pauperum, remanere deberet. Excusans eandem N.  
 hospitam suam supradictam, nec non N. eiusdem Dorothae famulam atque N.  
 famulum ipsius domini constituentis, quod licet N. famula eius, & N. iam nomi-  
 nati, domum ipsius domini constituentis iam in sua infirmitate intrassent, ita  
 quod inde possit fieri de subtractione aliqua suspitio, dixit idem dominus con-  
 stituens.



## Artis Notariatus

stituens se illas easdem personas de subtractione aliqua tenere infontes, in-  
textos & inculpabiles, sicut deus ipsum adiuuaret. Quia de suis bonis, & re-  
bus quas haberet, ita plene disposuisset, quod sciret de illis non posse fieri ali-  
quam subtractionem. Quibus sic factis idem dominus Scolasticus sapedi-  
ctus, in mei Notarij publici & testium infrascriptorum presentia prafatum  
suum testamentum, seu eius ultimam uoluntatem, annulo suo signatū, quem  
loco sigilli proprij, quod secum tunc non habere dixit, utebatur, clausit, clausu-  
sumq; & pro clauso haberi uoluit. Addicēs, si se aliquas cedulas ad testamen-  
tum seu ultimam uoluntatem huiusmodi sicut pramittitur, clausum impone-  
re contingit, uellet & uoluit easdem cedulas sic impositas, habere uoluit firmi-  
tatem ut testamentum suum, seu eius ultima uoluntas, de quo & quod idem  
testamentum seu ultima uoluntas sua post eius mortem non deberet aperiri,  
nisi publicē coram Notario, & testibus protestatus fuit & pteftabatur publi-  
cē & expresse. Idem quoq; dominus cōstituens legauit domino N. uicario &  
ecclesie sancti N. supradictae unum florenum auri, ob certas causas, ut asseruo-  
it animū suum ad hoc moneñ, de et super quibus omnibus supranominatis do-  
minus constituens me Notarium publicum subscriptum sibi unum uel plura  
publicum uel publica, fieri & confici petijt & requisiiuit, instrumentum & in-  
strumenta. Acta sunt hæc N. in domo supranominato N. in qua dominus  
constituens infirmus iacuerat, insibi in stuba minori superiori, mane hora N.  
uel quasi sub. anno, indictione, die, mense, & pontificatu, quibus supra prae-  
sentibus ibidem honorabilibus dominis N. & N. uicarijs ecclesie sancti N.  
supranominatę, testibus ad premissa uocatis specialiter atq; rogatis.

Ego N. &c. Quia dictorum testamentariorum reuocationi, de nouo  
constitutionē, potestatis datioñ, dispen. & protestationē, omnibusq; &  
alijs singulis &c.

## Instrumenti Adhæisionis appellationis á ter- go veri Instrumenti appellationis po- nendum.

In nomine domini amen. Anno domini, Indictione, die, mense & ponti-  
ficatu, quibus retrò, in mei Notarij publici &c. Presentia personaliter consti-  
tutus uenerabilis & generosus Engelbertus de N. ecclesiarum Moguntinū.  
Canonicus, & sancti Barth. oppidi Fr. prapositus, Appellationi retroscrip-  
ta per uenerabilem uirum dominum Eberhardum Beck, canonicum & sco-  
lasticum ecclesie sancti Bartholomei prafatae Appellationis principalem in-  
terpositis. Omnibus quibus potuit melioribus, modo, uia, iure, causa, stilo,  
ordine & forma adhæsit. Seq; & sua propterea protectioni, tuitioni, & defen-  
sioni Sanctiss. domini nostri papæ, eiusdemq; S. Sedi apostolicæ submisit.  
super quibus omnibus & singulis prafatis uenerabilis & generosus dominus  
Prapositus sibi unum uel plura, publicum seu publica fieri petijt atq; confici  
instrumentum & instrumenta. Acta sunt hæc in curia prafati uenerab. &  
generos. domini Prapositi, uulgo zu dem N. nuncupata, siue solita residen-  
tia, Præsentibus ibidem uenerabilib. dominus N. N. N. &c. testibus ad pre-  
missa uocatis specialiter atq; rogatis.

Ergo Vuirpertus Vlman &c. Notarius. Quia dictae appellationi, ad-  
hæisioni, omnibusq; &c. pub. instrumentum manu alterius fideliter  
scriptum, exinde confeci &c.



## Transsumptum certorum Instrumentorum per auditorem Cameræ.

In nomine domini Amen. Nouerint uniuersi & singuli hoc præfens publicum transsumpti instrumentum inspecturi, lecturi & auditori, quod nos N. de N. & c. causarum cameræ apostolicæ generalis auditor ad reuerentiam patris domini N. abbatis monasterij N. N. diocæsis principalis instantiam & requisitionem omnes & singulos sua communiter uel diuissim interesse putant, eorumque procuratores, si qui tunc erant in Ro. cu. pro eisdem ad uidendum et audiendum nonnulla uenditionis certarum petiarum terræ dudum abbati monasterij N. facta publica instrumenta, per notarios publicos in notam receptam subscriptam & publicatam transsumi et exemplari, & in publicam formam transsumpti redigi. Vel dicendum, & causam si quam habeat rationabilem, quare premissa minime fieri debeant, allegandum per audientiam publicam literarum contra dictarum d. n. papæ citari fecimus & mandauimus, ad certum peremptorium terminum competentem, uidelicet, ad diem & horam infra scriptos. Quibus aduenientem, comparuit in iudicio legitime, coram nobis dictus dominus N. præfatus, citra quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem, et certas literas citatorias in dicta audientia nostro de mandato executas, facto reportauit, citatorumque in eadem contentorum comparentium contumaciam accusauit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam predictam uenditionis instrumenta sana & illesa, ac omni prorsus uicio & suspitione carentia facto realiter, et in scriptis exhibuit atque produxit, quæ transsumi & exemplari ac in publicam formam redigi, mandari, nostramque & dictæ curiæ auctoritatem iudiciariam & ordinariam, pariter et decretum interponi, pro nos instantem postulauit. Nos tunc Iacob. auditor præfatus dictos citatos non comparere, reputauimus, merito id exigentem, iusticia contumaces, & in eorum contumaciam dicta instrumenta, ad manus nostras recepimus, illaque uidimus, tenuimus, legimus, & diligenter inspeximus. Et quia huiusmodi instrumenta sana integra et illesa, omni prorsus uicio & suspitione carentia inuenimus, idcirco ad dicti domini N. principalis instantiam, illa per discretum uirum magistrum N. publicum apostolicam & imperialem auctoritatem, ac dictæ curiæ notarium & scribam infra scriptum transsumi & exemplari, ac in publicam transsumpti formam redigi fecimus & mandauimus, uolentes & auctoritate dictæ curiæ decernentem quod præfenti nostro transsumpto publico de cætero, & in antea tam in Ro. cu. quam extra, ubicunque locorum in iudicio & extra stetur, illique detur & exhibeatur talis & tanta fides, qualis et quanta dictis originalibus instrumentis inferius insertis, & cum præfenti transsumpto auscultatis & collationatis data fuit & adhibita, daturque & adhibetur seu daretur & adhiberetur, si in medio exhibitæ fuissent aut ostensa, huiusmodi uero instrumentorum tenores de uerbo ad uerbum sequuntur, & sunt tales. In nomine domini amen & c. Quibus omnibus & singulis tanquam rite & legitime factis auctoritatem & decretum dictæ curiæ, atque nostram duximus interponendum, & interposuimus, pro ut interponimus præfentium per tenorem. In quorum omnium & singulorum fidem & testi, & c. Pone datam in iudicio, & testes.

## Lesio debiti in forma Cameræ.

In nomine domini amen & c. Personaliter constitutus N. Romanam curiam sequens, ut & tanquam Procurator, factor, institutor, & negotiorum gestor honorabilis uiri N. dictam curiam sequentem, pro ut de suæ procuracione,

man



## Artis Notariatus

mandato mihi Notario publico infra scripto plenè constat, & pro quo derato & rati habitione promisit sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, omnibus ui, dolo, fraude, seu alia machinatione cessant. Certioratus de bono iure, quod idem dominus N. habebat seu habere poterat erga N. ratione, & ex causa N. ducatorum. In quibusquidem N. ducatis dominus N. eidem N. sub pœnis cameræ efficaciter obligatur, ex causa amicabilem mutui, omnibus melioribus modo, uia, iure, causa & forma, quibus melius, tutius & efficacius potuit & debuit, pro ut potest & debet ex certa sua scientia & animo deliberato, omne ius omnemque actionem, realem, personalem, utilem & directam, seu mixtam pretoriam, & civilem, quod seu quam præfatus N. habet seu habere potest, contra & aduersus dictum N. uigore dictorum N. ducatorum sic ut præmittitur, per eundem N. seu eius hæredes eidem N. debitorem, in discretos uiros N. & N. ibidem præsentem, pro se ipsis ac ipsorum hæredibus & successoribus stipulantem & recipientem, & ipsius N. fideiussori, transulit & transportauit, ipsiusque N. & N. donatione mera, pura, ualida, simplici atque irreuocabili cessit, donauit, & remisit, se de dictis iure & actione, deuestiando & præfatos N. & N. inuestiando de eisdem, donandoque præfatis N. & N. plenam & omnimodam potestatem posse prædictis N. ducatis in iudicio & extra, coram quibuscunque dominis iudicibus, tam ecclesiasticis quam secularibus experiri, tanquam de re sua propria, iusto & legitimo titulo acquisita, constituendo ipsos N. & N. dominos & proprietarios, ut & tanquam domini proprietarii possint agere re sua, & ad finem quod ipsi domini N. & N. non sint damnificati, omnibus melioribus &c. potuit & debuit &c. constituit &c. nec econtra præfatos dominos N. & N. præsentem & onus procurationis huiusmodi in se spontè suscipientes, & eorum quemlibet in solidum, ita tamen quod non sit melior conditio &c. sed specialiter & expresse, ad agendum, defendendum, & litigandum dicta de causa cum præfato N. in quibuscunque curijs, et coram quibuscunque iudicibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, & coram ipsis comparandi, ac omnes & singulos terminos substantiales & accidentales in similibus obseruari solitos & consuetos obseruandum, & a quocunque grauamine illato uel inferendo, prouocandi & appellandi, apostolosque petentem. Nec non petentem, exigentem, ac etiam recuperantem, dictam summam, damna, expensam, & interesse, & de receptis habitis leuatis quiritandum, cum pacto solemniter de rem receptam & habitam, ulterius non petendo. Cum potestate in prædictis substituendi & surrogandi procuratorem, unum uel plures & substitutos reuocandi, præfati mandato, nihilominus in suo robore permanente. Et generaliter in prædictis omnia alia, & singula faciendi, procurandi & exercendi, quæ iuris ordo & facti qualitas prædictorum postulant ac requirunt, & quæ ipsemet constituens & cedens facere posset, si præfatus adesset. Dans sibi plenum mandatum, ut in rem suam propriam.

Promittens dictus constituens & cessionarius, quibus supra nominibus N. & N. & mihi Notario infra scripto, ut publicæ personæ stipulanti & recipienti uice & nomine omnium & singulorum, quorum inter est, aut in futurum poterit interesse, se ratum & gratum habiturum totum id, & quicquid per dictos N. & N. actum, dictum, factum, gestum uel fuerit in præmissis, seu quolibet præmissorum. Et non contrafacere uel uenire, sub pœna dupli dictæ quantitatis, qua pœna soluta uel non præmissa, omnia & singula firma perdurent. Et pro præmissis obseruandis submisit se præfatus N. iurisdictioni curiæ cameræ apostolicæ, & quarumcunque aliarum curiarum, tam ecclesiasticarum quam secularium ubilibet constitutarum, & renunciauit omnibus & singulis exceptionibus & beneficijs, tam apostolicis quam regalibus, non sic celebra-

ti con



ti contractus, & aliter fuisse dictum quam scriptum, & alijs exceptionibus. Promisitq; & iurauit præmissa omnia & singula in præsentis instrumento cõ-  
tenta obseruare, & non reuocare, neq; contra facere uel uenire ullo unquam  
tempore quouis quæsito colore, sub hypotheca & obligatione, omnium & sin-  
gulorum bonorum suorum, præsentium & futurorum. Et subsequenter  
idem N. cedens confessus fuit & recognouit, se habuisse & recepisse à prædi-  
ctis N. & N. ibidem præsentibus, & ut supra stipulantibus & recipientibus  
dictam summam N. flor. auri de camera. De quibus quitauit dictos N. & N.  
& eorum quemlibet cum pacto solemniter de ulterius nil petendo, de & super  
præmissis præfati N. cedens, ac N. & N. sibi à me Notario publico infra  
scripto unum uel plura &c.

### Cessio siue translatio debiti, cum in- sertione obligationis.

In nomine domini Amen. Nouerint uniuersi & singuli hoc publicum in-  
strumentum inspecturi. Quòd anno à natiuitate &c. continuando quousq;  
instrumentum primi obligationis fuerit, de uerbo ad uerbum insertum. Sub  
sequenter uero anno à natiuitate &c. pontificatus &c. in mei Notarij &c.  
præsentia personaliter constitutis uenerabilibus uiris N. ex una, & N. mer-  
cator Floren. partibus, ex altera præfatus N. suo, & aliorum suorum socio-  
rum, & cuiuslibet ipsorum nominibus ex eius certa scientia & spontanea uo-  
luntate omnibus melioribus &c. debuit, dedit, cessit, transiit & remisit su-  
pra dicto domino N. fideiussori ante dicto & principali debitori constituto,  
omnia & singula iura, omnesq; actiones reales & personales, seu mixtas, tac-  
tas & expressas, quæ & quas præfatus N. dictis nominibus habet, seu quouis  
modo habere potest, seu dictus quondam N. habuit & habere potuit, & eo-  
rum socij hæredes & successores habeant seu habere dinoscuntur, aut dicto  
quondam N. dum uixit competijt, & N. & N. socijs & hæredibus competijt,  
seu cõpetere possunt, contra & aduersus supradictum N. principalem, & N. et  
N. eius fideiussores ut supra obligatos in supradictis N. flo. pro quibus dictus  
N. ut in præinserto obligationis instrumento cõtinetur, est fideiussor & prin-  
cipalis debitor constitutus, nec non etiam usq; ad summam N. flor. quos su-  
pradicti mercatores iudicialiter exposuerunt, cõtra supradictos N. & N. pro  
supradicto debito recuperando ipso domino N. præsentis, ac pro se & suis hæ-  
redibus & successoribus ritè & legitimè stipulante & recipiente. Constitu-  
ens idem N. nominibus antedictis præfatum N. ibidem præsentem stipulan-  
tem & recipientem procuratorem suum, tanq; in rem suam propriam, & po-  
pens eundem dñm N. in locum suum, ita quòd modo & in antea idem N. pos-  
sit & ualeat contra præfatum dñm N. principalem, & N. N. ipsius N. fideiuf-  
sores, eorumq; & cuiuslibet ipsorum hæredes successores, & bona omnia &  
singula usq; ad supradictas summas N. flor. pro dicto debito principali, nec  
non N. flor. pro expen. ut supra in recuperatione dicti debiti, per societatem  
dictorum mercatorum factis, uti, frui, & gaudere iuribus & actionibus supra  
dictis, ac pro eis agere & experiri, siue tueri, & huiusmodi summas N. flor. à  
prædicto N. & fideiussoribus supradictis, ipsorumq; & cuiuslibet eorum hæ-  
redibus successoribus, exigere petere & recuperare, & de receptis &c. quit-  
tare & liberare, literasque quitantiæ & liberationis concedere, omniaq; &  
singula facere, pro ut & quemadmodum dictus N. dum uixit, & si nunc age-  
ret in humanis, & præfatus N. ante huiusmodi cessionem facere potuisset.



Promittens idem N. nominibus antedictis eidem domino N. presenti stipulanti & recipienti contra presentem cessionem ullo unquam tempore non facere, dicere uel uenire, per se uel alium, seu alios aliqua ratione uel causa, in iudicio uel extra, directe uel indirecte, de iure uel de facto, sed perpetuo ipsam cessionem, & omnia & singula in presenti publico instrumento contenta firma, rata & grata habere, tenere, obseruare & ad implere. Et quod de dictis iuribus & actionibus per eum ut praemittitur sic cessis, per dictum N. dum uixit neque per ipsum N. aut aliquem ex haeredibus dicti N. nulli alteri facta fuit cessio seu donatio, nec aliquod aliud propter quod praefatus N. in recuperatione supradictorum N. flor. quomodolibet ualeat impediri aut differri. Et hoc propterea quia supradictus dominus N. nominibus antedictis confessus & contentus fuit, a supradicto domino N. tanquam fideiussore ante dicto iudicialiter compulsus satisfactum fuisse sibi N. realiter & cum effectu, in pecunia numerata, de supradictis N. flor. pro debito principali, & N. pro expensis praedictis. Praeterea praefatus dominus N. obligauit se & bona sua mobilia & immobilia, praesentia & futura, quod in casu in quo reperitur, seu in futurum reperiri posset, quod quondam N. dum uixit, aut aliquis ex haeredibus suis, seu dictus N. dictae societatis nominibus summam N. flo. auri praedicto domino N. principali, uel eius fideiussoribus supradictis, aut ab aliquo ipsorum usque in presentem diem date praesentis instrumenti cessionem, dictas summas N. flor. recepissent seu habuissent, uel aliquis eorum recepisset seu habuisset, quod tunc eo casu ipse N. teneatur, & debeat eidem N. cessionario restituere, realiterque persoluere dictas summas N. flor. una cum omnibus et singulis expensis, damnis & interesse. Submittendo se & obligando in forma cameris, ad longum ponatur ut supra, in instrumentis arrendationum, mutatis mutandis.

### Instrumentum iniuriarum verbalium ad animum reuocatarum.

Constitutus N. habens & tenens in suis manibus quandam papyream cedula, uerba iniuriosa ipsi constituenti per N. ut ipse exponens dolo, rose exposuit, die tali in tali loco in praesentia fidedignorum in ipsius exponens, denigrationem honoris, ut asseruit, illata continens. Quam idem N. ibidem de uerbo ad uerbum, alta & intelligibili uoce legit, et iniuriam in dicta cedula expressam ad animum reuocauit, & dixit quod illam iniuriam pro mille noluisse sustinuisse flor. Renens, & citius de bonis suis tantum exposuisse, quam talem iniuriam sustinuisse seu sustinere uelle, si bona sua ad tantum se extendissent, & alia fecit pro ut in dicta cedula continetur. Cuius tenor cedulae sequitur, de uerbo ad uerbum, & est talis. Licet ego N. per uiginti & quatuor & c. annos Ro. cu. curialis, in eademque curia coram diuersis sacri palatii apostolici causarum auditoribus, maxime coram N. apostolicae sedis, dum uixit, prothonotario, per tempora quam plurima ut apostolica auctoritate Notarius scriba a tempore, quo ad annos discretionis perueni, citra iactantiam loquendo, fueram, & fui bonae famae, laudabilis uitae, honestae conuersationis, & me a dictis temporibus, & per ipsa tempora, in quantum permisit humana fragilitas, ab illicitis & inhonestis, praesertim a furto & subtractione quarumcunque rerum abstinui. Nihilominus tamen quidam N. de anno praesentis, die tali & c. in praesentia plurimorum fidedignorum testium me N. publice alta & intelligibili uoce furem nominauit, & alia iniuriosa uerba in uulgari lingua dixit, & me talem denotauit, in honoris & status mei denigrationem maximam iniuriam. Quamquidem iniuriam ad animum coram uobis Notario



ario & testibus hic presentibus, per presentes in foro meliori reuoco, puta, dicta die &c. coram eisdem fidedignis, eandem ad animum reuocavi, illa meq; iniuriam extimaui, & extimo ad mille flo. Reneñ. quosq; flo. Reneñ. ego H. potius de meis exposuissem bonis, quàm illam sustinuissem, si facultas bonorum meorum tanta fuisset. Et protestor quòd illam iniuriam tempore congruo prosequi uolo. Super quibus omnibus & singulis &c.

## Instrumentum de iniurijs illatis facto vsq; ad sanguinis effusionem.

**I**N nomine domini Amen. In mei Notarij publici &c. personaliter constitutus discretus uir Ioannes clericus T. dioc. multum tristis, dolens, flendo, ululando, & sanguinolentus me Notarium & testes infra scriptos ad se uocauit publicè, alta & intelligibili uoce in copiosa populi numerositate me, ut super manuum uolentiarum iniectioe, & cum cultello siue dagnia quam N. de N. assertus clericus N. dioc. euaginatam & cruentatam in manu sua adhuc tenebat in capite percussionibus usq; ad sanguinis effusionem, non modicam inclusiue, alijsq; iniurijs & oppressionibus eidem Io. per dictum N. me Notario publico, & testibus infra scriptis, uidentibus, cernentibus & continetibus factis & illatis, ut de ipsis sub debito prestiti per me in Notariatus creatione iuramenti conficerem instrumentum publicum instantissimè requisiiuit. Et nihilominus de huiusmodi manuum uolentiarum iniectioe et percussione, ac sanguinis effusione, iniurijsq; sibi per dictum N. factis & illatis, & de illarum suis loco & tempore prosecutione à iure & canone inflictis solemniter protestatus fuit. Etiam mox & incontinenti dictus N. cultellum siue dagniam adhuc euaginatam in manu sua tenens eidem Io. reclamañ. & protestañ. dixit, & respondit in hæc, uel in eis in effectu similia uerba, taceas si in præmissis non fueris contentus, expediam te in alia forma minus condecete. Super quibus omnibus & singulis iniurijs, percussionibus ac furiosa responsione dicti N. idem Io. iterum protestando à me Notario publico, ac etiam super percussionibus & iniurijs antelatis à me prælibato Notario, unum uel plura &c.

FRANCOFORTI, Apud Christia  
num Egenolphum.

Mense Septembri. An.  
M. D. XXXIX.





1810256

To the Hon. Secy of the Navy

Dear Sir, I have the honor to acknowledge the receipt of your letter of the 10th inst. in relation to the application of the late Mr. [Name] for a commission in the Navy. I have the pleasure to inform you that the same has been forwarded to the proper authorities for their consideration.


### Statement of the late Mr. [Name]

I have the honor to inform you that the late Mr. [Name] was born on the 10th day of [Month] 1780, at [Location]. He was educated at [School] and [College]. He served in the [War] and was promoted to the rank of [Rank]. He was discharged from the service on the [Date]. He has since resided at [Location] and has been engaged in the [Business]. He has a family consisting of [Number] children. He is a man of good character and high standing in the community. I have the honor to be, Sir, your obedient servant.

Wm. [Name]

Secretary of the Navy







A 1752077

legatus b m















